

H

U. U. S.

27
D. IO. GEORGII ROSENMÜLLERI

SCHOLIA

IN

NOVVM TESTAMENTVM.

TOMVS II.

CONTINENS


EVANGELIA LVCAE ET IOANNIS.

EDITIO TERTIA

EMENDATIO ET AVCTIOR.



NORIMBERGAE,
IN OFFICINA FELSECKERIANA.
MDCCLXXXIX.



4560



9260
II

SCHOLIA

IN

EVANGELIVM LVCAE.

Kατὰ Λυκᾶν) *Lucam* fuisse natione Syrum Antiochensem, *Eusebius* et *Hieronymus* tradunt; *Paulus* uero exercuisse medicinam ad Colossenses c. IV, 14. testatur, si tamen is Lucas, cuius Apostolus l. c. meminit, idem est cum nostro, quod ualde incertum est. Natione non Graecum, sed Iudaeum fuisse, ipsum dicendi genus hebraeo-graecum uel hellenisticum, quo in libris suis utitur, probare mihi uidetur. Secundum ueterem traditionem suscipit religionem christianam Antiochiae, docente *Paulo Apostolo*. Si Scriptoribus quibusdam Ecclesiasticis credimus, mortuus est in Bithynia, postquam LXXXIV. aut secundum alios LXXIV. annos in coelibatu expleffet; Euangelium autem edidit XV. aut secundum alios XXII. post Christi ascensionem annis, Alexandriae, ut est in Cod. 13. apud *Wetstenium*, et *Versione Syra*, uel in Achaiae Boeotiaeque finibus, secundum *Hieronymum* in praefatione super *Matthaeum*. Haec omnia tamen ualde sunt incerta, ut patet ex iis quae *Illustri Michaelis* prolixè disputauit, in *Introd. §. 139. sqq.* Hoc unum est certum, fuisse *Lucam Pauli* a Troade per Macedoniam, et inde iterum Hierosolyma

Romam usque indiuiduum comitem, ut ipse indicat Act. XVI, 10. XX. XXVII. XXVIII. Quoniam igitur multas ecclesias uidit, in Palaestina etiam fuit, et Apostolos ceteros conuenire potuit, hinc factum est, ut multas de uita et rebus gestis Iesu narrationes acciperet, quas collegit et examinauit, atque ita hunc librum confecit, ut dicit in praefatione aut dedicatione.

De authentia huius Euangelii nulla unquam fuit dubitatio in ecclesiis catholicis et orthodoxis. Semper hic liber Lucae est praelectus, explicatus et pro canonico habitus. Hoc patet ex IRENAEO adu. Gnost. Lib. III, c. 2. EUSEBIO, Hist. eccles. L. III, c. 24. VI, c. 25. et HIERONYMO, in libro de scriptoribus ecclesiasticis. *Haeticorum* uero alii Lucam solum receperunt, alii eum repudiarunt. TERTULLIANUS: (*de praescript. haeret.* c. 51. edit. Seml.) *Cerdon — solum Euangelium Lucae, nec tamen totum recipit. IRENAEUS* Lib. I, c. 29. *de Marcione: Id quod est secundum Lucam Euangelium circumcidens, et omnia quae sunt de generatione Domini conscripta, auferens, et de doctrina sermonum Domini multa auferens etc. PHILASTRIUS: Cerinthus — Euangelium secundum Matthaeum solum accipit, tria Euangelia spernit, Actus Apostolorum abiicit.*

Quantum Lucæ plurimas narrationes audiuit ex retribus oculatis, (c. I, 3.) saepe tamen Matthaei etiam commentaria consuluit et ex his in librum suum haud pauca transtulit. Vid. e. c. Luc. III, 7. 8. 9. 16. 17. coll. Math. III, 7—12. Luc. V, 20—38. coll. Math. IX, 2—17. Luc. VI, 1—5. coll. Math. XII, 1—5. Luc.

VII, 22 — 28. coll. Matth. XI, 4 — 11. Luc. XII, 22 — 31 coll. Matth. VI, 25 — 33. etc. Quod autem ordinem temporum, quo singulae historiae narrantur, attinet, magna diuersitas est inter Matthaeum et Lucam, ut nemo negabit, qui a cap. IV, 39. nostri Euangelii utrumque comparauerit. Virisimillima huius diuersitatis causa est haec, quod alius alio consilio scripsit, et huic consilio suo ordinem temporis accommodauit. Matthaeus nempe e ferie temporum narrasse uidetur, Lucas uero, ut ex ipso opere patet, non unice ordinem temporum sequitur, sed classes historiae Christi instituit, et in singulas classes refert id, quod ad eam referendum erat, hunc fere in modum :

Classis I. complectitur narrationes de natalibus Christi, cum iis, quae antecesserunt, et quae proxime secuta sunt. c. I. II, 40.

Classis II. continet descriptionem iuuentutis Christi, c. II, 41 — 52. Sequitur

Classis III. In hac describitur Ioannis praedicatio, et baptis-
mus Christi, cui genealogia annexa est c. III.

Classis IV. comprehendit res in *Galilaea* actas per totum triennium muneris Christi, a cap. IV. usque ad c. IX, 50. Quum nempe Lucas narrasset historiam tentationis Christi, quae in deserto euenit, statim addit u. 14. eum in Galilaeam rediisse, et passim nominat Nazaretham, (u. 16.) Capernaum, (u. 31.) lacum Genesareth. (c. V, 1.) Sic usque ad cap. IX, 50. res in Galilaea gestas describere pergit.

Classis V, eaque ultima incipit c. IX, 51. ubi a Scriptore ultimum Christi iter Hierosolymitanum notatur. Ergo omnia reliqua ad ultima uitae Christi tempora pertinent.

Modus narrandi, quo Lucas utitur, non inusitatus est aliis historiarum scriptoribus. Sic *SUETONIUS* uitae Augusti partes singulatim, non per tempora, sed per species exsequi se uelle professus est (c. 12.) hoc est, narrare de bellis, honoribus, legislatione, disciplina, uita domestica. Idem Scriptor uitam *Caesaris* narravit sic, ut alicubi de omnibus eius uictoriis, alibi de praeliis aduersis, alibi de sceleribus eiusdem exponeret. Contra ipse Iulius Caesar res suas in Gallia et bellis ciuilibus gestas ex accurata temporum serie descripsit.

Veram Lucae et Matthaei comparandi rationem illustrauit *BENGELIUS* in Harmonia, quem Bertlingius imitatus est. Omnia, quae diuerso ordine ab utroque Euangelista narrantur, bis euenisse, ab omni uerisimilitudine abhorret.

CAPUT I.

1. **Επειδήπερ πολλοί — διήγησιν**) *Quum multi scripserint.* Nam *ἐπιχειρῆν* est quidem *ad mouere manum, conari, aggredi*; sed alteri uerbo iunctum, saepe otiose, et de effectu alicuius rei, sine respectu ad conatum, ponitur. Sic *Iosephus* in uita sua: Ἰῆσος γέν συγγράφειν τὰς περὶ τούτων ἐπιχειρήσας πράξεις, *Iustus igitur, qui, quae a nobis gesta sunt, scripsit.* Ita et *Philo* saepius. Quinam fuerint *οἱ πολλοί*, qui ante Lucam de rebus Christi et Christianorum scripserunt, ignoramus. Nostra Euangelia uix respicere potuit, quia nec
Marci

Marci nec Ioannis, sed Matthaei Euangelium tantum extitisse tum uidetur. Apocryphorum Euangeliorum haud exiguum fuisse numerum, et in his falsa admista fuisse ueris, dubio caret. An uero Lucae aetate eiusmodi Apocryphiam extiterint, de eo nihil certi statuere possumus. *περὶ τῶν πεπληροφορημένων ἐν ἡμῖν πραγμάτων*) *De iis negotiis atque rebus, quarum nobis est certa explorataque cognitio, i. e. περὶ τῶν πραγμάτων, ἃ ἐν ἡμῖν γενηθῆναι πληροφορεῖμεθα*, ut metonymice de rebus dicatur, quod proprie de personis effertur. Nam *πληροφορεῖμαι* est: *persuasus et certus sum*; et homo *πεπληροφορημένος* est *homo de aliqua re certus*. Hoc uero loco non homines sed *πράγματα* sic dicuntur; quod alias inusitatum est. Ex re ipsa apparet, *πράγματα persuasa et certa esse res certas*, de quibus constat inter omnes. . Istaes res hic sunt, uita Christi, et res ab eo gestae. *Ἐν ἡμῖν, inter nos*, nempe inter nos Christianos. Inter eos enim certae erant hae res.

2. *καθὼς παρέδωκαν ἡμῖν*) *Prout eas nobis tradiderunt*, aut uoce, ut reliqui Apostoli, aut etiam scripto, ut Matthaeus. *οἱ ἀπ' ἀρχῆς γενόμενοι — τῷ λόγῳ*) *Qui ab initio testes oculati et pars aliqua rerum gestarum fuerunt*. Nam *ὁ λόγος* h. l. significat res ipsas, quae narratione continentur. *Ἐπιμέται τῷ λόγῳ, administri negotii*, qui ipsi rerum gestarum pars aliqua fuerunt, et h. l. partim Maria, mater Iesu, cum aliis mulieribus et discipulis, partim Apostoli, per quos multa eorum gesta sunt, quae in hoc Euangelio narrantur. *Ἀπ' ἀρχῆς, ab initio*, non tantum muneris Christi, sed et omnium earum rerum, quae ad historiam eius

pertinent, e. c. eorum quae ante et statim post eius natiuitatem contigerunt.

3. ἔδοξε καί μοι) *Visum etiam mihi*; sponte propria: non ergo Pauli iussu, ut quidam putarunt. παρακολυθηκότε ἀνορθεν πᾶσιν ἀκριβῶς) *postquam in omnia ordine ac diligenter inquisiui*. Verbum παρακολυθεῖν significat: res aliquas negotiaque assequendo attendere. Sic Demosthenes ad Polyclem: ἕως μὴ ἀληθῶς παρακολυθῆκε τοῖς ἐμοῖς πράγμασι, ἢ quis non assequitur attendendo negotia mea. Ἄνωθεν, a principio altius repetendo, a conceptione Ioannis Baptistae; ἀπ' ἀρχῆς, ut modo dixerat. καθ' ἑξῆς) *Ordine, serie perpetua*, uel potius *figillatim*, Act. XI, 4. c. XVIII, 23. κράτις θεόφιλε) Quis hic *Theophilus* fuerit, ignoramus. Sine caussa dubitarunt nonnulli, an, h. l. sit nomen indiuidui cuiusdam hominis, an uero compellatio cuiusuis Deum amantis et colentis. Si enim posteriore modo acceperimus, uideri poterit uox κράτις ex superfluo addita. Fuisse aliquius dignitatis, uiri docti ex compellatione κράτις colligunt; nam conuenit hoc epitheton uiris principibus, et qui magna sunt auctoritate, Act. XXVI, 25. Sed et hoc incertum est, quia amicos etiam hoc nomine compellari moris erat, ut patet ex locis a *Wetstenio* laudatis. Est etiam blandientis compellatio, apud *Theophrast.* Charact. 6. Hoc unum certum esse uidetur, hunc Theophilum fuisse Christianum, a Luca ad professionem nominis christiani adductum, et extra Palaestinam uiuentem, quia Lucas de situ locorum in Palaestina multa affert, quae non nisi exteris ignota esse poterant.

4. ἵνα ἐπιγυῶς, περι ὧν κατηχήθης λόγων τὴν ἀσφάλειαν.)
Vt, quae (ante baptismum generali quadam) *instituzione*
acceperas, nunc certius cognoscas. κατηχεῖν, *uiua uoce do-*
cere, instruere. Ἀσφάλεια *ueritas, certitudo.*

5. Ἐγένετο — ἱερεὺς τις) Ἐγένετο, *fuit.* Satis cauit
 Lucas, uoci ἱερεὺς addito τις, ne Zacharias fuisse putaretur
 pontifex maximus, quod a Veteribus multis factō creditum,
 uel ἐφημερία satis euincit; nam Pontifex Maximus nulli classī
 Sacerdotum accensebatur. Pertinet autem narratio haec
 ad indicandam *Ioannis* nobilitatem; indicabat enim gene-
 ris nobilitatem, si quis ex sacerdote natus esset, et multo
 magis si et matrem haberet sacerdotis filiam, ut patet ex
Iosephi et *Philonis* locis. Sic e. g. *Ioseph.* de sui ipsius
 Vita, I. ἴμοι δὲ γένος ἐσιν ἐκ ἄσημον, ἀλλ' ἐξ ἱερέων καταβεβη-
 κος. ὥσπερ δὲ παρ' ἐκάστοις ἄλλη τις ἐσιν εὐγενείας ὑπόθεσις, ἕτως
 παρ' ἡμῖν ἢ τῆς ἱερουσούνης μεταξὺ τεκμήριον ἐστὶ γένος λαμπρότητος.
 ἐξ ἐφημερίας Ἀβιά) VOX ἐφημερία denotat proprie *functionem*
quae unum diem durat, deinde uero, et quidem hoc loco
ipsam Sacerdotum, qui eo officio funguntur, classem. Narratur
 I Chron. XXIV. quomodo Dauid familiam Aaronis in XXIV.
 Classes distribuerit, inter quas domus Abiae locum octauum
 occupauit. Eundem ordinem restituit *Hiskias* 2 Chron.
 XXXI, 2. et *Nehemias* c. XII. XIII, 30. Tradit autem *Io-*
sephus Antiquitt. Lib. VII, c. 15. § 7. rem ordinatam sic,
 ut una familia ministra esset Dei, diebus octo, ab uno
 sabbato ad alterum sabbatum. Sacerdotes, qui in templo
 Hierosolymitano sacris operati sunt, non solum interdium fue-
 runt in templo, sed et noctu, ut et uigilias agerent. Non
 solum uictimas parabant, sed et lampades et ligna, et omne

praestabant opus manuarium, quo opus erat. καὶ ἡ γυναῖκ
αὐτοῦ ἐκ τῶν θυγατέρων Ἀαρὼν) *Ex filiabus, i. e. posteritate*
Aaronis, hebraico more. Quod uero *Zacharias* Aaronida
mulierem duxit, non factum est ex obsequio erga legem,
ut quidam uolunt, (nulla enim lex obstabat, quo minus uir-
ginem ex alia tribu nubere potuisset,) sed Lucas hac narra-
ratione nobilitatem *Ioannis* ex utroque sanguine commen-
dat. Ἐλισάβετ) Hebraeum nomen est אֵלִישֶׁבֶת, quo
etiam appellabatur uxor Aaronis Exod. VI, 23. Graeco
interpreti.

6. ἦσαν δὲ δίκαιοι ἀμφοτέροι ἐνώπιον τῷ Θεῷ) *Erant autem*
ambo uere pii, uirtutis sinceræ studiosi. Nam δικαιοσύνη
sæpe est omne genus uirtutum. Ἐνώπιον τῷ Θεῷ, hebr.
הוֹרֵי יְהוָה, in conspectu Dei. πορευόμενοι — ἀμειπτοι)
Incedentes, i. e. uiuentes hebr. הִלְךְ. In aliis locis Scripto-
res sacri et LXX. utuntur uerbo περιπατεῖν. Ἐν πάσαις etc.
conuenientes omnibus praeceptis et statutis Iehouæ. Di-
scrimen inter ἐντολὴν et δικαίωμα hoc obseruatur, quod ἐντολὴ
notet praeceptum aliquod morale; δικαίωμα uero, hebraice
קוּחַ, praeceptum uel ceremoniale uel forense. Non ta-
men est necesse, ut haec duo uocabula anxie hic discer-
nantur; tota enim phrasis indicat: *omnia praescripta et*
leges Dei obseruare. Ἀμειπτοι, i. e. ἀνεκλήπτοι, ita ut nemo
eos iure reprehendere possit. Referendum hoc ad bonum
rumorem illum, quo apud homines florebant, ut membrum
antecedens de eorum interna, Deoque cognita pietate in-
telligendum.

8. Ἐγένετο — τῷ Θεῷ) *Accidit autem interea, dum mu-
nere sacro fungebatur ex ordine suae classis in templo.*

ιερατεύειν) hebr. כָּבַד, *operari sacris*, λειτουργεῖν. ἐν τῇ τάξει τῆς ἐφημερίας αὐτοῦ) i. e. quum ad familiam Abiae ordo rediisset, quod fiebat post interuallum 168. dierum. ἔναντι τοῦ Θεοῦ) לפני יהוה, *in templo*, ubi Deus peculiari modo praefens credebatur. Solet id genus loquendi (ιερατεύειν ἔναντι τοῦ Θεοῦ) usurpari de toto illo ministerio sacerdotali, tam quod in templo, quam quod sub dio peragebatur.

9. κατὰ τὸ ἔθος τῆς ιερατείας, ἔλαχε τὸ θυμιάται) *Vt, pro more muneris sacerdotalis, fors illi caderet muneris, adolendi thura, ita ut Sanctum ingrederetur.* Nam ιερατεία est ἡ ιερατικὴ λειτουργία. Quum autem uaria essent sacerdotum in templo munera, conuenit inter eos, ut fors iaceretur, et quisque eo fungeretur, quod ipsi obtigisset. Prima ergo sortitione designabatur, qui altare exterius purgaret; secunda, tredecim legebantur, qui agnum mactarent, sanguinem spargerent, lampades aptarent, et partes uictimae ad altare deportarent; tertia, qui suffitum adoleret; quarta, qui per cliuum ascenderet, et membra uictimae altari imponeret. Honoratissimus is fuit, qui suffitum adolebat, quo officio nonnisi semel defungi poterat, ut patet ex locis Thalmudicis Wetstenio laudatis. εἰς τὸν ναὸν τοῦ κυρίου) ναὸς h. l. est *Sanctum*, in quo erat altare suffitus. Hebraei eam aedem proprie הֵיכָל uocant.

10. πᾶν τὸ πλῆθος τῶ λαῶ — θυμιάματος) Moris erat, ut populus preces funderet tempore sacrificii ingis. Factum est hoc autem tempore matutino. Vid. Exod. XXX, 7. Ἔξω h. l. significat extra Sanctum, in atrio.

13. εἰσηκόσθη ἡ δέησις αὐτοῦ) Simul cum suffitu preces Deo offerebat sacerdos; nec sacerdos tantum, sed et Israelitae foris

foris stantes. Eae preces concipiebantur pro Dei populo, imo, si *Iosepho* et *Philoni* credimus, pro mundi totius salute. Has preces angelus dicit exauditas; nam enim prae foribus esse aduentum Messiae, cuius anteambulo destinatus fit is, qui Zachariae nasciturus erat filius. τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰωάννην) יוֹחָנָן a contracto יְהוֹה et uerbo יָנַח, proprie est: Θεὸς ἠλάγησεν, aut ἐχαρίτωσεν. Solet autem utrumque uerbum hoc apud Hellenistas, ut et hebraeum illud, saepe significare insignis gaudii uel beneficii exhibitionem; quare in uerbis sequentibus nominis huius explicatio esse uidetur.

14. καὶ ἔσται χαρὰ σοὶ καὶ ἀγαλλίασις) *Is* (Ioannes) erit tibi gaudio et laetitiae. Nomen Ioannis repetendum uidetur κατὰ τὸ κοινὸν, ita ut fit appositio Hebraeis et Graecis familiaris, quam Latini exprimunt tertio casu.

15. ἔσται γὰρ μέγας ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ) *Vere magnus et illustris erit.* Nam Hebraismus לְפָנַי יְהוֹה, ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, saepe rei ueritatem indicat, uel singularem quandam praestantiam. σίκερα) *Sicera*, uox indeclinabilis hebraica, כֶּרֶס, quibus potus inebrians non ex uitis confectus, ut Hesychius explicat in Lexico. Est genus cereuisiae; nam, ut *Kimchi* obseruat, ex frugibus, tritico, hordeo, melle et daetylis conficiebatur hic potus. *Pesachim*: Sicera Medica, in quam proiecerunt aquas hordei, i. e. cereuisia. Aliis σίκερα est uinum non temperatum aqua, merum; δεικναι autem uinum aqua temperatum. Quicquid sit, sensus est: Omnis generis potu calidiore abstinabit. Hoc erat illorum, qui externam etiam sanctimoniam prae se ferebant, et uitam agebant asceticam. Quapropter de eo, qui Naziraeatum

tum uouerat, scriptum erat in lege: ἀπὸ οἴνου καὶ σίκερα ἀγνισθήσεται, Num. VI, 3. Quia enim uino et ficera ratio perturbatur, ideo ab his abstinere debebant, qui Deo erant consecrati. Ioannes autem grauissimis negotiis erat destinatus. Quare perpetuo abstinentiam uitam uiuere iubetur, quum alias Naziræis, ad tempus Deo consecratis, ad tempus tantum abstinendum esset a uino et ficera. καὶ πνεύματος ἁγίου πλησθήσεται) *Nam singularibus donis Spiritus exornatus erit.* Plenus Spiritu est, qui eximiis animi dotibus est praeditus. Cf. u. 17. ἔτι ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ) *iam inde ab utro matris suae, i. e. a pueritia.* Nam ἔτι saepe usurpari pro ἡδῆ, *Raphelius, L. Bos, Kypkius*, aliique exemplis ex Profanis probarunt. Phrasis ἐκ κοιλίας μητρὸς occurrit etiam Pf. XXII, 10. (hebr. u. 11.) מִן הַבֶּטֶן, *a prima aetate.* Cf. Act. III, 2.

16. πολλοὶ τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἐπιστρέψουσιν ἐπὶ κύριον) *Conuertet; i. e. faciet, ut multi resipiscentes se conuertant ἐπὶ Κύριον τὸν Θεὸν αὐτῶν, ad Iehouam Deum suum.* Intelligent alii Deum in uniuersum, alii peculiariter Messiam, et respici putant ad Ies. XL, 3. Ἐπιστρέψουσιν transitue hic ponitur.

17. καὶ αὐτὸς — Ἠλίε) *Et ipse praeibit eum instructus dotibus Eliae.* Ἐνώπιον αὐτοῦ, sc. κυρίου, u. 16. Ille κύριος, quem praeiuit Ioannes, est Messias. Προέρχεται ἐνώπιον τινος est, *praecedere aliquem in munere, uel etiam ei ministrare.* ἐν πνεύματι καὶ δυνάμει Ἠλίε) *Animi dotibus et ingenio similis Eliae, uel etiam donis eiusmodi praeditus, quibus Elias fuit instructus.* Πνεῦμα pro, animi dotibus, haud raro ponitur. Δύναμις autem

autem saepe est ingenii sollertia, rerumque tractandarum peritia, ut REISKIUS docet animadu. ad gr. Auct. Vol. IV. p. 73. sqq. Respicit angelus ad uerba Malachiae c. III, 23. ἐπιτρέψαι καρδίας πατέρων ἐπὶ τέκνα) Sensus est concisus: *Efficiet Ioannes, ut parentes iuxta cum liberis, i. e. omnis aetatis et indolis homines respiciant.* Nam ἐπὶ h. l. ponitur pro hebraico לָב, Malach. III. 24. לֵב אֲבוֹת עַל בְּנִים. Locutio est instar prouerbii, ad multitudinem significandam ut Exod. XX, 5. XXXIV, 7. Quia uero apud Malachiam additur: וְלֵב בְּנִים עַל — אֲבוֹת, posset etiam sensus esse: *reconciliabit animos patrum filii;* ad amorem mutuum excitabit parentes et liberos; proprie: conuertet animos parentum ad liberos. Quia de religione sermo est, intelligitur sine dubio hoc, Ioannem omnibus sensus similes instillasse qua religionem. Effecit nempe docendo et hortando, ut Deum omnes simili modo cognoscerent, amarent, colerent. Sic similia studia omnibus instillauit. καὶ ἀπειθεῖς — δικαίω) et scelestos ad sensum, quo homines probi praediti sunt. Ἀπειθεῖς, Hebraeis מֹרִים, sunt immorigeri, inobedientes sc. Deo, i. e. scelesti. φρόνησις h. l. non est prudentia, sed sensus, studium. Hoc significato uerbum φρονεῖν haud raro occurrit, ut Rom. VIII, 5. Phil. II, 5. Ex similitudine membrorum patet, ἐν pro εἰς esse sumendum. Sensus igitur est: *Scelestos conuertet huc, ut sensum habeant piorum.* Lambertus Bos una serie legendum putat: καὶ ἀπειθεῖς — λαὸν κατασκευασμένον, et uertit: *et rebelles, suadendo iustitiam reddat Domino instructum populum.* Vocem δικαίω h. l. neutrius generis esse existimat, et subaudiendum πραγμάτων: φρόνησιν autem esse actum suadendi, suasionem,

confilium. ἑτοιμάσαι κυρίῳ λαῷ κατασκευασμένου) *ut paret Domino populum, qui paratus sit (ad accipiendum regnum coelorum.)* Itaque praeterita uox sumenda hic indefinite, more hebraeo. Neque offendere nos debet, quod bis idem dici uidetur, (quia ἑτοιμάζειν et κατασκευάζειν sensu uix differunt,) quum eiusmodi Pleonasmis abundet sermo hebraeus et hellenisticus.

18. κατὰ τί γνώσομαι) i. e. τίνοι, uel ἐκ τίνος; *quo argumento istud noscam?* Verba ipsa sunt, quae LXX. in *Abrahami* similiter loquentis historia usurpant, Gen. XV, 8.

19. Γαβριήλ) Iudaei nomina angelorum in Chaldaea didicisse uidentur. Imponuntur autem nomina angelis a ministeriis, quibus ex mente Iudaeorum a Deo sunt destinati. Sic גבריאל (a גבר et אל) est δύναμις Θεῷ, Dei robur, quia eo ministro Deus utitur ad summam potentiam suam explicandam. Ad hanc uulgi opinionem angelus se accomodat. δ παρεξηκώς ἐνώπιον τῷ Θεῷ) Locutio ex aulis orientalibus sumta, nam *stare coram rege* dicitur is, cui semper aditus ad eum patet. Itaque tantundem est, quasi dicat, *non quemuis ministrum, sed satrapam se esse regni coelestis.*

20. ἂνθ' ὧν) eo quod, quoniam, quo sensu etiam *Aelianus* usurpat, Var. Hist. L. IV, c. 8. XII, 18. XIII, 28.

21. καὶ ἦν — Ζαχαρίαν) *Exspectabat populus Zachariam, ut pro more ei benediceret, καὶ ἐθαύμαζον — — ναῶν)* Ἐν τῷ ναῶ, i. e. *in sancto.* Tardauit Zacharias ultra horam

horam τῆς θυμιάσεως, qua peracta, solebant sacerdotes ad populum progredi.

22. ἐπέγυνσαν ὅτι βρασίαν ἠώρακεν) Ex eo, quod Zacharias mutus erat, cognoscebant, ei aliquid insoliti enenisse. Sine dubio hoc etiam inuicem dicebant. Quum igitur Zacharias hoc audiret, ἦν διανέμων αὐτοῖς, annuit illis; nutu significauit hoc ita esse.

23. τῆς λειτουργίας αὐτῆ) muneris, seu ministerii. Composita est enim uox λειτουργία ex λειτουργία, *publicum*, et ἔργον, *opus*, et habet in genere δημοσίῳ ἔργῳ significationem. *Lyfias* in Orat. pro pecuniis Aristophanis: πενήκοντα ἔτη ἔσιν, ὅσα ὁ πατήρ αὐτοῖς χρήμασι καὶ τῷ σώματι πόλει ἐλειτήρησι, *quinquaginta anni sunt, quibus pater ipse tam pecuniis quam corpore in ciuitate muneribus publicis functus est.* Transferitur deinde ad ministerium templi, et opera religionis causa suscepta. In ecclesiastica disciplina uocarunt λειτουργίας sacrarum rerum publicas actiones, matutinas et uespertinas. Plures significationes uid. in *Suiceri The- sauro ecclesiast.*

24. περιόκρυβεν ἑαυτήν) *Occultauit se*; non prodiit in publicum, rumores declinans; ceterum Deo ita disponente, ne quid de *Ioanne* dispalesceret, antequam certis testimoniis de conceptione Messiae, cuius praecursor futurus erat Ioannes, constaret.

25. ὅτι ἔτω — ἐν ἀνθρώποις) *Hoc beneficium Dominus mihi exhibuit nunc, quum ignominiam meam benigne remouit.* In uerbis ἔτω μοι πεποίηκεν ὁ Κύριος est Hebraismus. Nam phrasis: **כי עשה לי אלהים** significat: *Hoc Deo*


Deo debeo; beneficium hoc Deus mihi exhibuit. Ἐπετίθει δὲ ελεῖν, *uifitauit remouere*, i. e. clementer remouit; tribuit mihi hoc ut remoueat. Ἐπέειπεν, ἐπισκέψασθαι, hebr. קָפַד, *uifitare*. Deus autem uifitare dicitur hominem, quando ei aliquid tribuit, uel benigne uel iratus. Ὀνειδος h. l. est sinistra hominum opinio. Putabant nempe non placere Deo eum, cui nullam prolem concefferit; proles enim diuinum donum existimatur. Iudaica praesertim natio prolem putabat summum beneficium, et fauorem Dei hinc elucere iudicabat, si cui proles concederetur.

26. ἐν τῷ μηνὶ τῷ ἕκτῳ) *Mense sexto*, sc. a quo tempore Elifabetha grauida esse coeperat, Cf. u. 36. .

27. μεμνησθεμένην) *sponsione promissam*; neque enim adhuc Iosephus eam domum duxerat. De Maria uide quae ad c. I. Matthaei annotauimus.

28. εἰσελθὼν) in eam domum, in qua sub proximorum cura custodiebatur. κεχαριτωμένη) *fauoris (diuini) composita*. Verbum enim peculiari deriuatione est factum ἀπὸ τῆς χάριτος, quo nomine fauor et gratia significatur. ὁ κύριος μετὰ σοῦ) *Iehoua adfit tibi*; sensu apprecatiuo. εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξίν) *felix et beata effecta prae ceteris mulieribus*; nam εὐλογεῖν, בָּרַךְ, dicuntur homines, quum aliis bene precantur. Deus autem non uerbis, sed re ipsa beat.

29. ἡ δὲ ἰδῶσα) sc. Angelum. Ceterum deest hoc participium in quibusdam Codd. et Versi. τοταυτῶς) *Admirantis uox*, i. e. quo tandem spectaret, et quae esset eius



salutationis sententia. Scaliger ad Manilium ποταπός h. l. mauult *cuias* interpretari.

30. εὐρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ) *Consecuta es enim amorem et beneuolentiam Dei.* 'Ευρίσκειν, hebraico נָשָׂא respondens, saepe denotat *consequi, comparare, habere.*

31. ἐν γαστρὶ) hebraeus pleonasmus. Aperte satis angelus digitum intendit ad illa Iesaiæ, citata a Matthæo c. I, 23. 'Ιησοῦν) uide, quæ ad Matth. c. I, 21.

32. καὶ υἱὸς ὑψίστου κληθήσεται) *Filius Dei, i. e. Messias erit.* In uoce ὑψίστου est Hebraismus. Nam inter cetera nomina, quæ Deo tribuuntur apud Hebraeos, est etiam יְהוָה, i. e. summus, uel supremus. καλέομαι, *sum*, hebraico more. *Filium Dei* autem hic, ut saepius, esse Messiam, sequentia declarant. Cf. Ioan. I, 50. Quam non inter Iudæos tantum, sed totius orientis, omnesque adeo ueteres populos reges appellarentur *Deorum filii*; *Messias* etiam, summus ille et inuictus futurus Iudæorum rex eodem nomine, eodemque sensu est appellatus, ita quidem, ut χριστός et υἱὸς Θεοῦ uel ὑψίστου synonyma essent. Origine nominis ita proprie de Messia adhibiti repetenda uidetur ex Ps. II, 7. et 2 Sam VII, 14. Hoc tamen loco ratio nominis hæc esse uidetur, quod Messias non ex patre humano, sed *ui ipsa diuina* esset procreandus; (infra u. 35.) Apostolis deinde ex reuelatione constabat de natura Christi uere diuina. καὶ δώσει — — τῷ πατρὶς αὐτοῦ) τὸν θρόνον Δαβὶδ, i. e. *regnum Dauidis.* Regum ex Dauidis posteris erit maximus. Variis figuris et imaginibus adumbratus est Messias in V. T. *Patribus*, Abrahamo imprimis, promissus fuit ut *semen;*
per

per Mosen prophetam, ut propheta; Dauidi, regi, ut rex. Igitur in Psalmis potius, quam antea, de regno Christi canitur.

33. καὶ βασιλεύσει — αἰῶνας) Populo Israelitico imperabit in aeternum. Ex 2 Sam. VII, 16. Populus Israeliticus nominatur, quia ei genti primum promissus erat Messias. Non autem excluduntur alii ex aliis nationibus, Iacobi posteris iungendi, iisque associandi, ut Iesaias loquitur, c. XIV, 1. Cf. Ies. XLIV, 5. καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἐκ ἔσαι τέλος) Hoc explicat, quid sit εἰς τὰς αἰῶνας, non in longum tempus, sed sine fine. Ex Daniel. VII, 14. Quum haec omnia sint e V. Testamento, Maria omnino intelligere potuit describi Messiam, adeoque rem in V. T. praedictam nunc habituram esse euentum.

34. πῶς ἔσαι τῆτο, ἐπεὶ ἄνδρα ἢ γινώσκω;) ἢ γινώσκω est: haecenus uiro sum intata. Matth. I, 25. Merito admiratur, quomodo conceptura sit sine uirili opera, quum eius rei nullum extaret exemplum. Virum cognouit, etiam apud Ouidium est.

35. πνεῦμα — ἐπισκιάσει σοι) i. e. interuentu diuinæ uirtutis, uel per miraculum concipies. Nam πνεῦμα ἅγιον uenire dicitur super homines eos, quos Deus agitat, et in quibus maiora, quam quae a naturae ui uel expectari uel produci queant, uirtutis suae accessione operatur. Iudic. XIV, 6. 1 Sam. XI, 6. Δύναμις ὑψίστη sentiu non differt a πνεύματι ἁγίῳ, quod patet ex comparatione locorum Luc. XXIV, 49. Act. I, 5. 8. Verbum ἐπισκιάζειν respondet uerbo ἐνδύεσθαι, quo uti solent V. T. scriptores iis locis,

ubi diuinus spiritus occupare homines, aut superuenire, aut quiescere super iis, adeoque uim suam in iis exserere dicitur. Iud. VI, 34. 1 Chron. XII, 18. Innuit igitur haec uox, futurum esse, ut potentiae diuinae interuentu grauida Maria filium ederet. καὶ καὶ — υἱὸς Θεοῦ) *Itaque etiam foetus tuus sanctus appellabitur Filius Dei.* Ἄγιος, ἁγίος, (Ies. VI, 3.) est uenerabilis propter insignem dignitatem. Ergo hic Iesus dicitur fore uenerabilis, homo plane singularis, non unus de multis hominibus. Accedit quod praecesserat illud, foetum hunc non oriturum esse humanis parentibus. Quod autem Deus efficit, id dicitur sanctum. τὸ γεννώμενον, *Partus, natus.* Obseruandum, in hac forma γεννᾶν dici de foeminis. *Latini, quod natum est, quod peperisset.* Quintil. Decl. XVIII, c. 3. *natum de te.* Sicut et in his uerbis quidam Codd. addunt ἐκ Θεοῦ.

36. Ἐλισάβετ ἡ συγγενὴς σου) *Elisabeti cognata tua.* Non est magna hic difficultas fingenda de cognatione inter Mariam ex tribu Iudae, et Elisabetam ex tribu Leui oriundam; nam potuerunt ex diuersis tribubus connubia iungi, et tantum a Deo prohibita olim fuit distractio hereditatum. καὶ ἕτος μὴν ἕκτος ἐστὶν αὐτῇ) Hebraismus; i. e. sextum iam mensem agit a conceptu. τῇ καλεσμένῃ στείρα) *Quae sterilis esse dicitur.* Nam καλεῖσθαι in hebraea locutione cum re significat famam rei.

37. Ἐκ ἀδυνατήσῃ παρὰ τῷ Θεῷ πᾶν βῆμα) *Nihil est quod Deus efficere non possit.* Ἐβραῖμα, רַבֵּר, res. Est prouerbum tritum usu Hebraeorum, רַבֵּר מִמַּךְ כָּל-דָּבָר. Graecum erat: ἐδὲν ἀδυνατήσῃ ὁ Θεός. Quod igitur Deus Elisabeta effecit,

effecit, id potest etiam in te efficere. Referuntur haec omnia ad omnipotentiam diuinam.

38. ἰδὲ ἡ δούλη κυρίας) Locutio hebraea, obedientiae propositum notans. Subiicio me omnipotentiae diuinæ. γένοιτό μοι) Non consentit tantum uirgo, sed et desiderat, eximio fiduciae exemplo. Eueniat mihi prouti tu dixisti.

39. ἀναστᾶσα) Vox παρέλκωσα, ut et infra c. IV, 38. εἰς τὴν βρειλὴν) sc. χώραν, in regionem montanā. μετὰ σπεδῆς) pro σπεδαίως, festinanter. Sic Philo de uit. Mos. μετα σπεδῆς καὶ τάχους) propere ac celeriter. εἰς πόλιν Ἰβδα) Hebronem metropolin portionis Iudae significari uerisimile est. Nam πόλις, ut hebraeum תִּירָק , ita solet poni; ut significet μητρόπολις. Et erat quidem Hierosolyma caput regni; at peculiariter portionis Iudae urbs praecipua Hebron, ut colligitur 2 Sam. II. Accedit quod Zacharias, in cuius domum Maria adiisse dicitur, fuit sacerdos. Atqui sacerdotes habuerunt proprias quasdam urbes in Palaestina, quas incolebant. Hebron autem fuit talis urbs sacerdotalis. Alii suspicantur, scriptum fuisse Ἰβτα, uel ἰβτα. Fuit haec urbs in montano, cuius fit mentio Ios. XV, 55. c. XXI, 16.

41. ἐσκίρτησε) Solent medici hoc uerbo notare motum naturalem infantis in utero, quod ἀσκαρῖζειν est aliis. Hic uero motus, siue naturalis siue praeternaturalis, diuinitus procuratus fuisse uidetur. καὶ ἐπλήσθη πνεύματος ἁγίου) Repleta est afflatu diuino. Dixit enim, quod per se scire non poterat, ut patet ex u. 43.

42. εὐλογημένη σὺ ἐν γυναίξιν) *Felicissima es mulierum.* Sicut enim εὐλογεῖν saepe est *felicem reddere*, ita εὐλογεῖσθαι est felicitate frui.

43. καὶ πόθεν μοι τῆτο.) Sic loqui solent, qui honorem inexpectatum sibi obtigisse mirantur. Ἰα ἔλθῃ — τρὸς με;) *Dominus κατ' ἐξοχὴν* est Messias. Vocat igitur Elisabetha Mariam matrem Messiae. Quoniam autem nec uiderat eam antea, nec collocuta erat cum ea, et res ita recens erat, ut eam aliunde cognitam habere non posset, igitur afflatu diuino haec uerba protulisse dicitur, comm. 41.

44. ὡς ἐγένετο ἡ φωνὴ τῆ ἀσπασμῶ σὺ εἰς τὰ ὦτα μου) Vertere simpliciter licet; *ut peruenit ad aures.* Nam γενέσθαι pro *uenire* saepe usurpant nostri et alii scriptores. Syrus ܕܥܕ, *accidit auribus.* ἐν ἀγαλλιάσει) Quasi laetitia gestiens. Ἀγαλλίασις solet ad animum transferri: proprie tamen *gesticulationem* significat, qualis esse laetantium solet. Ergo hinc non potest concludi Ioannem iam in utero fuisse prophetam. Certum enim est, embryonem ultimis grauiditatis mensibus ualde sensibili modo in utero matris commoueri, idque praecipue fieri tum, quum mater uehementius agitata est. Factum est igitur id, quod multis matribus accidere solet, nec in hac re est aliquid mirabile.

45. μακαρία ἡ πισεύσασα, ὅτι ἔσαι τελείωσις τοῖς λελαλημένοις αὐτῇ παρὰ κυρίου) Sic enim interpungendum esse uidetur, ut post πισεύσασα ponatur comma, non colon. Generalis esse uidetur sententia, sed a muliere ad mulierem elata foeminino genere: *Beata, quae credit exitum habitura ea, quae diuinitus ipsi sunt nuntiata*, quomodo accipit Syrus. παρὰ κυρίου, i. e. quod barbare dicunt, *ex parte Dei.*

46. Καὶ ἔτε Μαριάμ) Qui nunc sequitur hymnus Mariae simillimus est hymno Hannae uerbis et ordine. Cf. I Sam. II. Similis est etiam Pſalmis Daudicis, siue materiam spectes siue formam. Materiam enim quod attinet, exprimit Maria sensum laetitiae, quod a sua humilitate euecta esset ad magnam dignitatem, et addit, omnipotentem Deum hoc fecisse; deinde uero commoratur in cogitanda Dei omnipotentia, et tandem hoc beneficium ad omnem nationem Iudaicam pertinere dicit. Sic Dauides in Pſalmis saepe laetatur de liberatione ex malis et periculis, et addit, se hoc Deo debere; commoratur deinde in cogitanda Dei misericordia, omniscientia et omnipotentia, et tandem, Deum Sioni quoque opem ferre dicit. Quod autem ad formam hymni attinet, omnes sententiae, uti in Pſalmis bis dicuntur, praefertim in parte posteriore. *μεγαλύνει ἡ ψυχὴ μου τὸν κύριον*) *Laudes celebros Domini.* Nam ἡ ψυχὴ μου per Hebraismum pro *יְהוָה* est pronominis loco, *ego*; *μεγαλύνει* autem significat, *extollere, uerbis praedicare, celebrare.*

47. καὶ ἠγαλλίασε τὸ πνεῦμά μου) *Laetor.* Sensu non differunt haec uerba a praecedentibus comm. 46. Nam hebraici carminis ea est ratio, ut quaeuis periodus duobus plerumque membris constet, in quibus res rebus, uerbis uerba quasi demensa et paria respondeant. De hoc parallelismo membrorum uid. *ROB. LOWTH de sacra Poesi Hebraeorum. Praelectio XIX.* *ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ σωτῆρί μου*) *Super Deo, conseruatore meo, s. propter Dei in me fauorem et beneficentiam.* Nam ἐπὶ causam, ipsamque adeo gaudii materiam declarat, et σωτῆρ est, qui ex malis liberat, et beneficia adiungit.

48. ὅτι ἐπέβλεψεν ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν τῆς δούλης αὐτῆς) *Nam exaudit preces abiectae ancillae suae.* ταπείνωσις, est יגו, *miseria, afflictio, conditio abiecta.* Sed conditio abiecta ancillae ponitur pro abiecta ancilla, ex Hebraeorum idiotismo. Deus *afflictionem adspicere* dicitur, quum hominem afflictum propitius respicit, eiusque preces exaudit, locutione Scriptoribus Sacris usitatissima. ἰδὲ γὰρ — γενεαί) *Nam ab hoc inde tempore omnes nationes felicem me praedicabunt.* Antea, inquit, eram obscura; ab hoc autem tempore in omnium ore uerfabor. Ex muliere nemini fere nota Deus me faciet omnium nobilissimam.

49. ἐποίησέ μοι μεγάλα) *Res magnas et miras mihi praestitit.* Μεγάλα, מוֹלָג, Ps. LXXI, 19. ὁ δυνατός) *Potens ille, i. e. מוֹלָג, id enim Dei attributum ita uertunt LXX, Ps. XXIV, 8. καὶ ἁγίου τὸ ὄνομα αὐτῆς) et nomen eius summe colendum, uel: omni uenerationis cultu dignissimus, pro: ἅ τὸ ὄνομα ἅγιον.* Est haec periphrasis religiosa Dei.

50. καὶ τὸ ἔλεος — φοβούμενοις αὐτῶν) *Perpetuo et sine fine benefacit iis, qui religiose eum colunt.* Nam ἐλεεῖν et ἔλεος ποιεῖν, ut Exod. XX, 6, saepe denotat *beneficia tribuere*, et φοβούμενοι τὸν θεὸν dicuntur illi, qui Deum religiose colunt.

51. ἐποίησε κράτος ἐν βραχίονι αὐτῆς) *Magnas res efficit potentia sua maxima.* Quia in brachiis est robur, per Dei brachium maxima eius uis et potentia indicatur. Κράτος h. l. est opus, ad quod efficiendum magna uis requiritur, quale erat uirginalis conceptio. διανοήσασθαι ὑπερῶς

φάνως διανοία καρδίας αὐτῶν) *Diffipat consilia superborum, uel perdit superbos, proprie eos qui in cogitatione animi sui superbiunt.* Ὁ Θεὸς ἐπεριφάνους ἀντιτάσσειται, inquit Petrus, 1 Epist. V, 5.

52. καθεῖλε — ταπεινός) i. e. *Principes, (nempe suis rebus superbientes) imperio priuat, et humiles dignitate et honore ornat.* Cf. Pl. CXIII, 7. 8. 1 Sam. II, 8. Sic Deus Messiam nasci uoluit non ex iis qui sceptro et diuitiis superbiebant, sed ex uirgine contemptae sortis, et praedita humili mente.

53. πεινῶντας) Antithesis ostendit πεινῶντας hic non uocari famelicos, i. e. eos qui simpliciter esuriant, sed eos, qui ad extremam inopiam redacti sunt, quos Hebraei עֲנִיָּוִים uocant. *Inopes ditat.* καὶ πλεθύνοντας ἐξαπέσειλε κενός) *et diuitibus optata denegat.* Πλεθύνοντες hic iterum sunt diuitiis suis elati et superbientes; et ἀποσέλλεσθαι κενός dicuntur, quicumque rei alicuius obtinendae causa aliquem compellant, neque eam obtinent, ut infra c. XX, 10. 11. et LXX. in Iobo XX, 9. χάρας δὲ ἐξαπέσειλας κενός. Ceterum sensus est idem qui in Hannae carmine, 1 Sam. II, 5.

54. 55. ἀντελάβετο Ἰσραὴλ παῖδες αὐτῆ) *Curam suscipit populi sui.* Saepe in V. T. populus Israeliticus uocatur *seruus Dei*, e. g. Ies. XLI, 8. 9. Ἀντιλαμβάνεσθαι significat *subleuare manu porrecta prostratum, capere, apprehendere;* hinc *curare, curam suscipere,* quomodo interpretatur *Elsnerus.* μνησθῆναι — αἰῶνα) *Ita ut perpetuo ei beneficiat, ut promissionis patribus nostris, Abrahae et posteritati eius factae.* Ἐἰς τὸν αἰῶνα, uel ut alii rectius legunt εἰς

ἁϊωνος construendum uidetur cum *μνησθῆναι ἐλεος*. *Memo-*
rem se ostendere misericordiae, uel benignitatis, est bene-
facere. Δαλεῖν, h. l. est *promittere*. Locus nihil difficul-
 tatis habere uidetur, si notes, uariari constructionem uerbi
 ἐλάλησε, quod primo post se habet πρὸς cum accusatiuo, et
 deinde datiuum. Cf. Gen. XVII, 19. Rom. XI, 29. De-
 creuit Deus Israelitas semper eximia beneuolentia prosequi;
 quod tunc praecipue ostendit, quum Messiam ex ipsis nasci,
 atque inter ipsos uersari uoluit.

58. ἐμεγάλυνε — μετ' αὐτῆς) *Deum affecisse eam magno*
beneficio. Μετ' αὐτῆς pro Datiuo αὐ-ῆ. Hebraica Phrasis,
 cui similis est Gen. XIX, 19. ubi LXX. μεγαλύνειν δικαιοσύνην
 uertunt יְדַבֵּר לְךָ, pro : *magnis beneficiis afficere.* Συνέχαι-
 ρον αὐτῇ *congratulabantur ei, nempe de filio nato.*

59. ἦλθον περιτεμεῖν) *Venerunt, sc. δι συγγενεῖς, quorum*
commate praecedente facta est mentio. Venerunt in do-
 mum Zachariae. Nullus enim locus certus circumcisioni ex
 lege praescribitur, ut nec certus circumcisor, sed solet ad
 eam rem adhiberi, qui maxime est in ea arte exercitatus.
 Vide I Macc. I, 60. Domi autem celebratam hanc cir-
 cumfionem, ostendit puerperae praesentia. ἐκάλην αὐτὸ
 ἐπὶ τῷ δούματι τῆ πατρὸς αὐτῆ) Statim post circumfionem
 peractam nomen infanti imponebatur, Gen. XXI, 3. 4. Sic
 et apud Romanos dies infantium lustricus dicebatur etiam
nominalis ab eodem more; et apud Athenienses decimo die
 sacra fiebant, et imponebatur nomen infanti, ut nos docent
anes Aristoph. et ad eum Scholiastes. Hoc ideo factum,
 ut, quum multi ad circumfionem aut lustrationem aduoca-
 rentur, iidem meminisse possent impositi nominis, si qua
 olim

olim controuersia oriretur. Parentum autem aut auorum nomina posteris imponebantur, ut ipsa nominis recordatione ad imitandas eorum uirtutes accenderentur. Sic et apud Graecos a *Pyrrho* plures *Pyrrhi*, a *Philippo Philippi*, a *Ptolomaeo Ptolomaei*.

60. ἡ μήτηρ) Cui maritus, Zacharias, litteris significasse uidetur, nomen Ioannis ex angeli mandato imponendum esse puero.

62. τὸ τί ἂν θελοῖ καλεῖσθαι αὐτὸν) Articulus praepositivus, genere neutro adhibitus, non solum interrogationibus, sed unicuique sententiae praepositus, sequentemque adeo sententiam indicat. Illud τὸ igitur h. l. indicat, quid natu significare uoluerint, nempe id, quo nomine uocandus sit. In pronomine autem τί subintelligendum esse ὄνομα, facile intelligitur.

63. ἔγραψε, λέγων) Non una est horum uerborum interpretatio; sed ea uidetur uera esse, quae reddit: *Scriptis his uerbis, seu scripsit, his uerbis usus*; quae loquendi ratio non tantum Hebraeis, sed et aliis usitata est. Ioseph. Lib. XIII, Antiq. c. 4. §. I. Πτολεμαῖος δὲ, προσδεχόμενος ἡδέως τὴν μνηστρίαν, ἀντιγράφει λέγων, *Ptolomaeus autem, quum libenter postulatis eius annuisset, rescripsit his uerbis.*

64. ἀνεψύχη δὲ τὸ σῶμα αὐτῆ) i. e. restitutus est illi usus uocis, quem amiserat. Videtur enim quodammodo illius os occlusum, qui loqui non possit; qua ratione dicuntur etiam caecorum oculi et surdorum aures aperiri, ut Ies. XXXV, 5. καὶ ἡ γλῶσσα αὐτῆ) ἀνεψύ-

Ἐν, nam τὸ ἀνοίγεσθαι etiam ad linguam refertur, ut Marc. VII, 34.

65. ἐγένετο ἐπὶ πάντας φόβος) *Orta est omnibus reuerentia Dei.* Nam φόβος saepe est reuerentia Dei, ut Act. II. 43. Vel: *omnes admirati sunt;* quia admiratio et timor cognati sunt affectus. διελαλεῖτο πάντα τὰ ῥήματα ταῦτα) *Sermonibus omnium celebrata sunt, quae ibi dicta et facta fuerant.*

66. ἔθεντο πάντες οἱ ἀκίσαντες ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν) *Reposuerunt in corde suo,* i. e. diligenter et attente considerarunt, et uelut infixerunt animo. *Virgilius: Sensibus haec imis, (res est non parua) reponas.* Et alibi: *memori quae condita mente teneto.* τί ἄρα τὸ παιδίον τῆτο ἔσαι) *Quo euadet puer iste?* Est enim idem genus loquendi, quod Act. XII, 18. καὶ χεῖρ κυρίου ἦν μετ' αὐτοῦ) *Deus autem eum protexit,* in uita conseruauit. χεῖρ, potentia, tutela.

67. ἐπλήσθη — προεφάρτευσεν λέγων) *Spiritu diuino actus celebravit laudes Dei in hunc modum.* Impleri spiritu sancto dicuntur etiam poëtae, quia feruentioris animi impetu abripiuntur ac feruntur, ita ut sibi ab alia maiore ui agi uideantur. Προφητεύειν, Ἄλληλ, h. l. significat *meditari carmen, celebrare laudes Dei carmine,* ut I Sam. X, 5. seqq. quem locum confer. Hanc significationem h. l. retinendam esse, ex eo patet, quod Zacharias hic nihil praedixit. Quod enim in fine hymni dixit de puero: *tu propheta eris;* non erat noua reuelatio, quia hoc nuper ab angelo audiuerat.

68. εὐλογητός) sc. ἔσω, i. e. εὐλογηθείη, *laudetur ac praedicetur.* ὅτι ἐπεσκέψατο) nimirum τὸν λαόν, quod hic repetendum ex membro sequente. Propitius est populo suo. Dupliciter Deus dicitur *uisere genus humanum*, in bonam partem, *quum beneficia largitur*, in malam, *quum poenas infligit.* Hoc loco prior significatio locum habet. καὶ ἐποίησε λύτρωσιν τῷ λαῷ αὐτοῦ) λύτρωσις recte hic *liberatio* uertitur. *Et liberat, uel liberabit populum suum*, nempe a potestate opprimentium eum. Praeteritum propheticum pro futuro, Zacharias Messiam describit, ut regem Iudaeorum; nondum enim ipsi reuelatum erat beneficium Messiae ad omnes nationes sese diffundere. Hinc Deum uocat Deum Israelis, nulla gentium facta mentione.

69. καὶ ἤγειρε κέρασ σωτηρίας ἡμῶν, ἐν τῷ ὄικῳ Δαβὶδ τῷ παιδὸς αὐτοῦ) Sensus est: *Et suscitabit nobis regem seruatorem ex familia Davidis serui sui.* Quia enim non unius bestiae uis in cornibus consistit, ideo potentia omnis *cornu* Hebraeis dicitur, ut colligere est ex loco Deut. XXXIII, 17. praecipue uero *potentia regalis*, Zachar. II, 1. et *rex*, ut expressis uerbis declaratur Dan. VII, 24. VIII, 21. Atque ideo uocem קרן ueteres Paraphraetae interdum uertunt מלכות aut מלכותא, ut I Sam. II, 10. Ierem. XLVIII, 25. Additur autem σωτηρίας ad significandum regem *salutiferum*, Genitiuo Substantiui pro adiectiuo, hebraico more, posito. Ven. Noeffelt τὰ κέρασ τῆσ σωτηρίας e loco Ps. XVIII, 3. illustrandum esse censet, ubi קרן ישׁוׁ uidetur de *galea* dictum, *quae incolumitatem praestet*, s. ita quasi caput muniat, ut de ictibus hostium nihil sit metuendum. Vid. eius opuscula ad interpretationem Sacrar. Script. Fasc. I. edit. 2. p. 31. seq.

70. ἐλάλησε) *diserte promisit*, ut supra u. 55. ἀπ' αἰῶνος) *ab antiquis temporibus*. Simile loquendi genus extat Gen. VI, 4. ubi οἱ γίγαντες οἱ ἀπ' αἰῶνος sunt οἱ ἀρχαῖοι.

71. σωτηρίαν ἐκ ἐχθρῶν ἡμῶν) Nempe *liberationem ab inimicis nostris*. Σωτηρίαν uerte *liberationem* et refer ad uerbum ἐλάλησε, quemadmodum et sequentes uerficulos duos. Quod praepositionem ἐκ attinet, simili ratione dixit Iosephus Lib. IX. Antiq. c. VIII, §. 5. ὁ θεὸς δίδωσιν αὐτῷ τὴν ἐκ τῆς πολέμου καὶ τῶν κινδύνων ἀρείαν, *Deus ipsi concessit, ut ab omni belli et periculorum metu securus sit*. Ἐχθρῶς Zacharias uocat Romanos aliosque populos Iudaeis infestos, a quorum iugo Deus populum suum, ut fas est credere, liberaturus fuisset, ni Messiam reiecisset.

72. ποιῆσαι — ἀγίας αὐτῆς) Ante ποιῆσαι repetendum est ἐλάλησε ex u. 70. (Promisit) *se uelle benefacere Patribus nostris, et memorem esse sanctae suae promissionis*. Ad priora huius commatis uerba uide dicta ad u. 50. et 58. Respicit Zacharias ad Exod. XX, 6. et Deut. V, 10. ubi Deus dicit, se esse ποιῶντα ἔλεος in multam progeniem iis, qui se diligant. Διαθήκη h. l. est *promissio*. Huius se memorem fore dicit Deus Leuit. XXVI, 42. , Maiores Israelitarum hic nominantur, quia ipsis conferri uidentur beneficia, quae propter ipsos contingunt posteris.

73. ὅρκον, ὃν ᾤμοσε) Elliptice : καθ' ὅρκον, *secundum iurandum quod iurauit Abrahamo patri nostro*. Πρὸς Ἀβρ. pro : τῷ Ἀβρ. Promissio legitur Gen. XXII, 16. seq.

74. τῷ δῆναι ἡμῖν, ἀφ' ὅβωος, ἐκ χειρὸς τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν μισθόντας λατρεύειν αὐτῷ) *Se largiturum nobis hoc beneficium,*

ut sine metu, quippe erepti e potestate hostium nostrorum, eum coleremus. Ἀφ' ὅβωσ, sine metu, hostibus omnibus liberati. Prophetæ saepe tempora Messiae ita descripserunt, ut dicerent, nullos tum Israelitis metuendos fore hostes, sed eos, pacatis rebus, liberrime exercituros esse religionem; imo omnes nationes Hierosolyma uenturas, et una cum Iudaeis Deum adoraturas esse. Haec uaticinia obscura erant Iudaeis ante euentum. Nos autem historia et ipso euentu edocti scimus, sub illis imaginibus latuisse illud, ceteras gentes eadem cum Iudaeis usuras esse religione, non tantum in Palaestina, sed etiam in omni terrarum orbe. Eadem historia edocti scimus, per hostes illos intelligi impedimenta religionis uerae, superstitionem, idololatriam, ἀπιστίας. Quanquam plurimi Iudaei Christi aetate uiuentes mundanum regnum sperarunt, Zacharias tamen ab hac opinione alienus fuisse uidetur; omnia enim ad religionem et pium Dei cultum refert.

75. ἐν δαίτητι καὶ δικαιοσύνη ἐνώπιον αὐτοῦ) i. e. in *santitate et uirtute sincera*, quae non in operosis ritibus consistit, sed in sinceritate cordis, quae Deo, mentium inspectori, probatur.

76. προφήτης ὑψίστη κληθήσῃ) *Doctōr Deo probatus eris.* Putant nonnulli pro προφήτης, legendum esse προβήτης, *praeambulator*, quia Ioannes non fuerit *Propheta*, i. e. non praedixerit futura. Sed nihil mutandum. Nam προφήτης non semper est is, qui futura praedicit, sed latius ita uocatur quilibet, qui docet. κληθήσῃ, *eris*, ut supra. προπορεύσῃ — ἰδὲς αὐτοῦ) Cf. annot. ad Matth. III, 3.

77. τὸ δέσναι γνώσιν σωτηρίας) i. e. διὰ τὸ δέσναι: *ut tradat doctrinam salutis*; iam enim explicat, qua in re illa praeparatio consistat, nimirum in subministracione doctrinae salutaris de resipiscencia, summatim commendanda per *Ioannem*, sed ita, ut plenior cognitio a *Christo* esset petenda, *Ioanne* hoc ipsum indicante. ἐν ἀφέσει ἁμαρτιῶν αὐτῶν) ἐν pro εἰς positum, ut saepius. Sensus: *ut remissionem peccatorum accipiant*. Possunt etiam haec uerba referri ad σωτηρίας, ut sensus sit: *quae salus est in remissione peccatorum*.

78. διὰ σπλάγχνα ἐλέως Θεοῦ ἡμῶν) *Per intimum Dei amorem*, i. e. haec nobis euenient. Simillimum loquendi genus est apud *Paulum*, Col. III, 12. σπλάγχνα δικτιμῶν, quo haud dubie *intimus misericordiae affectus* significatur. מִי בְרַחֲמֵי אֱלֹהֵינוּ אֲדַכְּרֶנּוּ. Nam in magna commiseratione grauissime interna uiscera affici solent. Verba haec ad totum id quod praecessit, referenda uidentur, nimirum ad ipsam missionem *Ioannis* atque *Messiae*, et uocationem ad poenitentiam, utriusque illorum mandatam ex benignissimo Dei consilio, quod et sequentia omnino uidentur exigere. ἐν οὐρανῷ ἐπεσκέψατο ἡμᾶς ἀνατολὴ ἐξ ὄψεως) *Quo (amore Dei) futurum est, ut lux coelestis nos beet*, i. e. *Messias*, doctor summus, auctor salutis nobis appareat. Ἀνατολὴ ἐξ ὄψεως, *oriens e coelo*, (nam ὄψος h. l. est *summum coelum*, et ἀνατολὴ πρὸ ἀνατέλλων. Comparatur *Christus* soli orienti. Ponitur ἀνατολὴ a LXX aliquot locis pro מַצָּח, quod alii uertunt βλάστημα, sed profecto, quae sequuntur, ostendunt, hic non ita accipiendum, sed ἀνατολὴν esse id ipsum, quod רִאֵן dixit *Iesaias* c. LX, 1. 2. qui locus hic aperte respicitur, et ad *Christum* eiusque doctrinam

doctrinam refertur etiam a *Matthaeo*. Cf. Ies. IX, 1. Possunt etiam uerba: ἐπεσκέψατο ἡμᾶς ἀνατολὴ ἐξ ὕψους, simpliciter uerti: *e coelo missus ueniet ad nos*, ut ἀνατολή, abstracto posito pro concreto, sit is qui oritur, i. e. qui missus uenit.

79. ἐπιφᾶναι τοῖς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένοις) Vide Matth. IV, 16. Senſus est, populo Hebraeo affulſiſſe hanc lucem tunc, quum in summa miseria uersaretur. τῷ κατευθῦναι — εἰρήνης) *Vt nbs in uiam uerae felicitatis perducatur*. Continuatur translatio. Nam lux dirigit nos, ut secure ambulemus. Sic et Pſal. CXIX, 105. uerbum Dei *lumen semitae* dicitur. Eodem sensu simplex εὐθύνειν saepe legitur apud *Philonem*, et dicitur quum de *homine uel iumento* uiam ingrediente, tum de *uia ipsa cursuque*. Vide *Loesnerum*. Homericum εὐθύνειν idein significat. Ὅδον εἰρήνης, uerte uiam, quae ad ueram felicitatem ducit. Nam Hebraei *pacis* nomine haud raro eum statum intelligunt, in quo aliquis merito acquiescat.

80. ἐκράταιστο πνεύματι) i. e. *sapientia*, ut infra de ipſo Domino c. II, 52. Πνεῦμα, *animus, animi uires, ingenii dotes*. ἕως ἡμέρας ἀναδείξεως αὐτοῦ πρὸς τὸν Ἰσραὴλ) Ad id usque tempus, quo se ostenderet Israelitis; i. e. usque ad publici muneris initium.

CAP. II.

1. Δόγμα) *Decretum, sententia, editum*. ἀπογράφειν τὰς πᾶσαν τὴν οἰκουμενὴν ἀπογράφειν, uox media, significat, uel *nomen suum in tabulis censualibus describendum curare, nomen profiteri, ut in tabulas publicas referatur, uel se censendum*

sendum praebere. Est itaque ἀπογραφὴ uel descriptio tantum capitum s. hominum, uel hominum et facultatum. Haec, de qua hic sermo est, prioris generis fuisse uidetur. Ἡ δικεμένη apud Scriptores Graecos, qui quidem de rebus Romanorum exponunt, saepissime significat orbem Romanum, seu omnes regiones, Romanorum imperio subiectas; quod inde factum, quia tunc temporis totus fere orbis terrarum, quatenus excultus erat, et inhabitabatur, Romano imperio erat subiectus. Sic aliquoties apud unum *Dion. Cassum*, u. c. Lib. LX. et LXIII. Vide *Krebsium* et *Loesnerum*. Interdum *Iudaea* etiam ἡ δικεμένη dicitur; qui significatus, minime uulgaris eo magis h. l. est admittendus, quia illorum temporum historia docet, descriptionem illam non ad totum Romanum imperium pertinuisse, sed ad solam Iudaeam.

2. αὕτη ἡ ἀπογραφὴ πρώτη ἐγένετο ἡγεμονεύοντος τῆς συρίας κυρηνίῳ) Commate post ἐγένετο sublato, uerto: *Haec descriptio prima fuit Praefidis Syriae Cyrenii.* Genitiui ἡγεμονεύοντος κυρηνίῳ non sunt absoluti, sed indicant personam agentem. Certum est, Cyrenium tum, quum Christus nasceretur nondum fuisse Praefidem Syriae. Functus est hoc munere tum temporis *Sentius Saturninus*; Saturnino autem *Quintilius Varus* successit, et huic denique *P. Sulpitius Quirinius*. Indicare igitur uidetur Lucas, Quirinium, qui postmodum Praefes Syriae factus est, huic negotio descriptionis praefectum fuisse, et hanc primam fuisse descriptionem, diuersam a censu illo, quem anno Iuliano LI. uel LII. Archelao in exilium misso in Iudaea egit; cuius celeberrima erat memoria. (Act. V, 37.) Quirinio, quem Augustus huic negotio prae-

praefecerat, haud dubie adiunctus erat Sentius Saturninus, qui eo tempore fuit Praefes Syriae. Quare Tertullianus L. IV, c. 19. adu. Marcionem: *Sed et census, inquit, constat actos sub Augusto nunc in Iudaeam per Sentium Saturninum.* Huic sententiae non obstat silentium Scriptorum profanorum, qui ἀπογραφὴν capitum in Iudaea, tanquam rem exigui momenti facile omittere poterant. Sensu non differt eorum interpretatio, qui uerba Lucae ita uertunt: *Haec descriptio facta est PRIUSQUAM Quirinius praefes Syriae esset;* iungentium πρώτη κυρηνίς, ac si scriptum fuisset προτέρα κυρηνίς, ut Io. XV, 18. c. I, 30. *Wetstenii* sententia est, nullum quidem tunc, quum Christus nasceretur, actum fuisse censum; Augustum tamen diu antea censum per totum orbem Romanorum agere decreuisse, et eo ipso tempore in Iudaea aliquid contigisse, quod si proprie census non erat, censitionis tamen futurae quasi quaedam profusio, et non obscurum indicium initiumque haberi poterat. Nimirum, teste *Iosepho* Antiquitt. XVII, 2. 4. XVIII, 1. 1. extremis Herodis temporibus, post mortem Aristobuli et Alexandri filiorum, Iudaei ab Herode per iusiurandum Caesari fuerunt deuincti, qua ratione non minus nomen suum et subiectionem profiteri debebant, quam in censitione; quod Lucas uoce ἀπογραφῆς significare uoluisse uidetur. Alii pro αὐτη legunt αὐτή, ut sensus sit: *Haec prima descriptio facta est demum Praefide Quirinio,* et uolunt, descriptionem mandatam quidem ab Augusto, uiuente Herode, sed Praefide demum Quirinio executioni esse datam. Taceo eos, qui coniecturis indulgent, quorum alii totum hoc comma delent, alii pro κυρηνίς legendum putant κυριαιίς, ut *Varus* Syriae Praefes indicetur.

3. ἵκατος εἰς τὴν ἰδίαν πόλιν) *Quilibet in urbem patriam*, i. e. in eam urbem, quae olim genti ac familiae suae obuenerat. Iudaeorum census fiebat per tribus, gentes et familias; quod post multas Iudaeorum disiectiones fieri non poterat, nisi singuli se ad ea loca conferrent, quae olim genti ac familiae suae obuenerant. Patriam uero urbem quisque scire poterat ex tabulis genealogicis.

4. εἰς πόλιν δαβὶδ) ubi et natus et educatus fuit Dauid, postea factus Rex Iudaeae. ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαβὶδ) οἴκου et πατριᾶν ita distinguunt interpretes, ut πατριᾶ latiori significatione sumatur, pro familia, quae plures continet οἴκους, quum οἶκος metonymice significet homines, qui in una domo continentur, et sensu strictiori illos, qui ab uno patre familias orti sunt. E domo igitur, ἐξ οἴκου Dauidis erat Iosephus, quoniam ad Dauidem genus referebat; e familia uero, ἴκ πατριᾶς Dauidis erat, quoniam eosdem habebat cum Dauidе maiores, siue per πατριᾶν posteros Boasi, siue alterius cuiusdam e progenitoribus Dauidis, intelligas.

5. οὐν Μαριὰμ) Aperte satis ostendit Lucas, etiam *Mariam* ex genere *Dauidis* fuisse. Nam alioqui ipsa in familiae suae urbe profiteri debuerat. τῆ μεμνησθεμένη αὐτῷ γυναικί) Non sponsa tantum erat, sed et nupta. At sponsam maluit *Lucas* dicere, quia Iosephus Mariam habebat ut sponsam.

7. ἐν τῇ φάτνῃ) φάτνη non tantum significat locum pabuli uel foeni, sed etiam interdum stabulum totum. Patres tradunt, Christum extra Bethlehemum in stabulo quodam, non arte, sed natura factō, natum fuisse. *Iustin. M. Dial.*

cum

cum Tryph. *Origenes* c. Cels. I. alique. Cf. *Suiceri* Thes. Eccles. sub uoce φάτνη. ἐν τῷ καταλύματι) in ea domo, in quam uenerant hospitii quaerendi caussa.

8. ἀγρραυλῶντες) ἐν ἀγροῖς ἀυλιζόμενοι, possunt esse Bethlehemitici, qui manere in agris solebant, et ibidem etiam *pernoctare*. Quum autem ἀγρραυλεῖν etiam denotet *extra urbem in agris degere*, pastores ἀγρραυλῶντες possunt etiam esse ii, qui non ex urbe Bethlehero erant, sed in agris extra urbem sua uel domicilia uel tentoria habebant, etiamsi non sub dio fuerint; excubare enim non sub dio tantum, sed et in tentoriis poterant. φυλάσσοντες φυλακὰς τῆς νυκτὸς) *Vigilias nocturnas obseruantes, s. in uigiliis nocturnis excubantes*. Nam φυλακαὶ τῆς νυκτὸς sunt idem quod φυλακαὶ νυκτεριναί.

9. ἐπίςτη) *apparuit*, repente uenit, quum nihil minus expectarent. δόξα κυρίου יהוה יורה כבוד, *lux eximia, splendor coelestis*. I Cor. XV, 40. 41. Alias est *maiestas diuina*, ut Exod. XXXIII, 18. Fuit fortasse aliquod phaenomenon, qualia sunt quae noctem illustrant; fuerunt fortasse etiam fulgura. Videtur Deus aliquo naturae phaenomeno usus esse ad excitandas mentes pastorum.

10. εὐαγγελίζομαι — μεγάλην) Rem laetissimam uobis nuncio. χαρὰ hic metonymice est res s. materia gaudii.

11. ἐτέχθη ὑμῖν) Vestro, sed et publico mundi bono. σωτήρ) *Cic.* in Verrem II. 63. Is est *Soter*, qui salutem dedit. *Wetstenius* permulta loca affert, ex quibus conficitur, ψιλῷ ἀνθρώπῳ titulum σωτήρος, et σωτήρος τῷ κόσμῳ, σωτήρος πάντων ἀνθρώπων uere tribui non posse.

12. τὸ σημεῖον) *Nota*, qua hunc infantem ab aliis fit dignoscere. Sic et Rhetores hanc uocem usurpant.

13. ἐγένετο) *adfuit*, i. e. παρεγένετο. ἑρατιᾶς ἑρανίς) Ita uocantur ab Hebraeis copiae angelorum, quibus circumscripta est Dei, tanquam potentissimi cuiusdam Monarchae, maiestas.

14. ὁδὲα ἐν ὑψίστοις Θεῶ) *Laudibus celebretur Deus summus*, qui est in coelis, ἐν ὑψίστοις sc. ὄντι. Vel: *laudetur Deus in coelis*, nempe ab angelis, qui coelum inhabitant. Varias interpunctiones indeque ortas explicationes huius commatis uide in *Bouvyeri* Coniect. Subauditur ἔγω uel ἐγὼ. Ego praefero ἔγω. Ἐν ὑψίστοις, in (coelis) altissimis. καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη) εἰρήνη, hebr. 𐤇𐤍𐤃 hic est *felicitas, salus*. Coniunctionem καὶ Theophylactus interpretatus est aetiologicalice, pro γὰρ ut sensus fit: *Laudibus celebrari Deum aeternum, propter pacem (felicitatem) collatam terris.* ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία) Sc. ἐς Θεῶ. *Deus fauet hominibus, ὅτι εὐδοκεῖ ὁ Θεὸς ἐν ἀνθρώποις.* Ἐυδοκεῖν ἐν τινὶ fauere alicui, *amare aliquem.* Matth. III, 17. XVII, 5. (Non contemnenda est lectio: καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη ἀνθρώποις εὐδοκίας, in terra autem salus hominibus probatis. Dicuntur nempe ἀνθρώποι εὐδοκίας, ut δικονόμος τῆς ἀδικίας Luc. XVI, 18. εὐάρεστοι τῷ Θεῷ, probati, grati, accepti Deo. Praedicarent igitur angeli fructum natiuitatis Iesu Christi, qui is est, ut Deo honos et cultus, hominibus, qui seruatorem agnoscunt et recipiunt, salus reddatur.

15. δι ἀνθρώποι δι ποιμένες) δι ἀνθρώποι est Pleonasmus ex Hebraismo; quare bene omiserunt Syrus et Latinus interpre-

terpretes. δὴ) Sane, uel potius *agedum*, quod est excitantis. τὸ ῥῆμα τῆτο τὸ γενοῦς) רָצַח rem hanc. ὁ κύριος ἐγνώρισεν ἡμῖν) γνωρίζειν est indicium certum alicuius rei dare, significare, dicere quibus quasi signis res cognosci et ab alia quacunq̄ discerni possit. Quam uerbo uim recte huic loco uindicauit Ienfus Ferc. Litt. Cf. Loesn.

17. διαγνώρισαν περὶ τῷ ῥήματος) Enarrabant obuiis quae uiddissent. Mox enim additur, audientes miratos fuisse. Αἰτίουμ igitur ponitur neutraliter, quasi dicat: *famam sparserunt de hac re, i. e. rem diuulgarunt.*

19. συνετήρει — ταῦτα) *conseruabat*, i. e. animo retinebat, has res, haec facta, ne sibi exciderent. συμβάλλουσα ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς) In animo suo expendens; nam συμβάλλειν saepe est *comparare, diligenter considerare.* Alii post *Albertum* reddunt: *Rerum intelligendarum uim coniectura assequi conabatur.* De coniecturibus et interpretibus somniorum oraculorumque dicitur. Cf. *Wetsten.*

21. καὶ ὅτε ἐκλήσθησαν ἡμέραι οὐτῷ τῷ περιτεμεῖν τὸ παιδίον) *Quum octauus dies* (post natiuitatem) *aduenisset, quo infans circumcidendus erat: non autem: quum octo dies impleti essent, s. praeteriissent.* Constat enim, in sacris litteris saepissime πληρῶσθαι de tempore ita usurpari, ut id *appropinquasse, aduenisse* significet. Eodem sensu πληρῶσθαι occurrit apud *Iosephum*, ut *Krebsius* ostendit. καὶ ἐκλήθη — κοιλία) Καὶ uel *παρέλκει*, uel significat *τότε.* De nominis impositione uid. supra I, 59. De nomine *Iesus* Matth. I, 21.

22. τῷ καθαρισμῷ αὐτῶν) al. legunt αὐτῆ, al. αὐτῆς, al. simpliciter καθαρισμῷ, plurimi αὐτῶν. Καθαρισμὸν ad Iesum

referti,

referri, offendit nonnullos, quod impuritatem aliquam supponat, quae Iesu tribui non possit. Sed sciendum est, impuritatem hanc nihil esse aliud, quam uinculum a lege iniectum, quo et mater et infans certo tempore primum ab hominum contactu, deinde a publicis coetibus arcebantur. Lex extat Leuit. XII. Videtur tamen praeferenda esse lectio ἀυτῆς, nam sola mater erat impura propter partum; puer autem non habebatur impurus. ἀνήγαγον αὐτον εἰς Ἱερουσόλυμα) Simul duabus legibus defuncturi, una, quae erat de purificatione puerperae, altera, quae erat de redemptione primogeniti, quae intra mensem fieri non poterat, post mensem poterat. Παρασῆσαι τῷ Κυρίῳ) Tradere Domino. Offerebant pro more puerum Domino, quasi dixissent: Hic puer tuus est; non est in nostra potestate. Nam primogeniti filii Deo erant sacri. Accipiebat sacerdos puerum; sed postquam parentes eum sacrificio redemerant, reddebat eum parentibus.

23. διανοῶγον μήτραν) Primogenitus, ad uerbum: adaperiens matricem. Sicut enim clausus uterus dicitur Hebraeis, qui sterilis est, ita aperiri, qui experimentum dat suae foecunditatis. Exod. XIII, 2. Cf. Verf. LXX. Num. VIII, 16. ἅγιον τῷ κυρίῳ κληθήσεται) Consecratus Domino esto. Nam καλεῖσθαι saepe significat esse, et futurum indicatiui pro imperatiuo ponitur. Ad primogenitos olim spectabat cura sacrorum; eorum in locum surrogati sunt Leuitae; mansit tamen ueteris iuris uestigium in eo, quod fisti in templo mares primogeniti debuerint, et sacrificio, uel quinque ficlis redimi.

24 θυσίαν) *oblationem*. Θυσίας uox hic generaliter sumitur; includit enim et δακαύτωμα et τὸ περὶ ἀμαρτίας. κατὰ τὸ ἐρημίεον) *secundum id, quod est mandatum*. Ponitur enim ἄνθ' pro ΠΙΣ. ταῦτος πτωγόνων, ἢ δύο νεοσσὺς περιεσθῶν) *oblatio pauperum*. Leuit. XII, 8.

25. δίκαιος καὶ εὐλαβής) *Pius, probus, et sollicitus Dei agnoscendi recteque colendi*. Quemadmodum autem εὐλαβής dicitur *cautus, sollicitus* in quacunque re, unde Moses dicitur apud Philonem (L. I. de uita eius) τὴν φύσιν εὐλαβής, ἐκρεκνδίαμ α natura sibi attributam habens; ita plerumque de summi momenti rebus imprimisque de rebus diuinis occurrit. Sic e. g. idem Philo de Cher. φιλοφροσύνην καὶ εὐλάβειαν θεῶ, *humanitatem pietatemque erga Deum* dicit. προσδεχόμενος παράκλησιν τῶ Ἰσραήλ) *expectans solatium Israelis*, i. e. *Messiam*, uel beneficia illa Messiae spiritualia; quamquam et reipublicae restitutionem ab eo speratam credibile est. πνεῦμα ἅγιον ἦν ἐπ' αὐτόν) *Spiritu diuino agebatur*. Dicitur hoc proprie de Prophetis, ut Ies. LXI, 1. sed etiam de aliis, qui habent afflatus diuinos, uel eximia dona. Sunt qui putent, *Simeonem*, cuius hic fit mentio, fuisse patrem Gamalielis, de quo Act. V, 34. filium uero Hillelis, quem Iosephus Pollionem appellat. Tempora conuenire ipsi Iudaei fatentur. *Gansus* in Zemach: Iesu Nazareni natiuitas contigit diebus R. Simeonis filii Hillelis.

26. κερηματισμένον) Vide Matth. II, 12. ἰδεῖν θάνατόν) *Pati uel subire mortem*. Nam ἰδεῖν h. l. est *pati, subire*. Τὸν Χριστὸν κυρίου, Messiam a Ioua missum, uel promissum, Messiam a Deo constitutum. P. II.

27. ἐν τῷ πνεύματι) *instigante, impellente, uel reuelante Spiritu.* Orta est nempe in animo eius cogitatio, quam eicere non poterat, adeundum sibi esse templum. τὰς γυνεῖς) Non mirum est, *Iosephum* hoc nomine appellari, quum etiam socrum et nouercam iuriconsulti tradant esse matrum loco. κατὰ τὸ εἰδισμένον τῷ νόμῳ) *quod ex lege consuetum erat,* nempe παρασῆσαι τῷ κυρίῳ, ut supra dixit, et offerre τὴν λύτρωσιν.

29. ἀπολύεις) *Ἀπολύεσθαι,* dicuntur, qui e uinculis aut carcere liberantur, Act. IV, 21. V, 40. et aliis locis. Hinc poni solet haec uox saepe pro: *e corpore migrare.* Themistius apud Stob. S. 119. ἀπολύεσθαι τὸν ἀποθνήσκοντα, καὶ τὴν τελευταίην ἀπόλυσιν καλεῖσι. Aelian. Var. Hist. XIII, 20. ἀπολύεσθαι τῷ ζῆν. Sic etiam Hebraeis נפטר dimissus, est *mortuus*, et ארל שׁל ארל decessus ex hac uita, siue mors hominis. Est autem in hoc loquendi genere manifesta professio speratae uitae alterius, quam corpus habeatur pro animi uinculo. τὸν δὲ λόν σου) i. e. me, qui sum seruus tuus. κατὰ τὸ ῥῆμά σου) *quemadmodum mihi pollicitus es.* Respicit enim illud quod diuinitus intellexerat, u. 26. ἐν εἰρήνῃ) אַשׁוּב, *feliciter et beate.* Solent ita de se loqui, qui rei optatae conspectum sunt adepti, quasi iam nihil possit illis ad felicitatem uitae accedere. Gen. XLVI, 30.

30. εἶδον δι ὀφθαλμοῖ μου) Non est pleonasmus. Nam etiam cor uidet, quando aliquid assequitur per intellectam, aut quando intelligit. Ita Augustus, *oculi mei,* dixit, *requirunt meum Caium.* τὸ σωτήριον σου) *Salutem tuam,* i. e. Messiam, quem tu misisti. Σωτήριον solent interdum ponere

LXX. ubi in Hebraeo est הַיְשׁוּעַ , ut Ps. XCVIII, 3. I Sam. II, 1. Est autem hic abstractum pro concreto positum, σωτήριον ἀντὶ τῶ σωτήρος, sicut et latine dicimus: tu mea es salus. Apud *Iesaiam* c. XLVI, 12. Deus loquens de Messia similiter ait הַיְשׁוּעַ *salus mea*, i. e. *a me*.

31. ὃ ἡτοίμασας — λαῶν) *Quem omnibus populis destinasti*, vel omnibus populis conspiciendum praebes. *Parasti*, ut ostenderes scilicet. Κατὰ πρόσωπον, *coram*, in faciem, in os.

32. Φῶς εἰς ἀποκάλυψιν ἔθνῶν) *Doctorem, qui nationes illuminet, vel doceat*. Nam φῶς *lumen* pro magno doctore saepe ponitur. Ἀποκάλυψις ἔθνῶν passiva significatione sumi potest: *ut nationes illuminentur*, vel ἀποκάλυψις, *illuminatio*, ut apud LXX. ἀποκάλυψον τὰς ὀφθαλμοὺς μου, *illumina oculos meos*. Cf. etiam Num. XXII, 31. XXIV, 4. 16. Ies. XLII, 6. XLIX, 6. καὶ δόξαν λαῷ σου Ἰσραὴλ) *Et decus populi tui Israel*; ex loco Ies. XLVI, 13. Messias est *gloria* Israelis, quia, ex Israelitis natus, inter ipsos uixit, et gentes uocauit ad religionem Israelis.

33. Ἰωσήφ καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ) Sic habent codices graeci fere omnes, uersiones nonnullae, Photius, Theophil. Hilarius, Heluidius, (apud Hieronymum) graecos codices falsatos esse contendens. Sed cod. Cantabrig. et Stephani η, cum paucis aliis, uersionibus nonnullis, Cyrillo hieros. Augustino, Hieronymo, Graecis tractatoribus paene omnibus et nonnullis e latinis apud Hieronymum habent ὁ πατήρ αὐτοῦ καὶ ἡ μήτηρ sive ὁ πατήρ καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ.

34. 35. εὐλόγησαν αὐτὲς) *Iosephum et Mariam*, quorum praeceffit mentio, bonis omnibus profecutus est, bene iis precatus est. πρὸς Μαριὰμ) Spiritus instinctu edoctus, eam esse matrem sine patre, quum alioqui priores esse patris partes debuissent. ἔτος — — καρδιῶν διαλογισμοί) Hunc locum eleganter interpretatur Ven. *MORUS* in Progr. a. 1783. scripto, his fere uerbis: *Tu uero, Maria, scito, hanc huius pueri sortem esse, ut Israelitarum multi ex eo culpam contrahant et corrigant, ipse uero, non sine acerrimo dolore tuo, sit monumentum contemptus et ignominiae. Sic complurium intima patefcent sensa.* Phrasis κείσθαι u. 34. sicuti τεθεῖναι, δοθῆναι, εἰτοιμασθῆναι εἰς τι indicat destinationem personae uel rei ad fata tristitia uel laeta; ut patet ex Philip. I, 17. I Theff. III, 3. quod tamen de fatali quadam necessitate minime est intelligendum. Talis enim intelligitur destinatio, cuiusmodi formulis uitae communis centies exprimitur. Recte monet *MORUS* noster: „Omnino sermo Orientis non est in ordinem scholae cogendus, sed agnoscendum potius saepe numero, ea, quae nos distinctius referamus ad Deum uolentem et permittentem, efficientem et concedentem, dantem aut non dantem, agentem sua ui aut moderantem moralia, ab illo sermone omnino referri ad θρισμὸν, βελήν, actionem effectiōnemque Dei, et, quoniam nihil fit fiatque ἀνευ θεῶ (quod tamen latissime patet) Deum simpliciter ut agentem omnia describi. Quum igitur quis κείσθαι εἰς τι dicitur, intelligitur, hoc illi quacunque de causa certum paratumque esse, nec posse aliud de eo expectari; atque causas cur nunc quidem aliud expectari nequeat, esse naturam rei, hominum ingenia et mores, consilia Dei omnia moderantis, interdum etiam

etiam hoc, quod praenuntiatum sit. Ergo h. nostro loco *ἔτος μετὰ τούτο*, omnino uertendum est: *Haec huius* (pueri) *fors erit*, nec poterit aliud de eo expectari. *Ἐἰς πτώσιν — Ἰσραὴλ*, ut *Israelitarum multi cadant et resurgant*, i. e. ex eo culpam contrahant et corrigant. Nam *πίπτειν* *cadere*, metaphorice saepe sumi pro: *peccare, delinquere*, satis est notum. Hinc patet quid h. l. sint *πτώσεις*, et eius oppositum *ἀνάστασις*. Nempe historia teste scimus, multa fuisse in Christi uita, rebus, doctrina et morte, per quae Iudaei, suis aduerti moribus, suis opinionibus imbuti, mouerentur, ut a Christo abalienati, nec ipsum agnoscerent Messiam, nec doctrinam eius de salute propter ipsum expectanda probarent. Quoniam igitur in doctrina, uita et morte Iesu occasio fuit, cur tales homines ita se erga eum gererent, ideo id, quod errore et facto lapsi sunt, et *πτώσεις* illorum ad eum refertur. Quod errore et facto lapsi sunt, occasione ex hoc puero capta, ut millies e rebus externis labendi occasio capi solet, culpam sibi contraxerunt. Quae autem sit *ἀνάστασις* eorum, qui lapsi fuerant, et quo sensu haec quoque res dicatur fors Iesu imminens et destinata, facile nunc intelligitur. Historia nempe docet, Iudaeorum multos ex iisdem illis quae Iesus docuerat et egerat, occasionem nuperi erroris retractandi culpaeque corrigendae cepisse. Quum autem Christo hoc laetissimum accidere debuerit, natura rei momente: haec quoque laetior uicissitudo rerum in decursu uitae eius appellatur fors illi destinata, pars sortis qua usus sit. Dicitur autem Christus etiam *σημείον ἀντιλεγόμενον*, i. e. *exemplum seu monumentum hominis reiecti repudiatique*, e cuius uita insigni modo disci possit, quid sit respui et repudiari, aut exemplum et monumentum

mentum infigne reiectionis et contemtionis. Si enim ab Hebraeis, unde hic modus loquendi repetendus est, *homo* aliquis dicatur εἶναι εἰς σημεῖον, intelligitur illum hominem esse indicio, exemplo, monumento, documento, unde aliquid cognoscatur, aut quo aliquid confirmetur. Cf. Ies. VIII, 18. 4. Ezech. XIV, 8. Ἀντιλέγειν uero non tantum est contradicere uerbis, sed etiam *obstistere potissimum re et facta, repudiare, rebellare*, e. c. Io. XIX, 12. Hebr. XII, 3. Is igitur, quem Simeon ulnis gestabat, dicitur κείσθαι εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον, destinatus monumento renitus et contemtionis, quia hac sorte usus erat, ut a popularibus non agnosceretur rex, sed ut nocuius fraudator repudiaretur, ad supplicium capitis traderetur, essetque, quamdiu res humanae erant, infigne exemplum et monumentum a suis turpiter et ignominiose reiecti. καὶ σὺ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται βροφαία) τὴν ψυχὴν σε, i. e. σὺ. At illa altera locutio est grauior et intensior. Διέρχασθαι τὴν ψυχὴν est, *in imos eius recessus penetrare*. Pē. XXXVII, 15. Praenuntiat autem Simeon Mariae his uerbis summos animi dolores, ex iis quae in filiam eius fierent, oborituros. ὅπως ἂν ἀποκαλυφθῶσιν ἐκ πολλῶν καρδιῶν διε διαλογισμοί) *ut multorum cogitationes conceptae animis fiant palam*. Coniungenda sunt haec uerba cum illis: σημεῖον ἀντιλεγόμενον. Doctrina Christi causam dedit, ut erumperent palam consilia et cogitationes aduersariorum, et in impietate contumacium.

36. προφήτις) Ita, laxius sumto uocabulo, dicuntur foeminae, quae interdum a Spiritu S. inuisebantur. προβεβηκυῖα ἐν ἡμέραις πολλαῖς) *longe prouecta aetate*. ἀπὸ τῆς παρθενίας αὐτῆς) i. e. ex quo uirgo illi nupserat, nuptiis uidelicet

delicet cum nullo postea repetitis. Magna uero laus mulieris apud nationes paene omnes, non repetere nuptias.

37. ἐκ ἀφίστατο ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ) *Non recessit a templo, scilicet temporibus orationis; i. e. templum assidue frequentabat.* Mentio fit Exod. XXXVIII, 8. et I Sam. II, 24. matronarum, ad ostium tabernaculi confluentium. Sic et haec nostra, non perpetuo quidem, sed certis tamen temporibus deuotionis ergo templum adiit. νηθείαις — ἡμέραν) *Assidue; nec enim aliud dicitur, quam quod proxime praecedentibus uerbis. I Tim. V, 5. VIRGILIUS Aeneid. IV. — Vigilemque sacrauerat ignem: ubi SERVIUS: significat, sine intermissione fieri sacrificia, atque excubari per diem et noctem; ut dicimus, quotidie in officio esse. Post λατρεύουσα supple θεῶ.*

38. ἀνθωμολογεῖτο τῷ κυρίῳ) *Deo laudes gratesque agerbat.* Neque ulla praepositionis ἀντὶ hic est uis. Nam ἀνθωμολογεῖσθαι PRO ἔξωμολογεῖσθαι usurpant LXX. P. LXXIX, 13. Nec aliter Sirac. XX, 2. aliisque locis. τοῖς προσδοχομένοις λύτρωσιν ἐν Ἱερουσαλήμ) PRO ἐν Ἱερουσαλήμ al. leg. τῷ Ἰσραήλ. Sed prior lectio uidetur esse uera, et construendum ita: τοῖς ἐν Ἱερουσ. προσδ. λύτρ. nam creber est in traiectionibus *Lucas*. λύτρωσις est *liberatio*, proprie captiui, qui redimitur pretio aliquo impenso, quod est λύτρον. Hoc autem loco intelligitur liberatio a calamitatibus, quibus tum affligebantur Iudaei.

39. καὶ ὡς — Ναζαρέτ) *Quodsi Harmonia Euangelistarum spectetur, inferenda est ante hunc uersum historia de fuga Iosephi in Aegyptum. Vid. dicta ad Matth. II, 16.*

40. ἐκράταιστο πνεύματι) uide c. I, 80. πληρόμενον σοφίας, *plenus sapientia.* χάρις Θεῶ ἢ ἐκ' αὐτοῦ) *Diuina uenustas ei inerat.* Nam Genit. Θεῶ saepe adiectiue sumtus superlatiuum efficit, et χάρις, *gratia, iucunditas, uenustas.* Ea erat uenustas, et dignitas formae in puero, ut omnes intelligerent, a Deo ita ornatum esse. Act. VII, 20. Alii: *Deus ei fauebat,* ut χάρις sit fauor.

41. κατ' ἕτος) ἔλλιπτικε pro καθ' ἕκαστον ἕτος, *singulis annis.* δι γονεῖς αὐτοῦ) *Iosephus et Maria.* Nam foeminae, quum de iis lex non extaret, propria religione semel anno sacros coetus inuisebant; omnibus autem uiris Iudaeam habitantibus praeceptum erat *ter* anno adire locum sacrorum conuentuum.

42. καὶ ὅτε — ἑορτῆς) Solebant Iudaei pueros ab anno duodecimo diligentius instituere in religione. *Ioma fol. 82. I. Ab anno duodecimo initiabant pueros ad ieiunandum etc. Chetub. fol. 50. Leniter agat homo cum filio suo ad annum eius 12. ast exinde cum eo descendat in uitam suam.*

43. τελειωσάντων τὰς ἡμέρας) *quum peregissent dies,* sc. legitimos azymorum dies.

44. νομίσαντες — ὁδόν) *Quum autem existimarent, eum esse in comitatu, et profecti essent iter diei;* Hierosolymis nempe domum redeuntēs. Συνοδία, *comitatus,* seu *societas itineris,* Persae et Arabes *Carauanam* uocant, Hebraei חַוְוָא, Gen. XXXVII, 25. Magna erat turba simul iter facientium e Galilaea in Iudaeam et contra. De die se aggregabant his atque illis, prout ferebat occasio, colloquii causa; uesperī ad suos se referebant capiendae quietis causa. Itaque mirum

mirum non est, uesperum primum desideratum esse puerum. καὶ ἀνεζήτην — τοῖς γνωστοῖς) Recte Vulgata: *requirebant eum inter cognatos et notos*, qui nempe erant ἐν τῇ συνοδίᾳ, apud quos eum haesisse suspicabantur. Ἀνεζήτην, *requirebant*; hoc enim magnam sollicitudinem notat, et quandam quasi σοργὴν, parentibus propriam.

46. μεθ' ἡμέρας τρεῖς) i. e. *die tertio*. Diem unum iter fecerant; altero remensi erant idem iter, tertio demum quaesitum inueniunt. ἐν τῷ ἱερῷ) Aliud est ναὸς siue aedes, cuius partes erant sanctum, in quod nonnisi sacerdotibus ingredi licebat, et sanctum sanctorum soli Pontifici semel quotannis patens: aliud ἱερὸν, complectens atria, porticus, et uaria conclauia, in quibus et iudices et doctores sederent. Solebant autem auditores doctori quaestiones proponere. *Beresch. b. 81, 2. Hieros. Taanith*, etc. ἐν μέσῳ τῶν διδασκάλων) i. e. *in turba magistrorum*. Alioqui non permixti sedebant, sed distincti senes a iunioribus. Act. XXII, 3. καὶ ἐπερωτῶντα αὐτῶς) proponentem quaestiones ex lege et prophetis.

47. ἐπὶ τῇ συνέσει) *super intelligentia*. Philo de opif. mundi coniungit hoc nomen cum ἀγχινοια, *mentis praesentia et intelligendi celeritate*: τὴν ἀδιάφορον σύνεσιν καὶ ἀγχινοίαν, ἣ γνωρίζεται τὰ ἐισοχρᾶ καὶ καλὰ, *incorruptam intelligentiam sagacitatemque qua honesta et turpia agnoscuntur*. καὶ ταῖς ἀποκρίσεσιν αὐτῶς) Nam explorandi profectus causa a magistris pueri uicissim interrogabantur, ut ex libro *Musar* apparet.

49. ἕκ ἧδεῖτε ὅτι ἐν τοῖς τῷ πατρὸς με δεῖ εἶναι με;) Multi hoc ita interpretantur, ut intellecto δικήμασι uel τέποις, sen-

sus sit: *Nonne sciebatis, me esse oportere in domo patris mei, s. in templo?* Ita accepit Syrus, et est Iosephi locus, ubi τὰ τῷ Διδῶ διέφερε est *templum Iouis*, L. I. c. Apion. Alii subintelligunt nocem πράγματα, uel προτάγματα, ut in his apud Philonem de temul. τοῖστοι μὲν εἰσὶν δι τῶν πατέρα καὶ τὰ τῷ πατρὸς τιμῶντες, μητρὸς δὲ καὶ τῶν ἐκείνης ἡμῖς φροντίζοντες, *tales sunt qui patrem et eius mandata magnificiunt, materna uero matremque ipsam negligunt.* Forma εἶναι ἐν τινι apud eundem Philonem de migr. Abr. occurrit: ἔτι ὧν ἐν τοῖς πόνοις καὶ ταῖς ἀισθήσεσιν *adhuc in laboribus et sensibus uersando.* Sic etiam εἶναι ἐν τοῖς τῷ βασιλέως αὐτ κρατηγῆ est, occupari rebus, quae ad regem uel imperatorem pertinent. Posterior explicatio praeférenda uidetur, ut sit sensus: *Nonne sciebatis, me debere occupari in iis quae ad uoluntatem patris mei pertinent, in mandatis praeceptisque ab eo mihi datis?* Nulla enim fuisset excusatio, si Iesus dixisset: non poteram redire; eram in templo Dei. Hoc potius dicere uoluit: Res diuinae semper a me praeférendae sunt ceteris rebus; ego cultum Patris mei coelestis omnibus ceteris occupationibus praeférrere debeo. Ceterum Iesus tum, quum in templo inter magistros federet, non inchoauit quidem munus Doctóris; hoc enim factum est tum, quum post baptismum in Palaestina docere coepit: recte tamen ex iis, quae hic narrantur, colligitur, eum iam puerum sciuisse, quibus rebus a Patre esset destinatus, et occupatum fuisse meditationibus ad munus suum pertinentibus.

51. ἢ ὑποτασσόμενος αὐτοῖς) *obsecutus est iis.* Nam ὑποτάσσειν non tantum serui, subditi, et ii inprimis qui ui sub

sub imperium ditionemque redacti sunt, uerum etiam qui sponte se dederunt, et uxores liberique dicuntur. *Diodor. Sic. XVI, 46.* ἡ δὲ πρωταγόρας ἐκβεβίως ὑποταγὴς τοῖς κέρσαις 73. Vrbes Graecae omnes προθύμως ὑπετάγησαν τῷ Τιμολέοντι. *Iustinus Martyr* in Dial. c. Tryph. tradit, *aratra et iuga, aliaque τεκτονικὰ ἔργα a Iesu elaborata.*

52. προέκοπτε σοφία καὶ ἡλικία) Bonitatem uerbi προκόπτειν *Krebsius* locis e Iosepho, et *Loesnerus* e Philone uindicarunt. ἡλικίαν siue *staturam* siue *aetatem* uertas, perinde est. Mirum quidem non erat, eum qui uiuere pergit, aetate crescere; nec omnino mirum erat, cum aetate et staturam et sapientiam incrementa sumere: . at Christus supra aetatem sapiens erat. καὶ χάριτι παρὰ θεῷ καὶ ἀνθρώποις) *Deo et hominibus placuit.* χάρις, *fauor*, uel *uenustas*. Ceterum haussisse uidetur Lucas has narrationes e traditione Mariæ, Apostolorum, testium, ἀποστόλων, aliorumque Christi amicorum. Nam sine dubio Maria, Elisabetha, Zacharias faepissime haec aliis narrauerunt. Quanquam igitur nullus Euangelista praeter Lucam has narrationes exhibuit, tamen illae fide sunt dignae.

CAP. III.

I. Εὐ ἔτι δὲ πεντηκαιδενάτῳ τῆς ἡγεμονίας Τιβερίου καίσαρος) *Anno XV. imperii Tiberii Caesaris.* ἡγεμονία exprimit latinam uocem *imperium*, quo tum nomine, ad declinandam inuidiam, potestas uere regia occultabatur. ἡγεμονεύοντος Ποντίου Πιλάτου τῆς Ἰουδαίας) Quidam apud *Bengelium* exhibent ἐπιτροπεύοντος, rati, uocem ἡγεμονεύοντος, amplioris cuiusdam dignitatis potestatisque esse, quam Pilati esset, quem tantum

Procuratorem Caesaris fuisse sciebant. Sed sciendum est, *ἡγεμονεύειν* omnibus tribui, qui cum potestate cuidam regioni administrandae praesunt. Sic saepe *Procuratores Caesaris*, qui proprie *ἐπίτροποι* dicendi erant, tamen *ἡγεμόνες* dicuntur, uid. e. g. Act. XXIII, 24. et *Ioseph. Lib. XVI. Antiq. c. 10, §. 8.* Sic hic ipse Pilatus a Iosepho, a quo saepe *ἐπίτροπος* proprie appellatur, tamen uocatur *ἡγεμῶν* *Antiq. L. XVIII, c. III. Cf. Matth. XXVII, 2.* *тетрарχῆντος τῆς γαλιλαίας ἡρώδης, φιλίππυ δὲ τῶ ἀδελφῷ αὐτῷ τετρарχῆντος τῆς Ἰουδαίας καὶ τραχωνίτιδος χώρας*) De uoce *Tetrarcha* uid. annot. ad Matth. XIV, 1. Origo utriusque tetrarchiae, ut et praesidiatus Iudaeae debetur illi diuisioni *Augusti*, qua Herodis M. regnum in tres ipsius filios, Archelaum, Herodem Antipam, et Philippum distribuit. *Archelao* enim dedit regni Herodis dimidium cum Ethnarchae nomine; reliquum uero dimidium, in duas tetrarchias diuisum, duobus aliis Herodis filiis tribuit, unam Philippo, alteram Antipae. *Herodi Antipae* in ditionem cessit Peraea et Galilaea, *Philippo* autem Bataanaea, Trachonitis et Auranitis, quae et Ituraea uocatur. *Ioseph. de B. I. Lib. II, c. VI, §. 3.* Sed anno fere decimo *Archelaus* Viennam in exilium eiectus est, eiusque ditio in formam prouinciae Romanae redacta, quae administrabatur, nomine et auctoritate Caesaris, a Procuratoribus, quorum omnium primus *Coponius* fuit, auctore *Iosepho de B. I. L. II, c. VIII, §. 1.* inter cuius successores et Pilatus fuit. *λυσανίς τῆς ἀβιληνῆς τετρарχῆντος*) Abilena nomen habet ab Abila, urbe quadam Syriae, quae extra fines Palaestinae sita, monti Libano erat contigua Haec Dynastia s. Tetrarchia uarios Dominos habuit, et Lyfaniae, ut quibusdam uidetur, ideo uocata est, quod casu quodam contigit, ut modico temporis

poris interuallo duobus contigeret, qui ambo Lyſaniae appellarentur. Quoniam igitur ineunte anno ministerii Domini nostri, quidam Lyſanias eum principatum tenebat, ne hunc quidem Lucas putauit sibi praetermittendum, quum praesertim Iudaei non pauci in Tetrarchae huius ditioe habitarent, et Caius Caesar post mortem Lyſaniae hanc tetrarchiam donaret Agrippae. Ioseph. Antiqq. L. XVIII, c. VI. Quis autem iste Lyſanias fuerit, cuius Lucas hic mentionem facit, de eo nondum inter Viros doctos conuenit. *Krebsius* tamen haud pauca e Iosepho huic rei illustrandae affert.

2. ἐπὶ ἀρχιερέων Ἄννα καὶ Καϊάφα) ἀρχιερέως Codd. fere 90. legunt. *Caiphas* quinto decimo principatus Tiberiani anno et erat, et proprie uocatur ἀρχιερεύς a Luca. Quod autem Annas ipse quoque ἀρχιερεύς dicitur, eius rei causa haec est, quia antea summus Sacerdos fuerat. Licet enim a Valerio Grato remotus esset, quum tamen quinque filios et generum successorem haberet, facile intelligitur eum honorem et auctoritatem apud populum et in Synedrio retinuisse. Ios. Ant. Lib. XVIII, c. II, §. I. Tam perturbata autem fuerunt ea tempora, ut ex uiginti sex, qui per annos continuos LXX. ab euerſione Hierosolymorum retro numeratos Pontificatum gesserunt, nonnisi unicus dignitatem cum uita deposuerit, ceteris omnibus ante obitum remotis. ἐγένετο — Ἰωάννην) *Deus mandata dedit Ioanni*. Mandata autem, quibus Ioannem instruxit Deus, haec erant, (ut ex euentu apparet,) ut iam inciperet docere et baptizare. ἐπὶ Ἰωάννην, i. e. πρὸς Ἰωάννην, ut Hebraei usurpant ἕν pro ἕν. ἐν τῇ ἐρήμῳ) in qua uersabatur, muneri se praeparans. Vid. Matth. III, I,

3. κηρύττων — ἀμαρτιῶν) Proprie: *Promulgans baptismum respicientiae ad remissionem peccatorum*, i. e. docebat, eos qui baptizarentur (in futurum Messiam) et mentem emendarent, accepturos remissionem peccatorum.

4. Vide annotata ad Matth. III, 3.

5. πᾶσα φάραγξ πληρωθήσεται — ἰδὲς λείας) Sequitur *Lucas* uerbotenus LXX. interpretes, Ies. XL, 4. Reliquis Euangelistis satis fuit locum indicare. *Omnes ualles expleantur; omnes montes et colles deprimantur: pro tortuosis locis fiat recta uia, et ex asperis uis planae fiant.* Apud Prophetam sensus est, adesse iam tempus, quo Deus ad liberandos suos in Babyloniam quasi se recepturus sit; et mandata esse data de praeparatione, ob aduentum tanti Regis necessaria, facienda. Simili modo nunc etiam (Ioannes inquit) praeparandum esse populum, ad recipiendum Messiam mox uenturum. Nimum anxja est eorum sedulitas, qui in eiusmodi dictis singula minutatim excutiunt, et quaerunt qui sint montes, qui ualles, quum satis sit, in re tota comparisonem intelligi, et munitoris officium describi. Notum autem est, quoties magni reges, cum exercitu praefertim, iter faciunt, praemitti, qui hiantia solident, extantia complanent, per deuia compendium faciant, ne quid itinere obstat, aut moram faciat. Plenae sunt historiae.

6. καὶ ἴσεται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ) cf. c. II, 30. Sensus est, Messiam a Deo missum omnibus hominibus conspicuum fore. Sequentia iam in Matth. adfuerunt.

8. μὴ ἄρξῃθε λέγειν) i. e. μὴ λέγετε. Similis pleonasmus apud Matthaeum et hunc nostrum saepiuscule.

II. ὁ ἔχων δύο χιτῶνας — ὁμοίως ποιεῖτω) Sensus est: *Qui opibus abundat, egenis de suo subueniat.* Ne putarent, ablutionum et uictimarum caerimoniis, aliisque id genus ritibus se posse euadere iram diuinam, ostendit baptista, requiri ueras animi uirtutes, quarum praecipua dilectio, quam populariter ab operibus maxime conspicuis describit, iubens, ut aliorum egestatem ex eo, quod ipsis supererat supplerent. Exprimit autem hoc ipsum *Ioannes* exemplo tum uestitum, tum ciborum, quia ea maxime usus humanus desiderat, et in iis supra modum congerendis, et per luxum prodigendis maxime peccatur. Quare quod hic dicitur δύο χιτῶνας, satis apparet, non ita accipiendum, quasi plus una ueste habere uetetur, sed ut significetur, damnari earum rerum affluentiam, quarum inopia alios grauiter premi uideamus. Sic et βρώματα intelligenda sunt τὰ περισσεύοντα.

13. μηδὲν — πράσσετε) *Nolite exigere uectigalia ultra normam uobis praescriptam.* Πράσσετε, i. e. ἰσπράσσετε, exigite. Sic Φόρος πράττειν Plutarchus in Aristide dixit. Πλέον παρὰ est locutio qualis Hebr. III, 3. Quum multi Iudaeorum nefas ducerent, uectigal pendi populo extraneo, expectabant forsân publicani, an *Ioannes* ipsis interdicturus esset publicorum redemptionem. Sed *Ioannes* uitae crimina ab ipso uiuendi genere discreuit, demonstrans, sua monita non ob stare tranquillitati publicae, quae in tanta hominum malitia sine tributis et uectigalibus defendi non potest.

14. κρατεύμενοι) i. e. κρατιῶται, nam Hebraei utuntur participiis loco nominum, quae uerbalia Grammatici uocant. Erant uero aut Herodi, aut Philippo, aut etiam Romanis mili-

militantes Iudaei; nam in praesidiis non defugiebant militiam. Expeditiones rarius sequebantur Iudaei, quia sabbato ferre arma et magna itinera facere per legem uetabantur: adde, quod permixti Deorum cultoribus uix poterant obseruare traditam uictus rationem. Quare Ethnicis militantes prius pacti sunt, ne quid aduersum religioni suae facere cogerentur. Vide Grotium ad h. l. *μηδένα διασελεσθε διασελεσθαι* est: *ui et terrore ab aliquo exprimere aliquid; uel simpliciter: turbare, molestum esse alicui quouis modo; uel denique: pellere sedibus.* Cf. *Loesnerum* ad h. l. Versio Vulg. *Neminem concutite.* Concussio autem Iureconsultis crimen est, si aliquid terrore potestatis illicite extorquetur, et aufertur. *μηδὲ συνοφανθήσθε συνοφαντείν, per calumniam rem augere, delatorem esse, calumniari.* Sic apud *Philonem* (in libro de Ios. extr.) Iosephus dicitur *συνοφαντῆμενος, calumniis petitus.* Milites saepe in hoc peccare possunt, si in praesidio uel ad custodiam collocati innocentes deferant. *ἀρκισθε τοῖς δόνοις ὑμῶν* *Contenti estote stipendiis uestris;* quanquam *δόνια* Graeci uocant non sola stipendia, sed omnia militiae merita, in quibus est et annonae praebitio, una cum aliis commodis. Vid. *Wetsten.* Ceterum neque *Ioannes* hoc loco discipulis suis militia interdixit, neque Christus usquam pro patria pugnare uetuit. Hinc legimus, primi etiam et secundi Seculi Christianos Imperatori militasse. *Tertull.* Apologer: "Nauigamus et nos uobiscum, *militamus, et rusticamur, et mercamur.*" Ex his Ioannis dictis apparet, quomodo is uiam parauerit Domino. Hortatus est nempe homines ad uitae sanctitatem, ut libenter Messiam acciperent.

15. προσδοκῶντος δὲ τοῦ λαοῦ) Oratio elliptica. Sensus est, *expectante populo, quo euasurus esset Ioannes, quid de ipso constituturus esset Deus. Expectabat nimirum populus a Ioanne, ut profiteretur se esse Messiam, quod sequentia docent.*

16. ἀπεκρίματο Ἰωάννης ἄρασι, λέγων) Postquam scilicet diuersis populi sermonibus permoti senatores Iudaeorum legatos ad ipsum miserant, ut Apostolus *Ioannes* narrat, c. I, 19. sqq. Contigit quidem hoc post Christum baptizatum; sed uoluit Lucas primum Ioannis historiam percurrere, ut deinde res Christi continua serie pertexeret, quod facere solent etiam optimi Annalium conditores. Ad sequentia Cf. Matth. III, 11. sqq.

18. εὐηγγελίζετο τὸν λαόν) Constructio hellenistica, haud raro in N. T. occurrens.

22. σωματικῶ ἔιδει) *Visibili specie*, nempe specie ignis aut nubis. Hoc nempe σῶμα, e nubibus delapsum, fulmen aliquod fuisse uidetur, ut omnis propemodum antiquitas ecclesiastica credidit. Hoc adspectabili signo attenti redditi fuerunt homines, ut concludere possent, Deum huic Iesu communicasse extraordinaria dona. ὡσεὶ περιστερῶν, i. e. non celeri, sed lento motu, qualis uolatus columbae, descendens praefertim, esse solet; nam columba — *aëre lapsa quieto radit iter liquidum, celeres neque commouet alas.* Virgil. Aen. V. Cf. Matth. III, 16.

23. ἀρχόμενος) sc. κηρύσσειν, uel διδάσκειν, male enim constructur ἀρχόμενος cum uerbis: ἦν ἑτῶν τριάκοντα, quum potius sit sensus, *Christum fere triginta annos fuisse natum, quum*

auspicaretur munus. Eodem sensu *Lucas* utitur participio ἀρξάμενος Aët. I, 22. X, 37. ὧν (ὡς ἰνομίζετο υἱὸς Ἰωσήφ,) τῷ Ἠλ. Sic enim cum *Baumgartenio*, aliisque interpungendum existimo, ut sit sensus: *Erat Iesus, (qui pro filio Iosephi habebatur,) filius* siue potius *nepos τῷ Eli*. Particula ὧς h. l. significat, *quum*; ut supra c. I, 23. II, 15. Fuit igitur *Eli* pater *Mariae*. Quae contra monuit *Anonymus* (Repertor. Tom. IX. p. 131.) magis speciosa sunt, quam uera. *Pricaeus* tollendas parentheseos notas, et ὧς non ὡς legendum putat, hoc modo: καὶ ἦν ὁ Ἰησοῦς ὡσεὶ ὁ τ. α. ὧν, ὧς ἰνομίζετο υἱὸς Ἰωσήφ. Similem constructionem uid. Aët. VII, 20. Luc. II. 37. *Mariae* patrem fuisse *Eli*, adiuuat hoc, quod saepe memoratur in Scriptis Iudaeorum מריא בת עלי *Maria filia Eli*, quam apud inferos uehementissime discrucari dicunt, uid. *Lighthfoot*. ad h. l. *Lucas* recenset genealogiam *Mariae*, summamque stemmatis humani et *Saluatoris* cum eo stemmate necessitudinem omnibus, etiam gentibus exhibet, ultra *Abrahamum* ad ultimam progrediens humani generis originem; at *Matthaeus*, Hebraeis scribens, ab *Abrahamo* orditur, promissionem illis in memoriam reuocans. Patet ex comm. 31. *Mariam* ex *Nathane*, filio *Dauidis* duxisse genus; *Iosephus* autem e *Salomonis* stirpe erat natus, *Matth. I, 6*. Ceterum in scribendis nominibus propriis incredibilis codicum est diuersitas.

36. τῷ καινῶν) Hunc *Lucas* ex uersione τῶν LXX. inferuit. Nam *Gen. X, 24*. *Arphachfad* genuit non *Cainan*, sed *Salam*. Cum textu hebraeo consentiunt textus *samaritanus*, *Philo*, *Iosephus*, et *optimae*, uetustissimaeque uersiones *latinae*. Sunt tamen, qui existiment, *Cainani* nomen hoc loco

loco nec in primitiuis Lucae, nec in LXX. interpretum libris extitisse, sed a librario quodam ex penultimo huius capituli commate errore quodam repositum; deinde quum late spargi ea lectio per Lucae exemplaria coepisset, Graecos Christianos etiam in uersione Geneleos secundum LXX interposuisse nomen Cainanis inter Arphachadum et Salam, annis etiam additis, quo magis Lucae, quem sic scripsisse arbitrabantur, sua auctoritas constaret. Sed coniectura haec rationibus firmis destituitur; nec dubitandum est Lucam hoc nomen scripsisse. Reperitur enim in omnibus Codd. et uersionibus; et Patres in disputationibus super hunc locum affirmant, se hoc nomen in Luca repperisse.

38. τῷ Ἀδάμ, τῷ Θεῷ) Lucas, quum uocat *Adamum* Dei filium, significat, Christum, ex uirgine natum, secundum esse Adamum, eiusque ortum per spiritum sanctum non minus esse opus potentiae diuinae singulare, quam Adami fuerat.

CAP. IV.

3. Τῶ λίθῳ τρίτῳ) Cuius horum lapidum; quod pluraliter exprimit Matthaeus, ut alibi saepe. Cf. ad totam hanc historiam Matth. IV.

5. καὶ ἀναγαγὼν — χρόνῳ) Haec tentatio apud Matthaeum tertio loco est narrata. Diuersitas orta esse uidetur ex eo, quod Matthaeus et Marcus ex diuersis fontibus hauserunt. Matthaeus nempe audire potuit hanc historiam ex ore Christi, qui eam sine dubio saepius narrauit; Lucas autem, qui non fuit comes Christi, audiuit haec ex Apostolis et aliis Christi amicis. Facile igitur fieri potuit,

ut

ut Lucas poneret secundo loco, quod esset tertium; nec tam minutae diffensiones aequos lectores facile offendent. Sunt, qui studio ita scripsisse utrumque Euangelistam, existiment. Matthaeus, inquit, eo ordine tentationes recenset, quo in uita humana sese excipiunt. Iuuenes sollicitat uoluptas, uiros gloria, senes pecunia. At Lucas eum ordinem tenuit, ut grauior tentatio sequeretur leuiorem; multi enim qui famem tolerant, paupertatem ferre non possunt, et qui paupertatem tolerant, contemptum ferre non possunt.

14. ἐν τῇ δυνάμει τοῦ πνεύματος) *Spiritu ducente.* Cf. u. I. Δύναμις πνεύματος est τὸ πνεῦμα Act. I, 8.

16. κατὰ τὸ εἰωθὸς αὐτῶ) Attice pro εἰδισμένον, ut notatur in collectionibus Atticis *Horti Adonidis.* καὶ ἀνάσει ἀναγνώσκει) Verbum ἀναγινώσκειν quum hic tum alibi non simpliciter est *praelegere*, sed etiam partem praelectam *interpretari.* Ad hanc notionem illustrandam facit locus Philonis, (Libr. Quod omnis probus liber) ubi de consuetudine Synagogae Iudaicae uerba faciens, scribit: ὁ μὲν τὰς βίβλους ἀναγινώσκει λαβὼν, ἕτερος δὲ τῶν ἄμπειροτάτων, ὅσα μὴ γνώριμα παρελθῶν ἀναγινώσκει. *Sumto libro alius praelegit, alius quispiam unus e peritioribus, quae obscura sunt, explicat.*

17. ἐπέδθη αὐτῶ — προφήτε) Quum et ex lege et ex prophetis quoque sabbato περιόχαι legerentur, datus est ei liber, qui exposito difficilior credebatur, idque iussu archisynagogi per eum, qui infra uocatur ὑπερήτης. ἀναπτύξας) ἀναπτύσσειν βιβλίον est *euoluere: πτύσσειν conuoluere.* Nam Hebraeorum, ut et Latinorum libri erant uolumina:

binc

hinc evolueret librum apud Ciceronem atque alios. Eiusmodi libros etiam nunc in synagogis uidere est. τὸν τό-
 του) Sic *Plutarchus* atque alii loqui solent: alii etiam χα-
 ριον dicunt. Lucas Act. VIII, 32. περιοχὴν dixit: περικοπήν
 dixerunt Graecorum exemplo *Iustinus M.* et *Hieronymus*.
 Locus hic citatus extat Ies. LXI, 1, 2.

18. πνεῦμα — ἐμὲ) Vid. supra c. I, 35. Verte: *Iouae*
Spiritu agor; diuino iussu nunc loquor. ἃ ἔνεκεν ἔχρισέ
 με — πτωχοῦς) *Eo quod mihi iniunxit munus, laeta nun-*
ciandi miseris. Nam ἃ ἔνεκεν respondet Hebraeo (וְ, eo
 quod, non propterea. Ἐχρισε hic non donationem Spiritus
 significat, (idem enim sui ipsius causa redderetur) sed in-
 iunctum munus, ut et quod sequitur ἀπέσαλθε. Πτωχοῖ,
 οἰῶν, miseris. ἰάσασθαι τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν)
Ad consolandum animo fractos, moestos. Omittitur haec
 particula in Codd. Versf. et Patr. haud paucis, et proba-
 bile est, additam ex Iesaja, et interpretibus LXX.

19. ἀποσείλαι τεθραυσμένους ἐν ἀφέσει) *Vt confractos (i.*
e. fractos animo, uersantes in summis rerum angustiis,)
emittam in libertatem. Ἀφῆσις h. l. est dimissio e capti-
 uitate, et ἐν ἀφ. pro εἰς ἀφῆσιν. κηρύξαι — δεκτὸν) *Ad*
indicendum faustum Iouae beneficio annum; i. e. tempus
quo se beneuolum praebebit Deus. Κηρύξαι, *indicere.* Si-
 militudo sumpta ab anno Iubilaeo, qui per praeconem buc-
 cinae sono indici solebat. Δεκτὸν est τὸ ἀρεθῶν, id, *quod gra-*
tum acceptumque est, ut infra com. 24. aliisque in locis.
 Alibi dicitur καρδὸς εὐδοκίας. Male ex hoc loco colligebant
 Veteres nonnulli, anno peractum esse munus Christi. Nam
 annus h. l. ex similitudine Iubilaei dicitur tempus illud
 omne,

omne, quo se largissime diuina bonitas effundebat. Primaria huius loci sententia est haec: *Iussu diuino praedico laetissimum Iudaeis tempus.* Haec sententia stilo Prophetarum Hebraeorum dilatatur singulis allatis exemplis, non nouam sententiam continentibus, sed primam illam dilucidantibus. In loco Prophetae nominatim reditus ab exilio Babylonico promittitur.

20. τῷ ὑπηρετῇ) *Minister* hoc loco est תנסה זין, custos librorum sacrorum, qui eos protulit legendos, quum conuentum esset in Synagoga. Nam post archisynagogum et presbyteros erant in synagoga, qui minora munia ex illorum decreto obibant. Cf. *Lightfoot.* ἐκείσε) Munus doctoris suo sibi iure uindicans. Nam alii de plebe, etiam si quid de sacris differebant, id faciebant stantes. Act. XIII, 16. 1 Cor. XIV, 30.

21. σήμερον πεπλήρωται ἡ γραφή αὐτῆ) *Nunc plenum euentum habet scriptura ista, i. e. hoc Iesaias dictum.* Iesaias praedicit finem exilii Babylonici et restitutionem reipublicae Iudaicae. At Iesus multo laetiora se annunciare dicit. Nam πληρῶται, quod plenum euentum nanciscitur. Ceterum neino facile dubitabit, Christum plura dixisse. Lucas summatim indicat, de qua re Iesus dixerit.

22. ἐμαρτύρουν αὐτῷ) *approbabant, laudabant eum;* nam μαρτυρεῖν τινι significat *laudare aliquem*, qua significatione *Iosephus, Philo*, alique optimi Scriptores utuntur, ut *Krebsius et Loesnerus* docent. καὶ ἐθαύμαζον — εὐματός αὐτοῦ) Non approbabant tantum doctrinam eius, sed et admirabantur. Ἐπὶ τοῖς λόγοις τῆς χάριτος per hypallagen dictum esse

esse uidetur, pro: ἐπὶ τῇ τῶν λόγων χάριτι. Est autem χάρις h. l. *suauitas*. Sie bewunderten seinen angenehmen Vortrag.

23. πάντως — τὴν παραβολὴν ταύτην) *Prouerbiū hoc. παραβολὴ* hic dicitur, quod Latini prouerbiū uocant, quia in plerisque prouerbiis, cuiusmodi hoc est, locus est similitudini et allegoriae. Solet Iesus dubitationes aduersariorum ante diluere, quam palam sint proditae, quod et hic facit. Ne ciues Nazareni dicerent, uaticinium illud Iesaiæ temere de se dictum esse, eo exposito statim causam subiicit, cur opera eiusmodi praeclara apud eos edere non possit. *Ἐράκτουςον σεαυτὸν*) i. e. *quod foris praestitisti, praesta etiam domi et in patria*, ut statim explicatur. Nam prouerbiū hoc primum ad eos pertinuit,

Qui quum sibi semitam non sapiunt, alteri monstrant uiam.

postea etiam longius produci coepit ad eos, qui in alienos magis quam in coniunctos sunt benefici. *Ἰσα — πατρίδι σου*) Patet ex his uerbis, Christum ante hoc tempus iam plura edidisse miracula. Hoc Matthaeus c. IV. et Marcus c. I. diserte tradunt. Poscebant igitur Nazaretani, ut Iesus etiam apud eos faceret miracula.

24. ἰδεὶς προφήτης δευτὸς ἐστὶν ἐν τῇ πατρίδι αὐτοῦ) Iuxta illud dictum: *ingrata patria*. Quasi dicat: Ideo miracula non efficio, quia scio, uos non esse credituros. Ceterum facile intelligitur, hoc prouerbiū non urgendum, sed ita limitandum esse: Fit plerumque, ut propheta in patria sua non sit acceptus,

25. Ἐξ ἀληθείας — ὑμῶν) Exemplis ostendit saepius factum esse, ut Deus eos afficeret beneficiis extraordinariis, qui eorum essent capaces, posthabitis indignis. ἐκλείσθη δὲ ἕρπυς) Sic et Moses Gen. VII, 2. clausos dicit coeli cataractas, quum pluere desit. ἐπὶ ἕτη τέσσα καὶ μῆνας ἕξ) Cf. Iac. V, 17. Sed 1 Reg. XVIII, 1. dicitur anno tertio iterum pluuiam cecidisse. Quae difficultas tollitur, si hunc locum ita cum Grotio interpreteris: *Dies aliquam multi* (i. e. sex menses) *praeterierant, ex quo Deus allocutus erat Eliam anno tertio.* Potest etiam hoc modo tolli apprensus contradictio: Non nisi bis quotannis solebat pluuiam cadere in Iudaea, prior Mense Octobri, posterior Aprili. Si ergo Deus instante pluuiam tempore illam cohibuit per triennium, sex menses praecedentes, quibus non pluerat, triennio sunt addendi. ὡς ἐγένετο) *Quo tempore fuit fames maxima.* Ita plerumque in his libris illud ὡς ἐγένετο sumitur. Omissa est applicatio, quae est haec: Sic non omnibus contingunt beneficia extraordinaria. Quod igitur factum est Capernaitis, id non fit apud omnes.

26. εἰ μὴ — σιδωνός) *Sidoniae*, regionis ethnicae. πρὸς γυναῖκα χήραν) Ostendit Christus hoc et sequente exemplo, miracula non dispensari pro priuatis affectibus, sed et liberimo et sapientissimo Dei arbitratu, qui norit, ubi edita optimam frugem sint paritura. Sic Elias olim Sareptanam mulierem anteposuit mulieribus Israeliticis.

27. ὁ σῦρος) Non Israelita. Quod olim factum est, non mirum hodie quoque fieri.

28. ἀκρόντες ταῦτα) Quia indigni miraculis tacita comparatione arguebantur.

29. ἕως ὀφρύος τῆ ὄψε) Per ὀφρὸν, *supercilium*, non summum montis cacumen, sed minor aliquis *tumulus* siue *clivus* intelligitur, qui cum monte cohaeret, metaphora a *superciliis* oculorum desumpta, quae in fronte quidem eminent, ipso tamen uertice inferiora sunt. *Colles* maiorum montium etiam Latini *supercilia* uocant. Virgil. Georg. I, u. 108. *Ecce supercilio cliuosi tramitis undam Elicit*, εἰς τὸ (al. leg. ὤψε) κατακρημνίσαι αὐτὸν) Non iudicii more, sed motu concitatae plebis; sicut et alio tempore Iudaei eum lapidare uoluerunt.

30. αὐτὸς — ἐπορεύετο) Διὰ μέσου αὐτῶν, i. e. δι' αὐτῶν. Nam uox μέσου, ut saepe, idiotismus linguae est. Ἐπορεύετο, *abibat*.

32. ἐν ἐξουσίᾳ) Eodem fere sensu, quo Matth. VII, 29. quem locum uide.

33. καὶ — ἀκαθάρτου) Cf. ad haec et sequentia Marc. I, 23. sqq.

36. τίς ὁ λόγος ἕτος;) *Quid hoc est rei?* Nam Marcus c. I, 27. habet: τί ἐστὶ τῆτο; et LXX, quum רַבִּי *rem* significat, λόγον aut βῆμα saepe uertunt. ἐξουσία καὶ δυνάμει) ἐξουσία est *ius*, siue *facultas moralis*; δύναμις uis *actiua*, siue *facultas naturalis*, aut naturali similis.

38. Vid. Matth. VIII, 14. sqq. Marc. I, 29. f.

39. ἐπιστὰς ἐπάνω αὐτῆς) Sic describitur gestus Christi sese ad lecti fulcrum inclinantis, ut febricitantem alleuaret. Dicunt enim alii Euangelistae Christum prehensisse ipsius manum.

40. δύνοντας δὲ ἡλίῳ) *Quum sol occidisset.* Nam praesens usurpatur hic pro praeterito. Cf. Matth. VIII, 16. Marc. I, 32. Expectabant autem solis occasum propter sabbatum. Cf. comm. 31.

41. καὶ ἐπιτιμῶν — λαλεῖν) Videtur Iesus ideo prohibuisse, ut ostenderet, se non egere hoc testimonio. Volabat ipse docere, et confirmare miraculis, se esse Messiam.

42. γενομένης δὲ ἡμέρας) *Quum dies immineret.* Cf. Marcum c. I, 35. κατεῖχον αὐτὸν) Nempe eorum commodorum causa, quae ex miraculis percipiebant; id enim praecipue spectabant.

43. πόλεις) Vicos oppidorum instar πόλεις uocat *Lucas*, quas Marcus κωμοπόλεις. Cf. Marc. I, 35. sqq.

CAP. V.

I. Ἐν τῷ τὸν ὄχλον ἐπιπίσθαι αὐτῷ) *Quum nimio populi concursu premeretur et urgeretur.* Ἐπιπίσθαι proprie dicuntur, qui hostes pressius persequuntur et premunt, et responderet Latinorum *instare*. Hic autem de populo, agmine quasi facto, irruente, aliumque premente, adhibetur. Quod ipsam narrationem attinet, uide quae ad Io. I, 41 — 43. annotabimus, ex quo loco Ioannis patet, Petrum iam aliquamdiu discipulum Iesu fuisse, sed non perpetuo ei adhaesisse haecenus.

3. ἱπαναγαγεῖν) Vox nautica: significat *in altum prouehere*.

5. ἐπιστάτα) *Magister, doctor.* Vox ἐπιστάτης, qua Lucas pro hebraica רב utitur, proprie denotat praefectum

et inspectorem, deinde etiam doctorem. Qui enim magistri doctrinae erant, ii magistri simul vitae esse solebant. ἐπὶ δὲ τῷ ῥήματι αὐτοῦ) Est ellipsis uocis πεποιθώς. *Fretus solo imperio tuo*, quum res ceterae omnes spei nostrae aduersentur.

6. συνέκλισαν) Venatorum uerbum. Concluduntur, quibus exitus nullus patet. Hoc loco sensus est: *Incluserunt in retia.* διαβήγγυτο) Hyperbolice. *Parum abfuit quin rumperetur.*

7. κατένευσαν) Manibus intellige, non capitibus. τοῖς μετόχῳ) *Sociis.* Solent enim plurium nauium piscatores societatem inter se inire. συλλαβείσθαι αὐτοῖς) *ut ipsis optularentur*, i. e. ut una secum manus admouerent reti. Hesychius: συλλαμβάνει, βοηθεῖ.

8. ἔξελεθε ἀπ' ἐμοῦ) *Exi e nauigiolo meo.* ὅτι ἀνὴρ — ἐμῷ) *Sum homo debilis et infirmus*; non sum dignus hoc honore. Est uox animi submissi. Viderat Petrus morbos a Christo sanari; at nunc agnoscit etiam, dominium eum habere in aquas et pisces Pf. VIII. non ut illos occideret, quod Moses fecit, Exod. VII. sed ut, quod maius est, eorum captura hominibus beneficium praestaret. Non igitur mirandum est, eum se indignum putasse praesentia Christi.

9. θάμβος γὰρ περίσχεον αὐτὸν) *Pauor enim occupat eum*, hebr. כבוד, uel יתור, sicut Tacitus dixit: *induere pauores*; et simile est apud Latinos: *circumstetit horror.* ἐπὶ — συνέλαβον) *Super captura piscium, quam fecerant*, uel breuius: *propter pisces, quos ceperant.* Nam per ἄγρην ipsa res intelligitur, quae capitur. δὲ οὖν

ἀυτῶ sunt foli comites Petri, qui in eodem cum Petro nauigio erant.

10. ἀνθρώπους ἔση ζωγράων) Capturis longe pretiosioribus ditabo te. Proprie: *uiuos homines capies*. Est enim significatio uerbi ζωγράειν proprie *uiuum capere*, uel capti uitam conseruare, quum liceret interficere. Ioseph. Antiquit. L. XIII, c. 6, §. 2. τὸν μὲν Ἰωνάθην ἐζώγρασε, τὺς δὲ οὖν αὐτῶ πάντας ἀπέκτεινε. Hinc ζωάγια sunt retributa pretia seu munera pro conseruata uita. Significat Christus, Apostolos non suapte industria, sed eius imperio ac uirtute, expansis Euangelii retibus tantam facturos capturam, ut opus haberi sint subsidaria multorum εὐαγγελιστῶν opera.

11. ἠκολούθησαν αὐτῶ) Adhaeserunt ei *perpetui* comites; quod antea non fecerant.

12. πλήρης λέπρας) *Squalens lepra*. Nec male *Vulgatus*: *plenus lepra*. Eadem historia narratur Matth. VIII. ubi annotata uide.

14. ἀπελθὼν δεῖξον σεαυτὸν τῷ ἱερεῖ) Transitus hic est ab oratione obliqua ad rectam; quae orationis forma apud probatos auctores haud raro est obuia.

17. καὶ ἐγένετο — νομοδιδάσκαλοι) *Die quodam docebat assidentibus Pharisaeis et legis doctores*. Non definitur locus et tempus. Marcus c. II, 1. s. refert, Iesum in domo priuata Capernaumi docuisse, tantamque multitudinem hominum adfuisse, ut ne atrium quidem homines capere potuerit.

καὶ δύναμις — αὐτῆς) *Dominus* h. l. est ipse Iesus. Sensus est: Potentia domini ita se exferebat, ut multos homi-

homines illo tempore sanaret; utebatur uī sua ad multos hominēs sanandos. Αὐτὸς hic refertur ad loci illius homines: neque enim commode referri potest ad legisperitos aut Phariseos, quos sanatos non legimus. Quod uero legisperitorum et Phariseorum hic facta est mentio, eo pertinet, ut ostendatur, et spectatores et calumniatores huius facti fuisse. Cf. Matth. IX, 1. seq.

19. διὰ κόίας) Sc. δὲ, quam uocem codices nonnulli addunt. Ellipsis apud meliores Graecos haud infrequens. Sed plurimi codd. habent κόιας nostro loco. διὰ τῶν κέραμον καθήκαν αὐτὸν) i. e. *per tegulas, s. per tectum demiserunt illum.* Graeci enim *tectum* unum uel κέραμον uel κέραμης uocant. Cf. Marc. II, 4.

26. παράδοξα) *admirabilia, mira, inusitata.* Plinius Epist. L. IX. 26. *Sunt maxime mirabilia quae maxime inexpectata, utque Graeci magis exprimunt παράδοξα.*

28. καταλιπὼν ἅπαντα) Quaeuosum illud uinendi genus, et quod ex rationibus ipsi debebatur. Vide eandem narrationem Matth. IX, 9. sqq. et Marc. II, 13. sqq.

29. δοχλὸν) Hebraeum משרתה recte δοχλὸν interpretantur I. XX. significat enim משרתה conuiuium instructius, quale in publica aut priuata laetitia adhibebatur.

30. οἱ γραμματεῖς αὐτῶν) Deest αὐτῶν in quibusdam Codd. et Versi. Si retineas, οἱ γραμματεῖς αὐτῶν erunt *legisperiti eius loci*, ac proinde magistri Capernauitarum communiter.

33. ἐσθίει καὶ πίπει) i. e. ἔσθεται, ut Matthaeus et Marcus habent.

36. καὶ τὸ καινὸν — καινῆ) Est ὑσερολογία. Vult enim dicere: τῷ παλαιῷ ἢ συμφωνεῖ, καὶ (quod aliquanto peius est,) τὸ καινὸν σχίζει. Ἐπίβλημα post συμφωνεῖ omittunt codices optimi et plurimi, omnino subintelligendum.

39. ὁ παλαιὸς χρηστότερός ἐστιν) Optime uertit Syrus: *suauis est*. Vini ueteris bonitas atque suauitas prouerbio celebrari solet. Significauit hoc prouerbio Christus, homines non subito ad austeriorem uitam pertrahendos, sed per gradus quosdam assuefaciendos esse: quod accommodatissimum erat ei rei, de qua agebatur. Comparatur enim Pharisaeorum austeritas uino nouo: Christi lenitas uino ueteri. Sic olim explicauī. Nunc tamen uerifimilior mihi uidetur *MORI* nostri interpretatio, de qua diximus ad Matth. IX, 15. seq. Est nempe in his similitudinibus sententia haec uniuersa: *Neminem facile in uita communi id facere solere, quod a re, loco, tempore, natura abhorreat*. Nemo autem, qui uetus uinum gustauit, illico mauult recens.

CAP. VI.

I. Ἐν σαββάτῳ δευτεροπρώτῳ) Quale illud Sabbatum deuteroproton fuerit, difficile est pronunciare. *Scaliger*, qui multos in assensum traxit, exponit: πρῶτον ἀπὸ τῆς δευτέρας τῆ πάσχα, primum Sabbatum post secundum diem Paschatos, quo manipulus frumenti ex mandato diuino fuit oblatus. Iubet nempe Deus Leuit. XXIII, 15. numerare septem hebdomadas Pentecostae מִמַּחֲרַת הַשַּׁבָּת ἀπὸ δευτέρας τῆ πάσχα, hoc est, a secundo (die) paschatis, a postero die sabbati. Nam quia iubentur numerare hebdomadas ad Pentecosten, non ab ipso die Paschatis, sed a proxime sequente, Iudaeis

daeis ualde memorabili, quia eo offerrebant primitias frugum: mirum non est, sabbata omnia a Paschate ad Pentecosten, fuisse appellationem ἀπὸ τῆς δευτέρας τῷ πάσχατος. Ergo uox δευτέρου πρώτου non est conflata a δεύτερον et πρώτον, sed a δεύτερα et πρώτον, ut sit secundo - primum Sabbatum, illud Sabbatum, quod secundam Paschatis proxime sit secutum. Vid. SCALIGER de emendatione temporum, L. VI. Cf. ISAAC. CASAUBONI Exercitat. XIV. ad Annales Baronii. Haec mihi uerissima uidetur esse sententia, quia nititur argumentis ex historia repetitis. *Wetstenius* intelligit דְּרִישׁוֹן שְׁבִיעִי, primum Sabbatum mensis secundi, quo legebatur Parascha XXXI. *Emor*, ex Leuit. XXI — XXV. in qua reperitur lex de panibus sacris (c. XXIV, 9.) de qua Christus hic loquitur. Idem uir doctus uidisse se affirmat ex Calendario Iudaico, intra annos CXXVII. lectionem huius ipsius Paraschae siue Sectionis uicies septies in terra Israelis incidere in primum sabbatum mensis secundi *Iiar*. Sunt et aliae uirorum doctorum sententiae, quarum tamen nulla ultra probabilitatem assurgit. Quod ad ipsum attinet historiam. Cf. Matth. XII, 1. sqq. Marc. II, 23. sqq.

7. κατηγορίαν αὐτοῦ) *Materiam accusandi eius*. Satis graece. Κατηγορία μου simili sensu est apud *Demosthenem*, et solent saepe Genitiui obiectum significare.

9. ἐπερωτήσω ὑμᾶς τι) Triplex esse potest huius loci distinctio. Nam aut coniungitur τι cum ἐπερωτήσω, aut sequentibus adiungitur; idque duplici ratione. Nam Theophrastus post τι adscribit distinctionem, ut ita conuertat: *Interrogabo uos; quid? licet sabbatis benefacere?* etc. In

plerisque uero Codd. τὶ connectitur cum sequentibus sine distinctione, et pro πρότερον accipitur, hoc modo: *Interrogabo uos ecquid licet* etc. Quodsi τὶ ad priora referre uelis, sensus erit: *Est, quod uos interrogem.* Atque id praefendum uidetur, quia et alibi simili praefatione Christus interrogationem exorditur, Matth. XXI, 24. ubi ἕνα λόγον est, quod hic τὶ.

12. καὶ ἦν — τῷ Θεῷ) *Noctem insomnem transigebat in precibus ad Deum.* Προσευχὴ τῷ Θεῷ, *preces ad Deum.* Sic apud Sallustium in *Catilinario: supplicia Deorum.* Διανοκτερεύειν non tantum est pernoctare, sed saepe etiam *noctem insomnem ducere, uigilare.* Non igitur opus est, ut cum Oleario et aliis per προσευχὴν intelligamus *proseucham, s. oratorium Iudaeorum.*

13. προσεφώνησε τὰς μαθητὰς αὐτοῦ) i. e. discipulos omnes, qui eum comitari et sectari assidue solebant. Ex his selegit duodecim, eosque dimisit per Palaestinam, ut ibi docerent et sanarent.

17. καταβὰς μετ' αὐτῶν, ἔσκη ἐπὶ τῷ πεδινῷ) i. e. *de sublimiore secessu contulit se in planitiem montis capacem maioris turbae:* ita sermo, qui sequitur, habitus est in planitie, et nihilominus in monte, quod omnino exigere uideatur *Matthaei* narratio, c. V. Sunt, qui putant, diuersi temporis esse narrationes apud *Matthaeum* et *Lucam*; et sane nihil uetat, eosdem aut similes sermones saepe esse habitos, praesertim continentes uitae totius praecepta, quae non potuerunt nimium saepe repeti. Sed exordium idem, eademque peroratio eandem arguit narrationem; idque eo magis,

magis, quod uterque Scriptor addit, Christum, hoc sermone habito, rediisse Capernaumum, atque ibi sanasse centurionis feruum. ὄχλος μαθητῶν αὐτοῦ) Noli solos Apostolos intelligere; nam μαθητὰς modo dixit eos, ex quibus dilecti sunt Apostoli. Distinguuntur tamen a reliquo populo, qui non tam assidue Christum sectabatur, atque illi μαθηταί. καὶ τῆς — σιδωνός) *Et e regione maritima Tyro et Sidoni uicina.* Τῆς παραλίς, sc. γῆς uel χώρας. Sic enim saepe uox παράλιος elliptice occurrit. Non est uertendum: *ex maritima Tyro et Sidone*; hoc enim addi superuacaneum erat, quum, has urbes esse maritimas, nemo ignoraret.

18. καὶ δι' ὀχλήμενοι) *qui uehabantur.* Ab optimis auctoribus hoc uerbum nunc de uehementiori et grauiori uehatione, nunc de leniori saepissime adhibetur.

19. πᾶς ὁ ὄχλος) *Omnis turba*, sc. aegrotorum. Hi enim uoluerunt eum tangere, ut sanarentur. δύναμις παρ' αὐτοῦ ἐξήρχετο) Vide notata ad Marc. V, 30. Sensus est: uis eius se exferebatur; operabatur. Si homines illorum temporum putauerunt, effluxisse e Iesu aliquam uim, ut sanarentur aegroti, erat haec mera opinio crassior.

22. ὅταν ἀφορίζωσιν ὑμᾶς) i. e. ἀπο συναγωγῆς ποιήσωσιν, *e synagoga eiecerint*, Io. XVI, 2. *Iosephus* dixit: ἐκβάλλειν τῷ τάγματος. καὶ ἐκβάλλωσι τὸ ὄνομα ὑμῶν ὡς πονηρῶν) ἐκβάλλειν non est hic *ex albo aut diptychis expungere*; id enim uerbo ἀφορίζεσθαι satis erat comprehensum: sed sicut δνειδίζειν est *praesentes conuiciis proscindere*, ita ἐκβάλλειν τὸ ὄνομα ὡς πονηρῶν, *absentium nomen, ut improborum hominum,*

diffamare rumoribus. Est enim Hebraismus $\text{וְרַחֲמֵי אֱלֹהִים}$, Deut. XXII, 19. Nec contemnenda est eorum sententia, qui τὸ ὄνομα ὑμῶν interpretantur *uestram sectam, uestrum institutum*, i. e. nomen Christianum, et ἐμβάλλειν ualere putant ἀποδοκιμάζειν. Cf. Iac. II, 7.

23. χαίρετε καὶ σκιρτήσατε) i. e. χαίροντες σκιρτήσατε, *prae gaudio exultate.* Σκιρτᾶν, quod de pecudibus nec non de hominibus *saltantibus* frequenter occurrit, h. l. ad animum transfertur. Philo plantat. Noe p. 219. *Imago animae recte cernentis, inter uirtutes uersantis, καὶ ὑπὸ πλήθους καὶ μεγέθους χαρᾶς ἀνασκιρτώσης, et prae gaudii magnitudine exsultantis.*

24. ἀπέχετε — ὑμῶν) *Habetis*, i. e. iam accepistis τὴν παράκλησιν, i. e. τὰ ἀγαθὰ ὑμῶν, nempe ἐν τῇ ζωῇ ὑμῶν, infra c. XVI, 25. Nihil ultra uobis expectandum.

25. ἑυαὶ — πεινάσετε) Saturati et diuites h. l. sunt ii, qui diuitias congerendo negligunt religionis et pietatis officia. Tales aliquando *lugebunt.* Quod duplici modo capi potest, *uel* uenturum esse tempus, quo amittant suas diuitias; *uel* eos olim fore miseros, atque appariturum, ipsis nihil profuisse diuitias. δι γελοῦντες νῦν) i. e. qui omnes gaudendi occasiones in hac uita captatis.

26. ἑὰν ὑμῖν ὅταν καλῶς ὑμᾶς εἴπωσι δι ἄνθρωποι) *Quam omnes omnia bona de uobis dicunt, uosque laudibus efferunt.* Nam plerumque ut ait *Seneca* Epist. 29. malis artibus popularis fauor quaeritur. Cf. *Aeliani* Var. hist. L. II, c. 6. τοῖς ψευδοπροφήταις) Quippe qui dogmata sua et uaticinia accomodabant procerum et populi cupiditatibus.

27. Bene cohaerent haec cum proxime antecedentibus. Denuntiauerat nempe Iesus discipulis mala, electionem e Synagogis, conuicia etc. Nunc addit: Moneo nos, ut istos inimicos uestros nihilominus ametis.

32. ποία ὑμῖν χάρις ἐστὶ) Hombergius χάριν beneficium interpretatur, aduersante quum orationis ordine, tum loco Matth. V, 46. parallelo, collato huius cap. u. 35. in quo μισθός dicitur. Est igitur χάρις memoria beneficium, remuneratio gratia pro accepto beneficio reddita. Sic est apud Xenoph. Phil. Ioseph.

35. μηδὲν ἀπελπίζοντες) nihil inde sperantes. Est enim optimorum Scriptorum is mos, ut breuitatis causa, una et altera uoce omissa, eius rei indicium faciant ope praepositionis, quae, quum sola poni nequeat, Verbo adiungitur. Sic Theophrasto περὶ ἀκαιρίας, ἀκαιτεῖν idem est, quod ἀιτεῖν ἀπὸ τινος, ab aliquo aliquid petere; et apud Ioseph. L. XI, c. 6. §. 2. de Esthere, ἀπολαβεῖν est λαβεῖν ἀπὸ τινος. Ἀπελπίζοντες ergo nostro loco idem est ac si scriptum esset: μηδὲν ἐλπίζοντες ἀπ' αὐτῶν.

36. καθὼς καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν δικτίμων ἐστὶ) Thalmudistae, Chaldaei et Arabes Deum quasi proprio nomine uocant יְהוָה i. e. δικτίμονα. Et hanc ipsam sententiam usu populū tritam fuisse, apparet ex Thalmude. Sciendum autem est, uoces misericordiam significantes apud Hebraeos et Hellenistas ad omne beneficentiae genus extendi, ut Gen. XX, 13. et alibi.

37. Vide ad Matth. VII, I. dicta. ἀπολύετε καὶ ἀπολυθήσεσθε) Sicut καταδικάζειν est, dubia aliorum facta in partem

partem peiorem rapere, ita ἀπολύειν est, omnia, quatenus fieri potest, aequi bonique consulere, et interpretari benignius, quod Latini, etiam quum de priualis agitur, dicunt *absolvere*.

38. μέτρον — κόλπον ὑμῶν) i. e. *mensura iusta, coacta, succussata, superfluens uobis dabitur*. Δώσωσιν, impersonaliter. Ἐἰς τὸν κόλπον ὑμῶν, i. e. *uobis*. Respicitur ad morem apud ueteres pluribus gentibus receptum, quod, quum uestes laxiores et sinuosas haberent, has incuruarent, et uaria in iisdem portanda susciperent. Ruth. III, 15. et loca ex Profanis a Kypkio laudata. Sensus est, Deum eos, qui sunt benigni et clementes, benigne et clementer habiturum. Cf. Matth. VII, 2.

39. μήτι — πεσῦνται;) Haec potissimum futuris doctōribus dicuntur. Quemadmodum coecus non potest coecum ducere: ita doctōr non poterit idoneos discipulos formare, si ipse non fuerit bonus. *Coecus* h. l. est, qui officium negligit, qui non facit quod facere debet. Hoc nexus orationis docet. Monuerat nempe Iesus discipulos, ut iniurias ferrent, amarent inimicos, excusarent alios etc. Nunc addit: Si non ita geretis uos, quomodo doctrina postulat, non eritis idonei doctōres.

40. ὅκ ἔστι — διδάσκαλον αὐτοῦ) Discipulus non facile superat magistrum, sed se ad exemplum eius componit. Si igitur magister, (religionis doctōr) non praestiterit officia Christianismi, discipuli etiam ea negligent. κατηρητισμένος — αὐτοῦ) *Totus ad exemplum doctōris erit compositus; er wird sich ganz nach seinem Lehrer bilden*. Πᾶς, *totus, quantus*

quantus est (discipulus.) Κατηρτισμένος, paratus, instructus, aptus. Est igitur κατηρτισμένος ὡς ἄλλος, qui totus ita institutus et comparatus est, uti alter; qui idem sentit, idem uult, idem agit quod alter.

41. Haec cohaerent cum iis, quae dicta erant com. 37. ubi Iesus monuerat, non esse temere iudicandum de aliis. Nunc igitur pergit: Cur tu alios condemnas de leuibus uitiiis, quum ipse pecces in grauioribus?

48. ὃς ἕσκαψε καὶ ἐβάθυνε) Pro: βαθέως ἕσκαψε, altero uerbo aduerbii uicem obtinente. Vocant Hendyadin uerbale. Designat haec comparatio studium pietatis, non in superficie fluitans, sed alto penitus corde reconditum. πλημμύρας δὲ γενομένης) ἡ πλημμύρα est inundatio, quae fit fluuio ripas supergrediente. Similiter Philo de opif. τ. ποταμῶν πλημμύρας dicit. προσέβηξεν ὁ ποταμὸς) Allisus est fluxus. Per ποταμὸν enim h. l. ut τὸς ποταμὸς Matth. VII, 27. non flumen siue fluuius, sed fluctus, s. fluxus intelligendus est, ut Ionae II, 4. Ies. XLIII, 2. Προσρήγυσθαι est allidī, allisione frangi, et de fluctibus adhibetur, quum illi littori uel petrae allidī franguntur.

CAP. VII.

I. **E**ἰς τὰς ἀκοὰς τῶ λαῶ) Audiente populo. Pertinebant enim hi sermones ad omnes qui salui esse uellent, non ad Apostolos solos, et eorum in docendi munere successores.

2. ὃς ἦν ἀντὶ ἔντιμος) quem plurimi faciebat. Sunt enim ἔντιμοι honorati, et ἀτίμοι ab honorum participatione alieni. Cf. Matth. VIII, 5. seq.

3. πρεσβυτέρους τῶν Ἰεδαίων) Vt magistratus oppidi, aut praepositos synagogaë. Nam et hi et illi eo nomine dicebantur.

4. ᾧ παρέξει τῦτο) cui hoc praeſtaret. Quidam Codd. habent παρέξει.

5. καὶ τὴν συναγωγὴν αὐτοῦς ὑποδόμενοι ἡμῖν) Suis impensis, forte et militum eam in rem usus opera. Solebant enim Romani ad theatra etiam aliasque substructiones uti manu militari, ne otium in lasciviam verteret.

6. λέγων αὐτῷ) Nempe per amicos, qui ei suo nomine hoc dicerent. Solent enim Hebraei dialogis potius quam obliquis sermonibus res gestas explicare. μὴ σκύλλῃς) *Noli tibi molestias creare; bemühe dich niht zu mir.* Σκύλλειν est iniuriam facere, vel omnino molestiam creare. Altera significatio est huius loci.

8. καὶ γὰρ — κρατιώτας) i. e. ἄνθρωπος ὢν ὑπ' ἐξουσίαν τασσομένος, ἔχω ὑπ' ἑμαυτὸν κρατιώτας. Commutarunt nempe hic locos verbum et participium. Ἵπ' ἐξουσίαν τασσομένος, imperatoris nempe atque adeo tribuni. Scio, inquit, quantum effici possit iubendo. Si ego, aliis subiectus, multa iubendo efficere possum, quanto magis tu, tam insignis propheta iubendo poteris sanare.

II. ἐν τῇ ἐξῆς) Die sequenti, pro: ἐν τῇ καθ' ἐξῆς ἡμέρᾳ. Alii legunt ἐν τῷ ἐξῆς, sc. καιρῷ, i. e. postea, vel deinceps. πόλιν καλεσμένην Ναϊν) Galilaeae hoc oppidum adscribit Hieronymus, et post eum alii. Eusebius: Endor est iuxta oppidum Naim, in quo Christus filium uiduae suscitavit, estque

estque circa Scythopolim. μαθηται) Non apostolos tantum, sed et quosuis assiduos sectatores significat. Ικανοι, *satis multi, complures*, deest in nonnullis Codd. et Verff. haud paucis.

12. τῆ πύλῃ τῆς πόλεως) Nam sepulcra Iudaeis extra urbem; sed et aliis populis; unde effereendi uox. Et certe ita postulat ratio publicae sanitatis, quae multum laedi solet aura sepulcrorum.

14. ἦψατο τῆς σαρῆς) σαρῆν hic Syrus ex more inter opulentiores tunc recepto, *lectulum* interpretatur, in quo mortui efferebantur. Tacitus Hist. III. c. 67. *ferebatur lecticula paruulus filius, uelut in funebrem pompam*. Sed et Iudaeos ita elatos, ex Iosepho discimus. Hodie adhuc mos obtinet in Oriente, ut mortui non condantur loculo, sed eff'erantur feretro aperto, lorica, ne delabantur, circumdato. Vid. Ven. Lüdeke expos. breuis locor. Sacr. S. ad Orientem sese referentium, §. 83. Attingit autem Christus lectulum, ut fisteret ferentes, quod indicant sequentia.

15. ἀνεκείθειν) *Errecto corpore fedit*. Sic Plato in Phaedone: εἰς τὴν κλίνην ἀνακαθίσθαι.

16. προφήτης μέγας ἐγγύερται) προφήται uocabantur omnes diuinitus missi. Magnum autem dicunt, quia non precibus, non corporis superstratione, sed nudo imperio, citra omne exemplum, mortuum uitae reddiderat. ἐπισκέψατο — αὐτῷ) *Deus affecit nationem suam insigni aliquo beneficio*; quod nempe prophetam adeo insignem hoc tempore misit.

29. καὶ πᾶς — Ἰωάννης) Sensus est: *populum et publicanos testatos esse, approbare se et submisso animo uenerari omnia Dei consilia, et inprimis apertum per τὸν βαπτισμὸν τῆς μετανοίας aditum ad regnum Dei, eo ipso, dum Ioanni se baptizandos obtulerunt.* Sunt autem haec uerba non Lucae, sed *Christi*, narrantis, quis euentus fuerit laboris a *Ioanne* suscepti; ac plane continua est oratio ad comma usque 35. Πᾶς ὁ λαός, *homines illiterati*, opponuntur τοῖς νομικοῖς, in lege exercitatis, sicut τελῶναι, uitae impurius crediti, opponuntur φαρισαίοις, singularem quandam atque eminentem sanctimoniam pollicentibus. Δικαίειν θεῶν opponitur Phrasi ἀθετεῖν τὴν βελὴν τῶ θεῶ, u. 30. et idem est ἅς δικαίειν τὴν βελὴν τῶ θεῶ, *consilia, decreta et opera diuina laudare, approbare, uenerari.*

30. τὴν βελὴν τῶ θεῶ ἠθέτησαν εἰς ἑαυτὸς) *Consilium Dei erga se, i. e. consilium Dei, quod ipsorum salutem spectabat, reiecerunt, uel repudiarunt.* Βουλὴ, *consilium*, hoc loco significat illud propositum Dei, quo clementer decreuit, Iudaeos per Ioannem ad resipiscentiam excitare certa fide facta, priores culpas se condonaturam. Ἐἰς ἑαυτὸς construendum est cum illo τὴν βελὴν, ex more Lucae uoces traiicientis, ut sit: τὴν τῶ θεῶ εἰς ἑαυτὸς βελὴν ἠθέτησαν. Nam εἰς pro Ἡebraeorum poni solet, ut Col. I, 20. ἀποκαταλλάξαι εἰς αὐτὸν, et infra c. IX, 13. βρώματα εἰς τὸν λαόν, i. e. τῶ λαῶ. Ἀθετεῖν, *reicere, repudiare*, ut infra c. X, 16. Ioan. XII, 48.

31. τίνι ὁμοίωσω) Coherent cum praecedentibus. Qui putarunt, Lucam interlocutum uerbis Christi, infarserunt hic: εἶπε δὲ ὁ κύριος, ut significarent rediri ad sermonem Christi.

Sed

Sed hoc affumentum quamplurimi ueteres Codd. et Verff. non habent, et omnino est abiiciendum. Ad sequentia uid. dicta a nobis ad Matth. XI, 16. sqq.

36. ἡρώτα δὲ τις αὐτὸν τῶν φαρισαίων) *Simon nomine, ut mox u. 40. dicitur. Videtur haec historia esse diuersa ab ea, quae narratur Matth. XXVI, 6. Marc. XIV. et Ioan. XII. Nam, (ut alia taceam,) quae Lucas com. 37. 38. 39. 50. commemorat, Mariae, forori Lazari, quam optime nouerat Christus, quae non fortuito aduenerat, sed inuitata fuerat, minime conueniunt.*

37. ἦ τις ἦν ἀμαρτωλὸς) i. e. *quae impuritati dedita fuerat.* Tales foeminas Hebraei proprie et insigniter peccatrices uocabant. Sed et a Latinis *peccare* eodem sensu ponitur. Tibullus: *Rumor ait, nostram crebro peccare puellam.* Bene autem monent interpretes, aut ἦ uertendum: *fuerat*, aut certe ἀμαρτωλὸν, ut Syrus accepit, improprie dici, non ex praesenti tempore, sed ex uita anteaecta, ut Gal. II, 15. Rom. IV, 5.

38. καὶ εἴσα παρὰ τὰς πόδας αὐτῆς ὀπίσω) Vera lectio esse uidetur: καὶ εἴσα ὀπίσω παρὰ κ. τ. λ. Sensus est idem. Stabat inter ministrantes; qui retro, i. e. secus pedes discumbentium stabant. Martialis: *At ille retro flexus ad pedum turbam.* ἤρξατο — δάκρυσι) *Incipiebat pedes eius irrigare lacrymis.* Pausanias in Phocicis: *Quare lacrymas fufus effundebat, καὶ ἔβροχε τῆς φιλάνθρου τὴν κεφαλὴν, et caput Phalanti madefaciebat.* Ἐπιεὶ τῆς κεφαλῆς) Bene notant Veteres, fecisse hanc mulierem, quod omnes conuersos facere uult *Paulus* Rom. VI, 19. Nam foeminae minus *cunctus* II, F stoditi

stoditi pudoris maximam comae curam impendunt. ἤλειφε τῷ μύρρῳ) Non caput tantum, quod fieri honoratis hominibus solebat, sed ipsos etiam pedes, ne quid ad summam animi demissionem testandam deesset.

39. εἰ ἦν προφήτης) Annon scit, quod omnibus notum est, mulierem esse non integrae existimationis? annon intelligit, eam, quae non uocata domum alienam intrat, pedesque uiri tam libere contrectat, pristinum uitae genus ueteremque impudentiam nondum deposuisse? Ita temere et inconsiderate iudicabat Pharisaeus. ἦ τις ἀπτεται αὐτῷ) Pharisaeorum hoc erat scitum, contactu hominum flagitiosorum alios inquinari.

41. δανεισῆ τινι) *cuidam creditori.* Nam et latina uox quum proprie ad mutuum pertineat, coepit ad omnem debendi causam transferri.

42. ἐχαρίσατο) Bene Latinus *donauit*, i. e. donationis causa remisit. τίς ἐν αὐτῶν, εἰπέ, πλείον ἀγαπήσει) τίς h. l. ut saepe alibi, pro πότερος. Quid probabile sit, Christus quaerit, non quid necessarium. Nam homines de hominibus iudicare solent, secundum id, quod probabile est.

44. ὕδωρ ἐπὶ τὰς πόδας μου) Non opus est cum *Pricaeo* legere *eis* pro *ἐπὶ*; nam praepositio *ἐπὶ* saepe pro *eis* ponitur. Sensus igitur est: *ad pedes meos* (lauandos.) Sic *Herodian.* III, II. ἐκτίμῃ ἐπὶ τὸν φόνον. Solebat aqua dari peregre aduentantibus. Tu, inquit Iesus, ne consuetam quidem humanitatem mihi exhibuisti, illa uero inusitato more humaniter se gessit.

45. Φίλημά μοι ἔκ ἰδοκας) Etiam hic mos ad peregre aduentantes pertinet. ἔ διέλειπε καταφιλοῦσα με τὰς πόδας) *Non destitit pedes meos exosculari.* Indicat repetitam actionem. Hoc sensu est apud *Philonem* de Plantat. N. μηδέποτε ἐπιλειπόμεν, μήτε λόγος ἐγκωμιασῶς, μήτε ποίημα συτιθέεντες, *nunquam defnamus uel orationes laudatorias, uel poëmata componere.*

46. ἑλαίῳ) Conuiuis oleum effundi solitum, uideas et Psalm. XXIII, 5, eodemque respicit locus Ps. XLV, 8. Orientales hodie adhuc hospitum capita, facies, manus, uestitus aquis olentibus adspargere solent.

47. ἢ χάριν, λέγω σοι, ἀφίωνται ἅι ἀμαρτίαι αὐτῆς ἅι πολλά, ὅτι ἡγάπησε πολλὸν) ὅτι, i. e. διδ. Sensus est: His amoris et grati animi signis declarauit, sibi multa peccata esse remissa. Parabolæ Simonί u. 40. ἰσφ. propositæ et applicationem et causam affert Christus, docens ex his amoris signis, peccatorum, a muliere antehac commissorum, quæ cum debitis sæpe comparantur, et multitudinem et remissionem simul factam conici posse. Nempe particula ὅτι signum indicat remissionis peccatorum, non causam, quæ com. 50. demum exponitur.

49. τίς ἕτὸς ἐστίν, ὅς καὶ ἀμαρτίας ἀφίησιν) Vocula καὶ significat admirationem: *Quis aut quantus hic est, qui etiam dandæ ueniæ ius habet?*

50. ἢ τίς τις σε σέσωκέ σε) Noli superciliosos istos censors metuere; fides tua, poenitentiam operata, pridem te a uitæ prioris criminibus absoluit. Magna erat fiducia mulieris, quæ aedes Pharisaei intrauit, non curans sinistra ho-

minum iudicia. Nec minus feria fuit eius poenitentia, quam et lacrimis fufis, et crinibus, quos prius comere atque ornare solebat, deturpatis, prodidit. πορεύς εἰς εἰρήνην)
Abi felix, et felicitatis tuae conscia et certa.

CAP. VIII.

1. **Κ**ατὰ πόλιν καὶ κώμην) *Oppidatim et uicatim*. Aliud est κατὰ τὴν πόλιν, aliud κατὰ πόλιν. Illud de una urbe dicitur, hoc de pluribus. καὶ δι δώδεκα εὐν αὐτῶ) Vt ab ipso acciperent docendi formam; non quod docerent, praesente magistro. Id enim cum ueteri more pugnabat.

2. μαγδαληνῆ) *Nata Magdala*. Fuit autem Magdala, oppidum, prope Tiberiadem ad lacum Genesariticum. Aliud huius nominis oppidum fuit prope Hierosolyma. Apud Talmudicos mentio est Mariae plicatrici capillorum foeminarum, quam dicunt fuisse uxorem τῆ Papus ben Iudae, sed adulteram. ἀφ' ἧς — ἐξεληλύθει) i. e. quae, quum summo gradu daemoniaca fuisset, sanitatem recuperauerat. Numerum septenarum saepe poni pro incerto, uel magno, notum est. Non opus est per daemonia intelligi uitia. Septem daemonia nonnisi magnum gradum maniae indicare uidentur.

3. ἐπιτρόπος) *Procuratoris*. Non autem intelligendus est procurator prouinciae cuiusdam Herodis, sed oeconomus, s. rerum domesticarum inspector. Nusquam enim in Iosepho uel alibi commemoratum legimus, principes ab Herode M. oriundos ditiones suas per procuratores administrandas curasse. De ἐπιτρόποις autem, s. oeconomis eorum
 men-

mentionem facit Iosephus. αἱτινες διηκόνουν αὐτοῖς ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων αὐταῖς) In uoce ὑπάρχοντα subintelligendum esse χρήματα, κτήματα, notissimum est. More Iudaico, quem secuti sunt Apostoli, ut recte notat Hieronymus, mulieres, uiduae praesertim, solabant magistris necessaria suppeditare. Paulus inter gentes omisit, ne finitioris sermonis aniam praeberet. Maluit autem Christus admittere hoc beneficium, quam cum Apostolorum comitatu grauis esse ignotis, ad quos aduentabat.

6. διὰ τὸ μὴ ἔχειν ἱκμάδα) *Quia non habebat humorem.* Humor hauritur radice; radix profundam terram postulat. Ideo in unum haec recidunt, ἕκ ἔχειν ἱκμάδα, quod dicit Lucas, ἕκ ἔχειν βίαν, quod Marcus, et ἕκ ἔχειν βάθος γῆς, quod Matthaeus.

12. οἱ δὲ παρὰ τὴν ἰσθμὸν) Mutata est oratio, similitudine ad collationem traducta. Id enim dicitur: granum quod ad uiam cecidisset, eos significare, a quibus audita doctrina coelestis non custodiretur. Inferius simpliciter hoc posuit u. 14. τὸ δὲ εἰς τὰς ἀκάνθας πεσόν, i. e. τὸ σπέρμα τῆ σπόρης, granum, seu ea seminis pars.

14. καὶ ὑπὸ — ἡ τελεσφορέσι) *Propter curas diuitiarum et uoluptates uitae suffocant nec ad maturitatem perducunt fructus.* Curae et diuitiae per hendyadin dicuntur pro curis diuitiarum. Πορευόμενοι traiectum esse uidetur, (ut ordo constructionis sit: πορευόμενοι καὶ ὑπο μεριμνῶν κ. τ. λ.) aut potius, πλεονάζει. Συμπνίγονται non uertendum est suffocantur, quod nec antithesis nec res ipsa patitur, sed actiue: suffocant sc. τὸν λόγον, i. τὸν καρπὸν. Πνίγειν enim cum

compositis etiam in media uoce reperitur. *Τελειοφορεῖν, ad maturitatem perducere, sc. fructum.*

15. ἔτοι εἰσιν διτινες κ. τ. λ) Metathesis est: ἔτοι εἰσιν, διτινες ἀκρίσαντες τῶν λόγων, κατέχουσιν ἐν καρδίᾳ καλῇ καὶ ἀγαθῇ καὶ καρποφοροῦσιν. *Hi sunt, qui auditum sermonem (quae est doctrina coelestis) in corde honesto et bono conseruant, et ferunt fructum.* Mere graecum est hoc dicendi genus, quum καλὸν καγαθὸν Graeci uocant hominem animi bonis ornatum, qui non modo uideri, sed etiam reipsa esse bonus studet. Comparatur hoc hominum genus primo cum iis, qui quum externam quandam speciem fructus prae se ferant initio, tamen ad bonam frugem non perueniunt; deinde cum iis, qui nullum prorsus fructum ferunt. Cf. *Wetst. ἐν ὑπομονῇ.* Haec uox *constantiam* illam denotat, quae inter aduersa durat, spe meliorum.

16. Vide ad Marc. IV, 21. notata.

17. γενήσεται) Futurum ponitur in significatione eius, quod oporteat fieri, ut saepe. Itaque mox idem explicat modo potenciali: εἰς φανερόν ἔλθῃ.

18. ὅς γὰρ — ἀπ' αὐτοῦ) Est hoc ex eorum prouerbiorum genere, quae uariis rebus et occasionibus applicari solent. In genere sensus est: *Diuiti datur plus, sed pauperi id quoque, quod habet, auferri solet.* Nam δι' ἔχοντες sc. χρήματα, sunt diuites; et οἱ μὴ ἔχοντες, sc. χρήματα uel βίον, sunt pauperes. ὁ δοκεῖ ἔχειν uertendum est: *quod habet, non: quod habere uidetur:* Nam δοκεῖν saepe abundare, notum est. Quod autem in rebus humanis fieri solet, ut res diuitum crescant, pauperum minuantur, id ad res diuinas etiam

etiam transfertur. Et quum causâ huius rei fita sit in usu uel abusu concrediti, sensus omnino est: Ei qui recte utitur concreditis, plus dari, ei qui minus, id etiam quod habet, auferri. Ita, qui tradita sibi doctrina recte utitur, is magis magisque proficit in uerae sapientiae studio; qui negligit disciplinam, is nec ex eo, quod uere dicit, percipit fructum. Cf. Matth. XXV, 29.

19. ἐκ ἡδύναντοι συντυχεῖν αὐτῶ) συντυχεῖν est *conuenire*, seu *congregari*, ut una aliqui uersentur. Cf. Matth. XII, 46. sqq.

20. λεγόντων) Subaudiendum uel τινῶν *quibusdam dicentibus*, uel αὐτῶν. Alii dictum putant pro: ὑπὸ τῶν λεγόντων, *ab iis qui dicerent*. Ἰδεῖν autem quod sequitur, est *inuisere, conuenire, colloqui*.

23. συμπληρῆντο) *Complebantur*. Bezae hoc dicendi genus e medio petatum uidetur, eo sensu, ut *nauem* aqua plenam fuisse significet. *Heinsius* uero ex Hebraismo explicat; nam qui uiolenter pereunt, *impleri* aut συμπληρῆσθαι dicuntur, ut Iobi XV, 32. *in die non suo*, s. *ante diem suum complebitur*, אֵלֶּם. Sensus igitur esset: ἐδόκει δὲ συμπληρῆσθαι, i. e. φθίρεισθαι, *uicini erant morti*. Eadem historia narratur Matth. VIII, 23. et Marc. IV, 36. sqq.

26. Γαδαρηνῶν) Alii habent γεργεςηνῶν, (cf. Matth. VIII, 28.) quae lectio praeferenda esse uidetur. Nam *Gadara* est quidem oppidum Iudaeae, sed nulla ibi sunt praecipua, nullus lacus. Sed *Gergesa* est urbs antiqua prope lacum Gennefaret, ad quam urbem est praecipitium, uicinum lacui, unde gregem deiectum in mare fuisse, hanc usque diem demonstratur. ἀντιπέραν τῆς Γαλιλαίας) Πέραν, trans

Iacum, ἀντὶ Γαλιλαίας, e regione Galilaeae, i. e. in Peraea. Eadem historia narratur Matth. VIII, 28. s. et Marc. V, 1. s.

27. ἐκ τῆς πόλεως) Nempe e ciuitate Gergesendorum. Intelligendus est homo ille non ex urbe uenisse id temporis, sed in urbe natus et educatus fuisse. Sic ἄνδρες τῆ τότε ἐκείνης, Matth. XIV. 35.

29. πολλοῖς χρόνοις) πολλάκις, ut apud *Marcum* est, uel ἐκ χρόνων ἰκανῶν, ut supra com. 27. συνηράκει αὐτὸν) *Corripuerat eum*. Συναρπάζειν est *huc illuc rapere et iacitare*, interdum etiam *arripere*. Prior significatio est huius loci. Nam in simili loco Marc. I, 26. dicitur daemonium: σπαράσσειν hominem, quod idem illud est, *huc illuc iacitare*. Indicantur uero motus epilepticorum, qui conuulsione huc illuc iacitantur. εἰς τὰς ἐρήμους) sc. χώρας, *in loca deserta*. Modo in loca montana, modo in sepulcra, ut docet *Marcus*.

31. εἰς τὴν ἄβυσσον) sc. χώραν, *in Tartarum, daemorum carcerem*. Quod Hebraei אָבְיוֹן dicunt, LXX. uertunt ἄβυσσον, et plerumque de mari ea uox usurpari; solet tamen et ad alia transferri. Notant enim Grammatici, βυθὸν ab Ionibus βυσσὸν appellari; ἄβυσσον autem πλεονασμῷ ἐπιτακτικῶν esse immensum profundum. Quare et diuina iudicia ἄβυσσος uocantur, quia sunt imperuestigabilia. *Euripidi* sunt Phoenissae: ταρτάρου ἄβυσσος χάσματα. Possis etiam per τὴν ἄβυσσον intelligere sepulcra, ut Rom. X. 7. supra u. 7. τὰ μνήματα. Quicquid sit, semper tenendum est hoc, hominem illum putasse se ipsum esse malum quendam genium, et rogasse, ut

ne Iesus eum impediatur, quo minus porro operaretur. Audierat homo miser, commorationem daemonum malorum esse in tartaro; rogat igitur Iesum, ne eum in tartarum mittat.

35. *πρατισμένον και σωφρονῶντα*) Addit Marcus c. V, 15. *καθήμενον*, ad pedes Iesu nempe. Opponitur hic placidus quietusque gestus priori insanaeque hominis discursationi per devia ac deserta.

38. *ἀπέλυσε*) i. e. *non admisit*. Nam *ἀπολύειν* hic non est *dimittere*, sed, *non admittere*, ut I Io. IV, 18. *ἐκβάλλειν*, *non recipere*.

39. *καθ' ἑλην τὴν πόλιν*) Illam, unde erat oriundus. Sed et per urbes circumfuitas, ut *Marcus* docet.

40. *ἀπεδέξατο αὐτὸν ὁ ὄχλος*) *Multitudo eum excepit*; i. e. *reditus eius gratus acceptusque fuit multitudini*. Cf. Act. XV, 4. XVIII, 27.

41. Vid. Matth. IX, 18. f. Marc. V, 22. f.

42. *ἀπέθνησκεν*) Quum demum infra u. 46. Archonti Synagogae a seruo nunciatur, filiam esse mortuam, facile intelligitur, haec uerba *αὕτη ἀπέθνησκεν*, non reddenda esse; *mortua erat*, sed, *morti proxima erat, animam agebat*. Marcus c. V, 23. *ἑσχάτως ἔχει*. Ita *Iosephus* de B. I. c. 33. §. 3. *ἅμα τοῖς ἐκείνων λόγοις, διεφημίσθη και θνήσκειν ὁ βασιλεὺς*. *Dum hi illos sermones inter se ferebant, rumor diuulgatus est, regem morti proximum esse*. Sic et alii ap. Wetsten. *συνέπιγγον*) *Comprimebant eum*, ut bene *Vulgatus*. Est nempe *συνπιγγεῖν* hic hyperbolicum, sed usita-

tum; nam et *turbam* (a seipsa nempe) *suffocari* Seneca epist. 91. dixit. Vult igitur dicere hyperbole ista, Iesum a populo tanto studio confluyente ita compressum fuisse, ut de uita periclitaretur.

43. τὸν βίον) βίος etiam uictum significat, i. e. necessaria ad uitam degendam, quae Latinis bona sunt et res, et facultates, et Graecis βίαια.

52. ἐκόπτοντο αὐτὴν) Verbum habet significationem feriendi et caedendi, et indicium est magni doloris, *plan-gor*. Lugentium in funeribus tales gestus esse solent. Atque ita praesentes tunc mortuam puellam luxisse, Euangelista ait.

55. ἐπέσπευε δὲ τὸ πνεῦμα αὐτῆς) Prouide hoc adiecit *Lucas*, ut obiter doceret, animum humanum non esse κρᾶσις corporis, sed aliquid, quod post exitum uitae mortalis alibi est, quam ubi corpus. Id enim docet uox ἐπέσπευε.

CAP. IX.

I. Ἐπὶ πάντα τὰ δαιμόνια) *Super omnis generis daemonia*, i. e. cuiusuis generis morbos, quibus daemonia affligere homines credebantur, auferre possent. Cf. Matth. X, 1. sqq.

3. Μὴτε ἀπὸ δύο χιτῶνας ἔχειν) *Non binas tunicas habeatis*. Est enim ἔχειν χιτῶνας, uel Enallage, posito Infnit. pro Indicatiuo, uel Ellipsis uerbi finiti, ut *uelitis*, aut simili alterius.

4. καὶ εἰς — ἐνεῖθεν ἐξέρχασθε) Sensus est: manete ibi, dum urbe exeundum sit.

7. διηπόρει) *Haesitabat*. Διὰ h. l. intendit significacionem. Fama miraculorum et iudiciorum de Iesu diuersitas, ita illum percellabant, ut, quid crederet, nesciret. *Match. XIV, 1. sqq. Marc. VI, 14. f.*

8. ἴτε — ἀνέστη) Fuit illo tempore illa opinio, ante Messiae aduentum aliquem priscorum prophetarum in vitam esse rediturum. Putabant igitur, Iesum esse aliquem prophetarum, qui indicare debeat, prope esse tempus Messiae. Huic opinioni uaticinium de altero Elia aduenturo occasionem praebuerat, quod ita interpretabantur, ut putarent, non modo alterum Eliam, sed et alium prophetam uenturum esse, ut omnis natio attenditur.

9. τίς δὲ ἐστὶν υἱὸς) Eadem quidem docens, sed non baptizans, ut Ioannes, miracula autem edens, quod non fecit Ioannes. ἐξήτει ἰδεῖν αὐτὸν) Vt ex uultu aliisque indiciis dignosceret, an *Ioannes* esset.

12. καταλύσωσιν) *diuertant* (illuc) i. e. quaerant diuersiorum et hospitorum loca, ubi inueniant aliquam ciborum copiam. Καταλύειν proprie est *dissoluere*; translative autem est, recipere se in diuersorium. Sed de iis tamen proprie dicitur, qui curru iter conficiunt, quia nimirum equos soluunt, quum ad diuersorium uentum est. ἐπισιτισμὸν) *Viaticum, cibaria*, quae ad uiam in locis auis conficiendam sufficerent. Ἐπισιτισμὸς est ab ἐπισιτίζομαι, frumentor, rem frumentariam et alimoniam deporto, a σῖτος *frumentum*, σιτίζω, *nutrio*. Saepe comteum exercituum et nauium ἐπισιτισμὸν uocant *Auctores*.

13. εἰ μήτι — βράματα) *Numquid emere debemus c'bos isti tantae multitudini pascendae?* 'Εἰ μήτι *numquid* denotat, 2 Cor. XIII, 5. et apud Profanos saepe, ut Κυρκίους ad h. l. probat. 'Εἰς πάντα τὸν λαὸν τῶτον, sc. pascendum.

14. κατακλίνατε αὐτοὺς κλισίας ἑνὰ πενήκοντα) *Discumbere facite eos in singulis classibus quinquaginta.* κλισία, ordo discumbentium; *Aelian. V. H. Lib. VIII, c. 7. συμπάρελαβε δὲ εἰς τὸ συμπόσιον καὶ τῆς ἰδιοξένης, καὶ κατέκλιεν ἀντιπροσώπως ἑαυτῶ, Recepit etiam in conuiuium peculiare quosdam hospites suos, quos sibi e regione accumbere iussit.*

15. καὶ ἀνέκλιαν ἅπαντας) ἐξηγητικῶς. Ita, inquit, fecere, ut iussi fuerant, nimirum collocantes uniuersos illo numero distributos.

16. εὐλόγησεν αὐτοὺς) ἰ. ε. ἐπ' αὐτοὺς. De his panibus et piscibus gratias egit Deo, simul eum precatus, ut tantilla panum ac piscium copia tantam multitudinem pasceret.

18. καταμόνας) *solum, seorsim, priuatim;* elliptice pro κατὰ μόνας χώρας. Turba excluditur, non discipuli. Vid. ad hanc historiam Math. XVI, 11. s. Marc. VIII, 27. s.

25. ἑαυτὸν δέ) Popularis expositio eius, quod dixit ψυχὴν αὐτοῦ, neque enim corpus excluditur. Syrus et hic habet ΠΣΩΔ.

31. ἐν ὄξει) *gloriosa specie.* Ille, ut legislator, alter, ut legis interpretum princeps, uterque interim Christo ministerium exhibentes, cui seruiunt lex et prophetae. 'Ελεγον τὴν ἔξοδον — Ἱερουσαλήμ) *Commemorantes fata eius, quae ei Hierosolymis essent euentura.* Τὴν ἔξοδον plurimi interpretantur

tantur τὸν θάνατον, exitum ex hac uita, et mortem, quam obiturus esset Hierosolymis. Nec sine ratione. Non enim tantum apud Hellenistas, sed et apud Latinos *exitus* et *excessus* pro morte passim occurrunt, ut notum est. Quum tamen ἔξοδος saepe etiam quemlibet finem et exitum denotet, intelligere possis. h. l. omnia Christi fata, quae Hierosolymis et in eius uicinia erat subiturus, imo et resurrectionem et adscensum in coelum. Verbo πληροῦν respicitur ad V. T. uaticinia, quibus haec de Christo praedicta sunt; nam omnes uitae casus, qui diuinitus praedicti sunt, impleri graece dicuntur, quum homines eosdem subeunt et sustinent.

37. μὴ εἰδώς ὁ λέγει) Marcus addit c. IX, 6. ἦσαν γὰρ ἐκφοβοί. Petro nempe uisi claritate et excellentia stupefacto, neque mens nec lingua consistebat. *QUINTILIANUS* VIII, 3. *Ego illos credo qui* (Cicerone causam Cornelii orante) *aderant, nec sponte iudicioque plausisse: sed uelut mente captos et quo essent in loco ignaros, erupisse in hunc uoluptatis affectum.*

38. ἀνὴρ — ἀνεβόητε) Si una serie uoceque minime suspensa haec uerba legerimus, sentius erit: ἀνὴρ ἀπὸ (ὅκ) μίσεως τῆ ὄχλης ἀνεβόησεν, uir quidam exclamauit ex media turba. Si uero post ὄχλης apposuerimus comma, ἀνὴρ ἀπὸ τῆ ὄχλης erit ἀνὴρ ὀχλωδῆς, plebeius, uilis. Prior loquendi modus hic nideatur praefendus. ἐπιβλεψόν — μὲ) Idem quod apud Matthaeum ἐλέησόν μὲ τὸν ὕδιν. Ita ad Iouem Aeneas: *Aspice nos.* Vbi Seruius: *Quia intuentes Dii iuuant.* Vid. omnino Matth. XVII, 14. f.

39. καὶ σπαράσσει — ἀφ' ἑ) i. e. σπαράσσει αὐτὸν καὶ ἀφ' ἑ, *conuulsiones et spumam excitat.* De uerbo σπαράσσει cf.

cf. notata ad Marc. I, 26. Σεληνιανδν uocat hunc hominem Matthaeus, qua uoce epilepticos Graeci saepe denotant. Lucretius de epileptico: — *Spumas agit, ingemit et tremit artus; Desipit, extentat neruos, torquetur etc.* συντριβον αὐτὸν) Praefens pro praeterito. Verbum hoc interdum significat *uulnerare*, interdum etiam *uires alicuius atterere, languentem et uiribus exhaustum aliquem reddere*. Hoc loco posteriori sensu accipiendum esse uidetur; nam eiusmodi paroxysmos ordinarie sequi solet multus membrorum corporis languor, et Marcus IX, 26. de eodem homine dicit, fuisse eum ὡσεὶ νεκρῶν.

43. ἐξεπλήσσοντο δὲ πάντες ἐπὶ τῇ μεγαλειότητι τῆς θεῆς) Vti omnia facta et miracula Christi maiestatis diuinae plena, dicuntur μεγαλεῖα, ita μεγαλειότης est ipsa illa maiestas diuina, s. illa uirtus diuina, cuius ope illa tam stupenda miracula perpetrantur. Hoc sensu μεγαλειότης apud Iosephum in Prooemio ad Ant. occurrit.

44. Ἔσθε ὑμεῖς εἰς τὰ ὦτα ὑμῶν) *Reponite in aures uestras*, i. e. attendite diligenter, et audita conseruate. ὁ γὰρ — ἀνθρώπων) *Nam Messias tradetur hominum potestati*. Monet Iesus discipulos, ut in memoria retineant, quae modo audiissent ex ore illorum hominum, qui laudauerant Dei maiestatem, et mirati fuerant ea quae ipse fecerat, miracula. Futurum est, inquit, ut ego, Messias, moriar. Quando igitur hoc fiet, tunc memoria recolite, quatenam patrauerim miracula, quomodo populus illa agnouerit et celebrauerit, ut in fide uestra, me esse Messiam, confirmemini.

45. αἰσθωνται) ἁισθάνομαι proprie de sensu corporis: non minus frequenter ad animum transfertur, ut *sentio* latine, pro: *mente percipio, intelligo, animaduerto, cognosco*. Xenoph. Paed. V. ἄς ἡσθετο τὸ γεγούσ.

46. εἰσῆλθε δὲ διαλογισμὸς ἐν αὐτοῖς) *Intrauit autem cogitatio in eos*. Ἐν αὐτοῖς, pro εἰς αὐτούς, quod uulgare est. Phrasis quoque εἰσέρχεσθαι, de *cogitationibus et affectibus animum subeuntibus* profanis trita est, tam cum dandi quam accusandi casu. τὸ τίς ἂν εἴη μείζων) τὸ hic uallet *nimirum*, aut *uidelicet*. Μείζων hic est μέγιστος. Cf. Marc. IX, 34.

48. τὸτο) i. e. τοῦτο, ut apud *Matthaeum*, quomodo et hic Syrus interpretatur. Tale est: *amor omnibus idem*. μικρότερος) i. e. ταπεινοφρονέστερος, ut ex *Matthaeo* apparet. Vid. notata ad *Math. XVIII, 1. f.*

49. ὅτι ἐκ ἀκολουθεῖ μεθ' ἡμῶν) *Quoniam non sequitur nos, i. e. non easdem nobiscum partes sequitur, non facit nobiscum*. Μεθ' ἡμῶν, pro ἡμῖν, ut *Apoc. XIV, 13*. Est autem haec locutio bene graeca. Sic in tabula *Cebetis*: αἱ γυναῖκες αἱ μετ' αὐτῶν ἀκολουθεῖσαι. *Plato* in *Menexeno*: ἀκολουθεῖ μετ' ἐμῆ. Vid. notata ad *Marc. IX, 38. f.*

51. ἐν τῷ συμπληρῆσθαι τὰς ἡμέρας τῆς ἀναλήψεως αὐτῆ) *Quum instaret (uel immineret) tempus, ut assumeretur, nempe in coelum*. Nam τὸ συμπληρῆσθαι hic ut *Act. II, 1*. et alibi intelligendum. *Lucas* ex occasione hoc narrat, posthabita temporis serie. Nam quum duo insignia *Christi* monita narrasset, quorum prius ad uitandam ambitionem, alterum ad uitandam inuidiam *Apostolos* hortabatur, commodum

esse

esse locum credidit, adiciendae monitionis tertiae aduersus ultionem. τὸ πρόσωπον αὐτῆ ἐζήριξε) *defixit faciem suam* ad iter Hierosolymitanum; i. e. directum conuertit uultum ad iter, quod fieret Hierosolyma uersus, uel: profectiōnem eam constanter prae se tulit. Phrasin nostrae persimilem habent Profani, apud quos ἐζάναι τὸ πρόσωπον est, *uultum ad seueritatem et grauitatem componere*, et πρόσωπον καθεωςῶς uel συνεχῶς est *uultus serius, constans, compositus*. Duae erant uiae ex Galilaea Hierosolyman ducentes; altera per Samariam, breuior, quam Iesus erat ingressus, altera per regionem Trans-Iordaniam, longa deuiatione, ut Iosephus nos docet in Vita, C. 52. Vide ad Io. IV, 4. annotanda. Ceterum incipit nunc ultima pars Euangelii Lucae, quae continet res non multo ante mortem Christi gestas, et complectitur fortasse quinque aut sex mensium spatium.

52. ἀγγέλως) *nuntios*. Forte Ioannem et Iacobum, qui mox nominantur. Πρὸ προσώπῳ αὐτῆ, i. e. πρὸ αὐτῆ. ὡς εἰτοιμάσαι αὐτῶ) elliptice. *Vt pararent*, nimirum hospitium ξενίαν, et res necessarias.

53. ἵκ ἐδέξαντο αὐτῶ) i. e. *hospitium ei denegabant*, ut patet ex com. 52. Κυρκίως: *non intronitrebant illum*, sc. in urbem. ὅτι τὸ πρόσωπον αὐτῆ ἦν πορευόμενον εἰς Ἱερουσαλήμ) i. e. quod proficisceretur Hierosolyma. Hebraei πρόσωπον uocant omne id, quod exterius spectatur aut indicium praebet. Sic 2 Sam. XVII, 11. τὸ πρόσωπόν σου τερευόμενον ἐν μέσῳ αὐτῶν, nempe ad proelium. H. l. τὸ πρόσωπον αὐτῆ, *persona eius*, est ipse. Morem fuisse Galilaeis in diebus festis Hierosolyma euntibus per regionem Samariae iter facere, docet nos Iosephus Antiqq. XX, 6, 1. An uero

uero in oppidis Samaritanorum uulgo pernoctauerint, incertum est. Si eos cogeret aliquando necessitas in ista diuersoria, nihil erat illic quod posset iis esse offendiculo praeter inimicitiam gentis, praecipue propter locum cultus publici. *Bereschit Rabba* Sect. 81. R. *Ismaël filius R. Ioseph proficiscens Hierosolymam, ut oraret, transit per istum montem (Garizim.) Videns eum Samaritanus quidam dixit ei: — Nonne praestaret in monte hoc benedicto, quam in isto maledicto orare?*

54. πῦρ ἀπὸ τοῦ ἔρανῶ) *fulmen.* 2 Reg. I, 10. ἀναλῶσαι) ἀναλίσκειν h. l. est *extinguere, consumere.* Interficiendi significatione occurrit apud *Xenoph. Paed. I. ταχὺ δὲ τὰ ἐν τῷ παραδείσῳ θηρία ἀνηλώκει.*

55. ἔκ διδάτε δις πνεύματος ἕως ὑμῶν) Defunt haec uerba cum illis commatis sequentis usque ad ἀλλὰ σῶσαι in permultis Codd. Versionibus quibusdam et Patribus. Sed habent *Clemens Alex.* apud *Macarium Chrysocephalum, Chrysost.* in *Matth.* aliique. Sensus est *uel sine interrogatione: nescitis, quali animo fitis affecti, quali zeli affectu ducamini,* i. e. non perpenditis hunc uestrum zelum esse malum, sectatoribus meis indignum; (formula ἔκ διδάτε est aliorum inconconsulta desideria grauius comiterque reprehendens, uel etiam ignorantiam eorum miserans;) *uel cum interrogatione: an nescitis quo animo (erga homines omnes, inimicos etiam,) affecti esse debeatis?* Πνεῦμα h. l. ut saepe, *animus, mentis affectio.* Quod fecit olim *Elias* inter Samaritanos, (*Christus* inquit,) id uos, discipulos meos, doctrinae meae praeceptis mitioribus imbutos imitari haud decet. Habetis

Tomus II. G quidem

quidem ζήλον, sed ε' κατ' ἐπίγνωσιν, et qui proinde humani est affectus, non diuinae motionis.

56. δ γὰρ οὗτος τῷ ἀνθρώπῳ ἐκ ἡλθῆ ψυχὰς ἀπολέσαι ἀλλὰ σώσαι) ψυχὰι, תשנן, h. l. sunt *ipfi homines*, non sola pars potior, quod exigit uerborum nexus. Prophetarum temporibus seueritate erat opus. Tempora Messiae exigunt lenitatem. Missus est Messias non ad exercenda seuera iudicia, sed ad homines, quamuis peccatores, quouis modo, animo et corpore seruandos, adeo nulli eam in rem parsurus operae, ut semetipse ei negotio fit impensurus.

57. πορευομένων αὐτῶν ἐν τῇ ὁδῷ) Quodam tempore, quod propius describi nihil attinebat. Cf. Matth. VIII, 19. sqq. et ad istum locum notata.

60. ἄφες — νεκρός) *De mortuis noli cogitare: ueni et me sequere.* Nil grande, inquit Christus, puta facturum te, si patris funus neglexeris: inter eos qui me sequuntur, reperiuntur et qui patrem suum uiuentem me uocante reliquerunt. διαγγελλο τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ) διαγγέλλειν est circumquaerque, uel per diuersa loca nunciare, diuulgare. *Herodian.* L. I. c. 7. §. 1. τῆς δὲ ἐξόδου διαγγελθείσης.

61. ἀποτάξασθαι τοῖς εἰς τὸν δίκον μου) ἀποτάξασθαι τινι, de personis usurpatum, ut hic, est *ualedicere*, qua loquendi formula utuntur Philo, Iosephus, atque multi alii cultissimae orationis Scriptores. τοῖς εἰς τὸν δίκον pro ἐν οἴκῳ, domesticis, *familiaribus meis.* Alii res et personas intelligunt. Seneca Epist. 8. *Secessi non tantum ab hominibus, sed etiam a rebus: et primum a meis.*

62. ἐπιβαλὼν τὴν χεῖρα — τῷ θεῷ) i. e. Sicut qui agriculturae dat operam, sed statim ab opere incepto desistit, non est bonus arator, ita qui proposito me sequendi non constanter adhaeret, non est idoneus regno Dei. Manum aratro admouere pro eo, quod est opus aliquod aggredi, etiam Graeci dicunt. Sed hic, ut alibi saepe, miscetur ἀπόδοσις comparationi. Nam simplex prouerbium fuerat: eum, qui in arando respiciat, non esse bonum aratorem; nunc cum prouerbio significatur, cui rei aptetur prouerbium. Intelligitur nempe hic negotium religionis. Qui me uult sectari, inquit Christus, is tota mente et animo se debet religioni dedicare.

CAP. X.

1. Ἀνάδειξεν — ἐβδομήκοντα) Elegit Dominus etiam alios septuaginta. Vocula καὶ docet, respici ad factam antea duodecim apostolorum ἀνάδειξιν. Ἀναδεικνύειν autem significat designare, declarare, eligere. Post ἐβδομήκοντα addunt δύο, Codd. nonnulli, Verff. et Patres. Sed omittunt Euseb. Nyss. Theophyl. aliique. Fuisse a Christo LXXII creatos, antiquitas credidit, etiam Graeci, qui hoc loco legerunt ἐβδομήκοντα. Neque uero temere; nam moris erat Hebraeis LXX nominare numero rotundo, etiam ubi constabat esse LXXII. ἀνά δύο) binos; quod et in Apostolis Dominus obseruauerat, non tantum ad opem mutuam, sed et in maiorem testimonii fidem.

2. 3. Vid. Matth. IX, 37. et Matth. X. passim.

4. μὲν κατὰ τὴν ὁδὸν ἀσπάσσομε) Festinationis signum! Salutationes, praecipue eorum, qui cultu apparatuque con-

spicui essent, apud Orientis populos non fiebant leui gestu, uerboque, sed multis percunctationibus, bonisque omnibus trahebantur, non sine multis corporis flexionibus, osculis, amplexibus. Usitatum fuisse apud Hebraeos, sub quibusdam rationibus, non salutare in uia, imo non salutare omnino, probant loca a *Lighthfooto* in hor. hebr. ad h. l. adducta. Possimus quoque cum *Pricaeo* haec uerba ut hyperbolica intelligere, quasi dixisset Christus: *Negotio, quod imposui uobis, toto animo incumbite, praeterhabitis uel breuissimis* (quod genus sunt salutationes in uia occurrentium) *obstaculis et moramentis.* Videtur etiam uerbi ἀσπάρεσθα significatio aestimanda esse ex usu linguae latinae, ubi *salutare amicum est einen Freund besuchen.* Sensus igitur erit: *migrate celeriter in eam urbem, ubi uultis manere; nolite adire in uia alios salutandi causa.*

7. ἐν αὐτῇ δὲ τῇ οἰκίᾳ μένετε) i. e. hospitium uobis deligite, quod Graeci dicunt καταλύειν. τὰ παρ' αὐτῶν) quae ab illis praebentur, τὰ παρεχόμενα ὑπ' αὐτῶν. Theophylactus: ἢ προσάγειν ὑμῖν. μὴ μεταβαίνετε — οἰκίαν) Hoc enim circumforaneorum esset et mendicantium, probum cuius homini summa ope cauendum: quanto plus uobis euitandum, legatis meis, tantoque ac tam excelsio muneris delegatis?

8. ἐσθίετε τὰ παρατιθέμενα ὑμῖν) Contenti este, quamuis frugali apparatu; ut ita differat haec admonitio a superiore u. 7.

13. πάλαι — μετενόησαν) Ritus lugentium, qui hic commemorantur, Hebraeis usitatos fuisse, e sacris satis notum est.

est. Sed aliis quoque gentibus has consuetudines fuisse communes, Kypkius aliquot testimoniis ueterum docet. Cf. dicta ad Matth. XI. 20. f.

18. ἰδεῶμεν — πρῶτον) Ἰδεῶμεν per enallagen pro θεωροῦμεν. *Video breui ruiturum Satanam* (nempe de principatu ac tyrannide sua) *tam rapide quam fulgur de coelo micare solet.* Celeritas nimia prouerbialiter solet fulguri assimilari. Vide Matth. XXIV, 27. Referenda haec praedictio ad incredibilem celeritatem propagati per terras euangelii, ad destruendas religiones falsas, et omnia opera diaboli.

19. δίδωμι — ἐχθρῶ) i. e. *Efficiam, ut uitae pericula, et omnia quae uestris conatibus impedimento sunt, feliciter superetis.* In uerbis πατεῖν ἐπάνω ὄφθων καὶ σκορπίων est manifesta allusio ad Ps. XCI, 13. ubi de tutela diuinae prouidentiae agitur. Sensus enim loci citati est: *Loca deserta, bestiis uenenosis et immitibus infesta, incolumis peragrabis.* Haec uerba Christus discipulis suis accomodat, significans, eos a duris uitae casibus fore tutos. Ἡ δύναμις τῆ ἐχθρῶ, *potentia Satanae* illis temporibus praecipue se exseruit per superstitionem iudaicam et ethnicam. Hanc eos, miracula patrandi ui et doctrina meliori instructos fracturos esse promittit Christus. Ἐδὲν ὑμᾶς ἢ μὴ ἀδικήσει) *Nihil uos laedet.* Nam uerbum ἀδικεῖν h. l. usurpatur de quacunq; iniuria atque ui.

20. πλὴν — ὑμῶν) i. e. *Nolite tam ob hoc gaudere, quod spiritus (maligni) uobis obediunt; i. e. quod meo nomine miracula editis, quam ob hoc, quod annumeramini iis, quibus felicitas aeterna parata est.* Πνεύματα, sc. ἀκάθαρτα

Γράψαι est *referre, annumerare, addicere*, metaphora sumta de iis, qui memoriae causa aliquid albo inscribunt. Qua significatione nihil frequentius apud Philonem, ut Loesnerus ad h. l. docet. Sic Deo cara grataque apud eum inscripta feruari dicuntur. Apud Paulum etiam Hebr. XII, 23. commemorantur *πρωτόκοι ἐν ἔρανοῖς ἀπογεγραμμένοι*. Quem locum confer.

21. Vid. Matth. XI, 25. seqq.

22. τίς ἐστίν ὁ υἱός) Quorsum et qua cum potestate misus. Cf. Matth. XI, 27. τίς ἐστίν ὁ πατήρ) Qua bonitate, qua iustitia, qua sapientia, quae eius consilia in danda hominibus salute, aut certe excusatione adimenda? ἀποκαλύψαι) idque pro temporum ratione: nunc pauillum, plus post resurrectionem; plurimum post missionem spiritus.

25. ἐκπειράζων αὐτόν) An quid legi contrarium doceret? Matth. XXII, 35. seqq. τί ποιήσας ζῶν ἀιώνιον κληρονομίῳ) *Quid faciam, ut felicitate aeterna potiar?* Sic Lucianus in *Harmonide* ab init. τί ποῦνται ἕκοντάς με οἱ Ἕλληνες ἅπαντες; *quid faciam, ut Graecis omnibus innotescam?* Quum audiret legisperitus, uitam aeternam, in ipso legis foedere non expressam, a Christo apertissime doceri et promitti, sciscitari uoluit, an idem ad eam uitam iter monstraret, quod lege monstrabatur. Ideo quaerit τί ποιήσας.

26. ἐν τῷ νόμῳ) Christus, ostensurus suis institutis non oppugnari, sed perfici legem, reiicit legisperitum ad uerba Moſis. πῶς ἀναγινώσκεις;) *Quid legis?* Nam uocula πῶς saepe a Graecis in interrogationibus ponitur pro τί, quid? Igno-

Ignorare non potes, quod ipse aliis praelegis et interpretaris.

27. ἀγαπήσεις — σεαυτὸν) Deut. VI, 5. Leuit. XIX, 18. Verba καὶ ἐξ ἄλλης τῆς διαβίαις αὐτοῦ, non extant in textu hebraico. Res est una eademque: *Deus est amandus tota mente.*

28. τῆτο ποίησ, καὶ ζήσῃ) *Si hoc feceris, felicitatem aeternam obtinebis.* Quia legisperitus interrogauerat: τί ποιήσας, Christus idem quoque uerbum, sed laxius sumtum illi regerit. Strictē ποιεῖν dicitur de factis externis; late porrigitur etiam ad internos animi motus.

29. δικαίῳν ἑαυτὸν) suam iustitiam asserere, s. ostendere se esse iustum, i. e. omni culpa uacare. εἶπε πρὸς τὸν Ἰησοῦν, καὶ τίς ἐστὶ μὴ πλησίον;) καὶ τίς, *ecquis igitur, s. ecquis uero.* Vocula καὶ in interrogationibus emphatica est, et idem fere denotat quod γὰρ. Deum quidem dubium non est, quin satis amatum a se credi uellet ob exactam caerimioniarum omnium obseruationem. De proximo, quia ambigi poterat, quam late ea uox spectaret, interpretationem Christi postulat. Si enim respondisset Christus ex recepta eorum temporum sententia, proximum esse quemuis Israellitam, nec alium praeterea quenquam, arbitrabatur nihil esse, quod etiam hac in parte a se desideraretur. In ea, quae nunc sequitur, parabola, docet Christus, *proximum* esse non solum eum, qui nostro auxilio indigeat, sed eum etiam, qui nos subleuet. Hoc patet ex u. 36. 37.

30. ὑπολαβὼν ἔειπεν,) *excipiens, respondens dixit: Lex.*
 Iob. ὑπολαβὼν, ἀποκριθὲν. ἀνδρῶν τῶν Ἰουδαίων) *Iudaeus quidam.*

Nam Iudaeum intelligi, ex sequentibus patet. Quidam fabulam, alii rem gestam hic narrari existimant. ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ εἰς Ἱεριχὼν) Qui locus latrocinii infamis, ut notat Hieronymus. δι καὶ — ἀπὸ ἡλθον) Qui, quum eum despoliassent, et uulnerassent, abierunt. Glossarium ἐκδύω, exspolio, despolio. Ἐκδύτης, despoliator. Despoliare latronum est. Non autem despoliant tantum hominem, sed et uulnerant, ex more id genus hominum. ἀφέντες ἡμῶν τυχάνοντα) relicto illo, qui esset semimortuus.

31. κατὰ συγκυρίαν) *re ita ferente, uel fortuito quodam casu.* Sacerdos, qui Hierosolymis pro populi salute preces fuderat, et sacrificia obtulerat, Ierichuntem, in qua domicilium habebat, redit. Nihil erat quod ualde urgeret; patria erat in proximo, agebatur de uicino forte, saltem Iudaeo periclitante, nec tamen illi succurrit, nimirum ne sanguine eius pollueretur.

32. λευίτης γενόμενος κατὰ τὸν τόπον) *Leuita, quum peruenisset ad istum locum.* Optimi Scriptores γίνεσθαι pro παραγίνεσθαι ponere solent. Leuita, Hierosolyma et templum petiturus, ubi laudes Dei pro beneficiis nationi Iudaicae praestitis caneret, eodem uenit, sed ad exemplum sacerdotis in itinere pergit, non excursionem solum, sed laudem etiam se dignum putans, quod prae studio ad templum festinandi omnem moram abrumperet, et alia omnia negligeret.

33. σαμαρείτης — κατ' αὐτὸν) *Samaritanus iter faciens, propius eum accessit, ut nempe uideret, quis homo ille, et quid rei esset.* Homo Iudaeis inuisus, propter negotium urgens

gens fortassis e patria profectus. Non metuit periculum a latronibus in loco deserto; non suspiciones Iudaeorum, qui ipsum, si alter ex uulnere interim obiisset, non sine aliqua specie latrocinii accusaturi fuissent.

34. κατέδησε τὰ τράματα αὐτοῦ κ. τ. λ.) Genium suum defraudat oleumque et uinum, quod sibi comparauerat, curando uulnere impendit, ipse aut pedes per uiam asperam atque molestan incedit, aut iumentum suum duplici onere premit; uestes suas lacerat, ut uulnus alterius obligaret. εἰς τὸ πανδοχεῖον) *Glossarium*: diuerforium, κατάλυμα, πανδοχεῖον. Rectius forsitan Latinus Interpres: *stabulum*. Nam et in iure Romano stabulum πανδοχεῖον uertunt Graeci, cauponam autem καπηλεῖον. Caupona est, ubi bibitur, stabulum, quo recipiuntur uiatores. Hoc Hebraeis ילון. Sic et eruditissimum *Stephani Glossarium*: *Stabulum* ἱπποδάσιον, ὄνοδάσιον πανδοχεῖον.

35. πανδοχεῖ) *Stephani Glossarium*: πανδοχεύς, *diuerforiarius*; *cauponarius*, *stabularius*.

36. πλησίον γεγονέναι) i. e. *impleffe officium proximi*. Nam saepe esse dicitur, quod factō ostenditur.

37. πορεύε, καὶ σὺ ποίει ὁμοίως) i. e. *quemuis hominem tuum proximum existima*. Πορεύε hic hortantis est, ut πορευθέντες Matth. IX, 23. Imitare, inquit Christus, non Sacerdotem et Leuitam, sed illum Samariten, et quod illum uoluisti praestare Iudaeo, praesta Iudaeus extraneo, imo, si res ita ferat, etiam Samaritae. Immutabilia enim sunt naturae iura. De Deo dictu facile, eum a te amari, sed ni hominem alterum, Dei effigiem, iuues, manifesti mendacii deprehenderis.

38. κώμην τίναν) *Bethaniam*; ibi enim habitabant Martha et Maria cum fratre Lazaro, ut legimus Io. XI, 1. γυνή δὲ τις ὀνόματι Μάρθα) Videtur haec mulier fuisse uidua, quicum frater et soror uixerint.

39. ἢ καὶ παρακαθίσασα παρὰ τὸς πόδας τοῦ κυρίου) *Quae etiam prope Iesum sedebat*, nempe cum discipulis. Παρὰ τὸς πόδας est notus Hebraismus, ut Aetor. XXII, 3.

40. περισπᾶτο περὶ πολλὴν διακονίαν) *Distrabebatur circa frequens ministerium*. Περισπᾶσθαι eleganter dicuntur, qui nimis sunt in aliqua re occupati, nimisque animo in ea defixi, curisque distracti. Diodor. I, 74. ἰδεῖν ἐς τὰς τεχνίτας περὶ πολλὰ τῇ διακονίᾳ περισπωμένους, i. e. multis negotiis distractos. Hoc loco est idem quod Latinis in hoc argumento *curfitare, currere, discurrere*. μόνην — διακονεῖν) Reliquit me solam in laboribus, et operis ministerii. Plus aequo se grauari queritur Martha. ἵνα μοι συναντιλάβηται) Vt una mecum manus admoueat, ut socia sit administrationis, ὅν ἐμοὶ ἀντιλάβηται. Vulgatus: *ut adiuuet me*.

41. μεριμνᾷς — πολλὰ) *Merimnᾷς*, quod Vulgatus uertit: *sollicita es*, congrue de domus conuiuique domina dicitur. Τυρβάζειν Suidas ἐτοιμάζειν καὶ φροντίζειν exponit; quorum utrumuis huic loco congruit. Τύρβη *turba*. Inde τυρβάζειν, *turbare*. Ergo τυρβάζειν, in medio est, *perturbas te*, te ipsam sollicitam reddis.

42. ἐνδὲ δὲ ἐς χρεία) *Theophylactus* dupliciter interpretatur; uel: cibo opus est idoneo tantum, non delicato aut opiparo, uno ferculo: uel, τῷ προσέχειν τῇ διδασκαλίᾳ, i. e. attendere animum ad doctrinam. Posteriorem explanationem

nunc praefero. Ἐνδὲ ἐστὶ χρεία, i. e. hoc uno opus est, ut affidendo audias. Illa enim circumcurſitabat, habebatque animum diſtriētum. Μαρία — ἐξελέξατο) *Maria meliorem partem ſequitur*, utilius praefert, dum nimirum aſſidet et audit. ἥτις — ἀπ' αὐτῆς) i. e. hoc erit illi bonum in perpetuum. Alii uerba: μαρία — ἀπ' αὐτῆς, ita interpretantur: *Maria optimum ſibi ferculum delegit, quod ipſi auferri non debet.* Μερίδα, partem, portionem, Hebr. חֵלֶבֶת. Sic Philo de Plant. N. portionem et poſſeſſionem, μερίδα καὶ κλήρον coniungit. Diodor. Sic. exc. l. XXXIV. καὶ τινες αὐτῶν ἀπὸ τραπέζης ἀξιολόγως μερίδα αἴροντες ἐδωρῶντο. Dicunt Chriſtum, ut ſolebat a rebus obuiis illuſtrare doctrinam coeleſtem, quae de ferculis epularum dici ſolebant, tranſtuliffe ad doctrinam ſuam. Maria, me audiendo paut animum, non corpus: animus ſine dubio excellentior eſt corpore; et fercula, quibus corpus paſcitur, conuiuiae aliquando inuito impudenter eripiuntur, doctrina autem eripi non poteſt: ἐκ ἀφαιρεθῆσεται ἢ ἀπ' αὐτῆς. Sed non opus eſſe uidetur ingenii luſu, quum ſenſus in ſe ſit facilis.

CAP. XI.

I. Δίδαξον ἡμᾶς προσεύχεσθαι) *Doce nos compendium rerum orandarum.* Neque enim eo tempore ſyllabis adſtringebantur. Tertulliano haec oratio dicitur breuiarium totius Euangelii; Cypriano coeleſtis doctrinae compendium. καθὼς — μαθητὰς αὐτοῦ) Ioannes diſcipulos ſuos precari docuerat ex more magiſtrorum Iudaicorum. Singuli enim Iudaeorum magiſtri, qui ſcholas habebant, eas diſtinguere ſolebant certis et ſtatis precum formulis, quas huic ſcholae addiēti

addicti discipuli recitabant. Haec formularum praescriptio non habebat hanc vim, ut discipuli aliis formulis non uterentur, sed ut superadderent hanc ceteris precibus. Vid. *Lightfoot* ad h. l. et ad Matth. VI, 9. Ergo non fuit Christi consilium, ut discipuli quotidie et semper hac formula uterentur, sed ut eam superadderent ceteris precibus, et ut hinc argumentum fumerent, si ipsi, quid precarentur, non haberent. Ceterum cf. Matth. VI, 9. sqq.

2. ὁ ἐν τοῖς ἔρανοῖς) Omittunt haec Verba Codd. Interpret. et Patres nonnulli, ut et illa: γενηθήτω τὸ θελημα σου, et alia quaedam. Omnino credibile est, in Graecis codicibus adiecta ex *Matthaeo*, quae Lucas omiserat.

4. ἀμαρτίας) Expositio eius, quod apud Matthaeum est ὀφειλήματα. καὶ γὰρ αὐτοὶ ἀφίεμεν παντὶ ὀφείλοντι ἡμῶν) Nam et nos ex tuo praecepto iniurias aliis condonamus, ob promissionem ueniae sub hac conditione nobis factam.

5. τίς ἐξ — μεσονυκτίῳ) Figurata est oratio interrogatione; atque hoc simpliciter dicitur: Si quis habeat amicum, ueniatque ad domum ipsius media nocte etc. Vox μεσονυκτίῳ non ubique strictè sumitur, sed cum latitudine quadam, pro incerta aliqua, at prouectioris noctis portione. Sic et *nox intempesta* nonnunquam apud Latinos ponitur.

7. τὰ παῖδια μὴ μετ' ἐμῶ ἐῖς τὴν κοίτην εἰσὶ) εἰς τ. κ. pro ἐν τῇ κοίτῃ, in cubili sunt. Significat, neminem domi esse, qui sine incommodo panes dare petenti possit, quum omnes iam cubitum iissent. Recte autem παῖδια liberos uertit Syrus.

8. διὰ γε τὴν ἀναίδειαν αὐτοῦ) *propter importunitatem eius.*
 Vulgatus: *propter improbitatem eius*; quo sensu Petronius:
Nihil est quod non improbitas extorqueat, i. e. audax et
 assidua instantia. *χρηζει*) cum Genit. *eget*; cum Accus.
uult. Ceterum haec similitudo non est extendenda ultra
 tertium comparationis. Nam illud de importunitate additur
 tantum, ut oratio fiat integra. Vid. notata ad Matth.
 VII, 7. f.

9. καὶ γὰρ ὑμῖν λέγω) Comparatio est non a simili, sed a
 maiore; si impudens flagitator tantum obtinet ab homine,
 quid non a Deo obtinebit supplex et assiduus precator?

13. ὁ ἐξ ἑράνου) i. e. ἑράνιος.

14. καὶ αὐτὸ ἦν κωφὸν) metonymice. Ut pallida mors.
 Id. est, *illud daemonium faciebat, ut is, in quem inuaserat,*
esset mutus. Cf. Matth. XII, 22. ubi *δαμονιζόμενος* dicitur
 fuisse τυφλὸς καὶ κωφός.

16. πειράζοντες) *Tentantes*, an reuera esset legatus diui-
 nus. *σημεῖον ἐξ ἑρανοῦ, miraculum e coelo*, uidetur esse phae-
 nomenon aliquod in aëre, ut falmen, tonitru, uel simile
 quid. Qui igitur haec miracula postulabant, uidentur hoc
 uoluisse, ut Christus repente tale phaenomenon efficeret.

17. οἶκος ἐπὶ οἶκον) sc. διαμερισθεῖς, quod sententia ipsa
 ostendit, et ex Matthaei ac Marci collatione liquet, *Domus*
aduersus sese diffidens, cadit. Domus autem h. l. est *fa-*
milia.

20. ἐν δακτύλῳ θεοῦ) Alludit ad Exodi historiam c. VIII,
 19. *Vi diuina*, per Hebraismum. Matthaeus c. XII, 28.
 ἐν πνεύματι θεοῦ.

24 — 26. Vid. notata ad Matth. XII, 43. f.

27. μακαρία ἡ κοιλία ἡ βασίλασά σε) Mos loquendi Graecis quoque non ignotus. *O matrem felicem, quae te talem peperit!*

28. μὲν ἦγε) Epanorthosis, non negans quod erat dictum, sed maius aliquid addens. *Ita sane; sed beati ii uero sunt, qui audiunt uerbum Dei, illudque custodiunt.*

29. τῶν δὲ ἄλλων ἐταφροϊζομένων) Quum aliae super alias turbae ad ipsum coirent. Vid. Matth. XII, 38. seqq.

31. μετὰ τῶν ἀνδρῶν τῆς γενεᾶς ταύτης) Cum hoc populo nequam et flagitioso, qui a multis iam seculis maiorum suorum in omnī malo opere uestigia subsecutus est. Ad ea quae sequuntur uide. ad Matth. XII, 41. 42. dicta.

33. εἶδες λύχνον ἄψας) Sententiam hanc Christus, ut sapientes solebant, occasione data saepius inculcabat; itaque apud Lucam bis reperitur, cf. c. VIII, 16. quod et de aliis sententiis par est intelligi. Hoc nostro loco respiciendum est ad praecedentia u. 14. seqq. Docuerat nempe Christus, se non esse magum neque fraudatorem; non opus esse ut diuinam suam legationem demonstraret miraculo e caelo; nam partim se multa alia miracula edidisse, partim in uitam esse reductorum. Nunc addit, hanc cognitionem non esse celandam; non esse postulandum alio tempore signum e caelo.

34. ὅταν ἔν — φωτεινόν ἴσιν) HIPPOCRATES Epidem. 6. §. 4. *Oculi ut ualidi fuerint, ita et corpus.* Ad quem locum Galenus: *Si oculi bonum colorem habuerint, etiam totum*

totum corpus bene ualere significant. Quod ad loci huius sensum attinet uide ad Matth. VI, 22. dicta. Hoc nostro loco dictum ad rem praesentem ita est referendum: Si Iudaei rectam haberent Messiae cognitionem, tunc facta etiam et iudicia eorum recte se haberent; non dicerent me esse praestigiatores, sed legatum diuinum.

35. σκοπεῖ ἔν, μὴ τὸ φῶς τὸ ἐν σοὶ, σκοπὸς ἐκίν) *Confidera, annon lux tua tenebrae sint.* Nam ea uis est uoculae μὴ post uerbum σκοπεῖν. Sensus est: Confidera, annon mens tua ignorantiae et praeiudiciorum uitio laboret.

36. εἰ ἔν, — φωτίζῃ σε) Duplicem sensum hic habet ἔλον. Nam prima uice ad σῶμα refertur, altera uice absolute positum est, et *uniuersum, totum* simpliciter indicat. Sensus esse uidetur: Si mentis tuae acies ita comparata est, ut oculus sanus, toti corpori praebens lucem, tunc (abiectis praeiudiciis) uerum recte perspicias, ac si lucerna fulgore suo tibi lucem praebet. Permixa est nempe rei comparatae ipsa comparatio. Vox ἀσράπη h. l. *fulgorem, splendorem* denotat, sicut ἀσράπτειν saepe est *splendere, fulgere.*

38. ἱβαπτίσθη) i. e. ἐνίψατο τὰς χεῖρας. Sed ἱβαπτίσθη dicere maluit, quia manus tota et brachii pars cubito tenus non leuiter perfundebatur, sed quasi mersabatur, ne quid fordis adhaereret. πρὸ τῆ ἀρίστ) Nam illotis ex Iudaico dogmate omnis cibus, erat immundus.

39. νῦν ὑμῖς) Nunc quidem hypocritis uobis auctoritatem et turpe lucrum affert, postea uero male uobis erit, u. 42. τὸ δὲ ἔσωθεν — πονηρίας) τὸ ἔσωθεν nonnulli referunt

runt ad animum, ut sensus sit: *animus uester scatet rapienti cupiditate et malitia*. Alii referunt ad uasa, et interpretantur: *Quod in illis, nempe in poculis et uasis est, paratum est rapina et fraude*. Voculam ὑμῶν pertinere putant ad genitiuos sequentes, ut uertendum sit: *interna uero (uasorum) plena sunt rapinis et malitia uestra*. Tales traiectiones sunt Matth. V, 16. X, 30. XIII, 16. et aliis locis.

40. ἔχ' ὁ ποιήσας — ἐποίησε;) Nonnulli cum *Elsnero* per τὸ ἔξωθεν et ἔσωθεν exteriora et interiora uasorum intelligunt, et sine interrogatione uertunt: *Qui exterius purgat, non statim interius etiam purgavit*. Ποιεῖν interdum est purgare. Sic 2 Sam. XIX, 25. *facere pedes est lauare illos et ungues illorum refecare*. Aliis externa sunt corpus, res quaeque uisibiles; interna uero hominis animus. Haec explicatio omnino est praeferenda. Sensus est: Qui creauit externa, suppellectilem nostram, is etiam creauit interna, animum. Ergo animi etiam cura est habenda, nec animus postponendus erit rebus externis.

41. πλὴν τὰ ἐνόντα δότε ἐλεημοσύνην) Πλὴν, *quin potius*. Τὰ ἐνόντα pro κατὰ τὰ ἐνόντα, *pro re nata*, pro modo uirium et facultatum uestrarum. Ἐνόντα enim τὰ ὑπάρχοντα sunt, i. e. ea quae prae manibus habemus. Νῦν δέ, inquit Theophylactus, τὰ χρήματα εἶπεν, ὡς ὄντα ἐν τῇ ψυχῇ τῷ φιλοχρημάτῃ, *nunc pecunias ita appellauit, ut quae sint in animo studiosi illarum*. Demosthenes in oratione περὶ εὐφάνειᾳ ita: εἶς ἐκ τῶν ἐνόντων, ὡς δύνωμαι μετριώτα χρήσομαι, *quibus e re nata quam modestissime potero, sum usurus*. Et in eadem oratione dicit, eum qui consilium det, debere τῶν φαινόμε-

νων καὶ ἐνδύτων τὰ κράτιστα ἐλέσθαι, ex euidentiibus atque praesentibus optima eligere. καὶ ἰδὲ πάντα καθαρὰ ὑμῶν ἔστω) Sensus esse uidetur: *Cibo et potu uos inquinari non existimandum uobis erit.* Poculum uel quoduis uas aliud non satis purgatum, nihil uobis nocebit, a scelerum conscientia puris, et in egenos liberalibus. Πάντα non ultra consilium loquentis et sermonis nexum extendi debet. Ad sequentia Cf. Matth. XXIII. 23. seqq.

44. μνημεῖα ἀδελφά) Penitus sub terram defossa, qualia multa erant in regione Palaestinae, ut quae esset ὑπόπετρος, Apud Matthaeum est alia comparatio a monumentis sumpta, idem significans. Fieri potest, ut modo hanc, modo illam Christus usurpauerit.

45. ταῦτα λέγων καὶ ἡμᾶς ὑβρίζεις) per consequentiam. Nam Pharisei exactissime obseruabant legisperitorum decreta: legisperiti uicissim illorum sanctimoniam magnis laudibus praedicabant.

48. μαρτυρεῖτε καὶ συνευδοκεῖτε τ. ἔργ. τ. πατ. ὑμ.) Testificamini, et declaratis consensum uestrum, approbantem opera patrum uestrorum, quum illi interfectores sint Prophetarum, uos monumenta eorundem aedificetis. Explicandus est hic locus ex parallelo Matth. XXIII, 29 — 31. Sensus est: Vos struitis quidem prophetis monumenta sepulcralia, sed imitando probatis facta eorum qui eos interfecerunt.

49. ἡ σοφία τοῦ Θεοῦ) *Deus sapiens*, ut misericordia Dei, Deus misericors. Locus citatus non extat in V. T. Videtur igitur hoc uaticinium omnibus notum fuisse illo tempore, ex libro aliquo prophetico, qui periit.

51. τῷ ἑίκοις) Sicut *vade* interdum est tota structura templi, interdum pars illa, in qua erant Sacerdotes, ἑίκοις, ita ἑίκοις alibi pro toto, hic pro eadem illa parte sumitur.

52. ὅτι ἤρατε τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως) *Sustulistis clauem cognitionis*. Metaphorice: oclusam tenetis et inaccessam facultatem cognitionis, ablata quasi clauē ad fores illius aperiendas. Introduxerant nempe falsum Dei cultum, quem omnem ponebant in cerimoniis et minutiis diligenter obseruandis. Qui autem nihil nisi hoc discebant, ii non poterant peruenire ad ueram cognitionem.

53. δεινῶς ἐνέχειν) 'Ενέχειν exponere liceat *succensere, indignari, uehementer urgere*, uindictae studio. Hesychius: ἐνέχει μνησικακίᾳ, ἔγκειται. ἀποσοματίζειν (nam haec est uera lectio, non ἀποσομίζειν) αὐτὸν περὶ πλειόνων) *ex ore ipsius elicere plura*, nimirum crebritate interrogandi, quod aliquid insidiando carpere, et excipere cuperent ad crimen ipsi inferendum. Hesychius ἀποσοματίζειν exponit ἀπὸ μνήμης ἀξιῶν λέγειν; i. e. *exigere, ut alter quippiam memoriter dicat*. Suidas: κελύειν τὸν παῖδα λέγειν ἅττα ἀπὸ γήματος, *iubere, ut puer quaedam recitet*. Ad loquendum proliciebant et prouocabant eum, quo facilius ex aliqua (ut sperabant) minus cauta responsione eius, ei possent accusationem struere.

CAP. XII.

I. **Ε**ν οἷς ἐπισυναχθεῖσιν τῶν μυριάδων τῷ ὄχλῳ) *Inter ea dum multitudo innumerabilis aceruatim congregatur*. Nam ἐν οἷς denotat: *inter ea quae dum gererentur*; et de ingente numero Graeci usurpant eum, quibus decem millia indicantur, quae

quae sunt *μυρία*, et copia ipsa *μυριάς*. Ad sequentia uide annotata ad Matth. X, 26. sqq. Multa diuersi temporis dicta in unum congeffit *Lucas*, quorum cohaerentiam texere nihil necesse est. Sunt enim uelut Aphorismi.

13. διδάσκαλε) Credibile est, Iudaeos solitos ad fugienda litium sufflamina, arbitros sumere eos, quorum sapientia et aequitas erat perspecta, ac praesertim discipulos libenter stetiisse arbitrio magistrorum. *μερίσασθαι μετ' ἐμῶ τῆν κληρονομίαν*) Ne plus iusta parte detineat, et ut diuisionem admittat aequis conditionibus.

14. δικασῆν ἢ μερισῆν) *iudicem aut partitorem*. Non tantum negat, se iudicem esse, sed nec arbiter esse cupit. Arbitrum Graeci *διαιτητῆν* uocant, sed *μερισῆς* recte dicitur, qui familiae herciscundae, aut communi diuidundo, aut finibus regundis arbiter sumitur. Et quidem Iesum nullo iure obligatum fuisse, ut onus tale susciperet, satis est manifestum. Neque enim aut a Deo aut ab hominibus erat in id constitutus; et exiguum illi restabat uitae tempus, quod sane impendendum erat rebus melioribus et toti humano generi profuturis.

15. φυλάσσετε ἀπὸ τῆς πλεονεξίας) *Cauete ab auaritia*. *πλεονεξία* hic ut alibi dicitur, non ἡ ἀδικία, ut quibusdam placet, sed ipsum illud habendi studium, cuius species est cupiditas pecuniae. Cohaerent haec cum antecedentibus, ut doceamur, ueram litis inter fratres causam fuisse utriusque desiderium plura habendi. *ὅτι ἕκ ἐν τῷ περισσεύειν τιπὶ ἢ ζωῇ αὐτοῦ ἔστιν ἕκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῦ*) *Si quis opibus abundat, felicitas eius non pendet a (sola) multarum diuitiarum*

possessione, sed a legitimo earum usu. 'Οὐκ ἐστὶν ἐκ etc. i. e. non pendet ab etc. Alias ἐν, ut 1 Maccab. III, 18. 'Οὐκ ἐν πληθει δυνάμεως νίκη πολέμου ἐστίν. Ζωὴ h. l. ut saepe, est felicitas, beatitudo. Possunt etiam explicari haec uerba: Vita non pendet a pecuniis, et quidem sic, ut quis iis abundare debeat. Quaedam habere ad uitam plerumque sufficit, et sufficere debet.

16. ἀνθρώπου — ἡ χώρα) *Homini cuiusdam diuitis ager fructus uberes protulerat.* 'Ευφορία, frugum ubertas, ut contra ἀφορία, sterilitas. Per χώραν ager, campus intelligitur. Ita apud Dionys. Halic. et Iosephum haud raro, ut Kypke ad h. l. docet.

17. ἐκ ἔχω πᾶ συνάξω τὰς καρπὺς μῶ;) Videtur πᾶ dictum pro ποῖ, quo, quod non est inusitatum Scriptoribus optimis. Interim, ubi significatio *in loco* et *in locum* ualet, utrumque poni potest, sicut apud Latinos *ubi* et *quo*.

18. πάντα τὰ γενήματα μῶ, καὶ τὰ ἀγαθὰ μῶ) *Omnes proventus agrorum meorum, et fruges.* Nam γέννημα est καρπός, inquit Phrynichus, et ἀγαθὰ similiter h. l. sunt uarii generis fruges.

19. ἐρῶ τῇ ψυχῇ μῶ) Tunc, inquit, fruar partis, quum horrea auxero: at id facere iam licebat. ἔχεις — πολλὰ) *Habes multas fruges repositas in multos annos.* 'Αγαθὰ in genere sunt *opes, facultates*; in specie uero, ut hic *fruges, fructus*, quos terra profert. Κεῖμενα, pro ἀποκείμενα. 'Εἰς ἔτη πολλὰ est idem, quod Seneca epist. 99. uocat, *opes late disponere*. Idem epist. 20. *Nos corpus putre sortiti nihilominus aeternam proponimus, et in quantum potest aetas humana*

humana proiendi, tantum spe occupamus. ἀναπαύει) *Quiesce, oriare.* Sentit ex ipso sollicitudinum cruciatu, quam dulcis sit quies, quam praestare sibi non potest. ἐνφραίνω) *Animo sis laeto atque hilari.* Haec uox hoc quidem loco ad alias omnes uoluptates referenda uidetur, quae sunt extra esum potumque.

20. εἶτα δὲ αὐτῷ ὁ Θεός) non reuelando, sed decernendo. Decretum autem per Apostrophen significanter admodum enuntiatur. ἀπαύρει) Personale, pro impersonali, aut actiuum pro passiuo: *reposcetur anima tua.* Translatio est a rebus mutuum datis, uel commodatis sumta.

21. ἕτως — καὶ μὴ εἰς Θεὸν πλετῶν) ὅπως. *supple, ἕτως.* Ita erit, i. e. ita fiet, aut continget illi. Πλετῶν autem h. l. uidetur idem esse quod θησαυρίζειν, ac proinde εἰς Θεὸν idem, quod παρὰ Θεῷ. Sic illis euenit, qui sibi opes accumulunt, ac non laborant, ut apud Deum opes repositas habeant, opera scilicet misericordiae, quae θησαυρὸς ἐν ἑδανῷ alibi uocat Christus Matth. VI, 20. *Locuples respectu Dei est, qui cogitat, diuina potius et aeternum duratura bona colligenda esse, quam humana et caduca.*

23. Ad hoc et sequentia commata uid. notata ad Matth. VI, 25. sqq.

24. τὰς κέρανας) Quum uolucres in genere nominauerit *Matthaeus*, c. VI, 26. non frustra est, quod Lucas *cornos* specialiter expressit. Nam circa cornuorum pullos specialem Dei curam etiam *Iobus* et *Psalmodographus* praedicant. *Aristoteles* non uno loco notat, pullos cornuorum a suis parentibus nido expelli; et *Plinius* in naturali historia dicit, cor-

uos obliuiofos esse, et plerumque minime ad nidos suos reuertit: sed quadam ratione naturae haec congerunt ad suos nidos, quae uermes possint creare, ex quibus relictī eorum pulli aluntur interdum.

29. μὴ μετεωρίζεσθε) *Ne pendete animi, ne distrahimini cogitationibus*, ut uertit Syrus. Μετεωρίζεσθαι dicuntur, qui animo ob curam futuri uictus anxio, diuinaeque prouidentiae diffuso, fluctuant, neque spe in diuinam prouidentiam collocata firmati sunt: metaphora haud dubie petita a nauibus, quae μετεωρίζεσθαι, i. e. *in alto maris aestu hinc illic agitari* dicuntur. Hoc sensu μετώρος haud raro occurrit apud Iosephum, e. g. Antiquitt. L. VIII, c. 8, §. 2. de populo anxie expectante, quid responsi ab Roboamo laturo sint: μετώρος τὸ λαὸν παντὸς ὄντος, uniuerso populo expectatione suspenso. Cf. Loesner. et Krebs. ad h. l.

32. τὸ μικρὸν ποιμνιον) Omnes ecs affatur, qui disciplinae suae serio se tradiderant, aut tradituri essent, quos gregem uocat, ut Deum peculiari modo suum esse pastorem meminerint. Pf. XXIII, 1. *Paruum* autem gregem, i. e. contemptum, pauperem, ignobilem, minime munitum iis praesidiis, quibus ceteri confidunt. Ita optime haec consolatio cum sermone priori cohaeret. εὐδόκησεν ὁ πατήρ ὑμῶν δῶναι ὑμῖν τὴν βασιλείαν) *Visum est patri uestro, dare uobis regnum illud*; sc. aeternum illud regnum. *Regnum* autem ponitur pro bonis, quae parata sunt ciuibus regni Messiani s. Christianis, in hac et in futura uita, nempe cognitio Dei rerumque diuinarum, animi tranquillitas, spes laeta, et ipsa post mortem corporis felicitas aeterna. Deus, qui uobis tanta bona largiri decreuit, corpus etiam et alimenta cura-

curabit. Ἐυδόκησε, quum Infinitiuo iungitur, nihil aliud est, quam: *uisum est illi*. Beneuolentiae significatio ex rei natura, non ex uī uocis locum hic habet. Quum haereditatem aeternam (inquit) destinauerit uobis, quanto magis breuis aeni istius subsidii uos instruet?

33. πωλήσατε τὰ ὑπάρχοντα ὑμῶν, καὶ δότε ἐλεημοσύνην) Sensus est: Potius quam immisericordes sitis in egenos, ipsa rerum corpora diuendite, tantum abest, ut, quicquid de fructibus redundat, illis inuideatis, quemadmodum fecit diues ille, paullo ante memoratus. Nam hoc praeceptum non ad uerbum et litteras intelligendum esse, res ipsa docet. Ponitur exemplum: *uendere bona et aliis dare*. Hoc in aliis linguis est spernere diuitias et res terrenas. Spernit autem diuitias, qui iis non nimium est deditus, sed iis carere adeo potest propter alienam utilitatem. Ergo hortatur Christus, ut animum a bonis terrenis abducamus, ob rerum meliorum studium. Hanc esse Christi mentem discimus e u. 34. βαλάντια) Idem significant βαλάντια, quod θησαυροί, nisi quod θησαυροί sint maioris quantitatis aut pretii, βαλάντια minoris.

35. ἕζωσαν — δι λύχνοι καίβμενοι) i. e. ut infra com. 40. γίνεσθε ἑτοιμοί. qui enim prompti paratique sunt, habent lumbos praecinctos. Pertinent haec uerba ad eam similitudinem, quae in sequenti commate explicatur. Nam qui dominum expectant, et ad ministerium obeundum aste cincti esse debent, et, si nox est, lumina habere parata, ne quid in mora sit, quum dominus aduenerit. Non tantum militum et iter facientium, sed et ministrantium est περιζῆσαι τῆς βεφύας, ut u. 37. Ioan. XIII, 4. Hora-

tius: Puer alte cinctus. Praecinēti recte pueri comit- que ministrent.

36. πότε ἀναλύσει ἐν τῶν γάμων) *Dum recipiat se ex con- iuiuiu nuptiarum.* Recte et usui loquendi optimorum Scripto- rum conuenienter Lucas τὸ ἀναλύειν *de discessu ex conuiuiu* usurpauit. Sic *Aelianus* Var. Hist. Lib. IV, c. 23. ἐκ συμ- ποσῆς ἀνέλυσαν. Et *Ioseph.* Lib. VI. Antiq. c. 4. §. 1. item Lib. XI, c. 3. §. 2.

37. περιζώσεται) *Praecinet se, seu succingetur,* quod fit ab iis, qui ad ministrandum sese parant. Graeci interdum utuntur futuris mediae flexionis in significatione pas- siua; sed potest hic etiam elliptice intelligi, ut *tum pro- ra auertit.* ἀνακλινεῖ αὐτῶς) *discumbere faciet eos;* pro ἀνακλινεῖν ποιήσει αὐτῶς. Vt Saturnalibus Romae fiebat. Sen- sus est: Honorem illis habebit nouum atque insolitum. Neque ultra premendae partes comparisonis. παρελθὼν) *accedens propius.*

38. καὶ ἔυρη ἤτω) Sc. ποιῶντα uigilantem nempe. Sic infra XXII, 26. ὑμεῖς δὲ ἔχ ἤτως.

40. ὅτι — ἔρχεται) *Nam potest Messias uenire tempore, quo non putatis eum uenturum esse.* Potest inopinato aliquid per Messiam euenire, per quod uita uestra facile finiri poterit. Dicuntur haec de tempore, quo Palaestina et Hierosolyma uastata sunt, ut apparet e Matth. XXIV. et Marc. XIII.

41. πρὸς ἡμᾶς τὴν παραβολὴν λέγεις, ἢ πρὸς πάντας;) [Cla- rum inde est et perspicuum, Iesum saepe seorsim cum Apo- stolis

stolis collocutum, praecipuas illis doctrinae suae et muneris partes exposuisse, et mandata dedisse. Pertinuit autem prior fabula ad omnes. Quae nunc adiungitur, altera, pastores atque doctores proprie tangit.

42. τίς ἄρα ἐστὶν κ. τ. λ.) ὑποθετικῶν, ut aliquoties monuimus, quasi dicat: Si quis seruus constituatur dispensator familiae, felix erit, si munus suum recte obeat. Futurum κατασχῆσι est uice Aoristi κατέσχες. Θεραπείας, i. e. τῶν θεραπεύοντων. τῆ — τὸ σιτομέτριον) *Demensum*, singulis mensibus destinatam mensuram frumenti. Ἐν καιρῷ, in tempore debito, opportuno. Cf. notata ad Matth. XXIV, 45. sqq.

47. ἐκεῖνος δὲ ὁ δῆλος ὁ γινῶς τὸ θῆλημα) Plectentur et Idiotae et praepositi ecclesiarum, ni officium suum fecerint: sed hi plectentur grauius, ut quibus communiter maior atque exactior data sit scientia eorum, quae ad salutem pertinent. μὴ ἐτοιμάσας) Supple πρὸς τὸ ποιεῖν. δαρήσεται πολλὰς) *caedet* multis (plagis). Sic *Aristophanes* Nubibus: τυπτόμενος πολλὰς. Et *Demosthenes* de falsa legatione: ξαίνει κατὰ τῆ νότῃ πολλὰς.

48. μὴ γινῶς) Tarditate ingenii, aut doctorum negligentia, aut alia graui de causa, modo ne studio quaesita sit ignorantia. ὃ παρέθεντο πολλὸν, περισσότερον ἀιτήσασιν αὐτὸν) Personale pro Impersonali. Sensus est: Cui commendatum est multum, in usus scilicet alienos, plus ab eo reposcetur, quam ab eo, qui munus commendatum accepit.

49. τῦρ ἤλθον βαλεῖν εἰς τὴν γῆν, καὶ τί θέλω, εἰ ἤδη ἀνήφθη) *Adueni ut ignem immittam terris, et, o quam uelim, ut iam accensus sit?* Τί, hebr. ἵδ) saepissime est *quam, quan-*

topere, ut Pf. VIII, 1. Quod ad sensum huius loci attinet cf. Matth. X, 34. sqq. *Incendium imittere in terram* h. l. est excitare magnam dissensionem, ut patet ex u. 51. sq. Praedicat Iesus euentum quem doctrina eius sit habitura. Dum enim ea propagabatur, turbae multae sunt excitatae. Interfecti sunt sectatores Christi; accusauit alter alterum; domo opibusque alter alterum eiecit etc. Igitur referenda haec sunt ad bella et dissidia tunc orta in Palaestina et orbe Romano propter doctrinam Christi, quam Iudaei et Ethnici opprimere conabantur. Addit Iesus: *Quam uelim ut iam accensus esset hic ignis!* ut iam initium factum esset istorum motuum et propagationis doctrinae meae!

50. Βάπτισμα — τελεσθῆ) Sensus est: *Sed debeo antea grauissimis calamitatibus immergi, et o quam sollicitus sum usque dum finitae fuerint!* Βάπτισμα est immersio. Immergi autem tropice est calamitatibus immergi, magno calamitatum onere premi. Vid. Matth. XX, 22. πῶς σὺν ἔχομαι; *quantopere angor animi!* quam sollicitus sum! ἕως ἢ τελεσθῆ, *usque dum finitae fuerint istae calamitates.* Ex his perspicimus, u. 40. intelligi opus propagationis religionis, quod cum summis calamitatibus, immo cum mortis periculo coniunctum erat.

54. Ad hoc et sequentia commata cf. dicta ad Matth. XVI, 1. sq.

57. τί δὲ καὶ ἀφ' ἑαυτῶν ἢ κρίνετε τὸ δίκαιον;) *Cur autem et per uos ipsos non diiudicatis, quod iustum est?* Non opus est, a coelo aut terra peti argumenta. A uobis ipsis

ipsis exemplum sumite. Neque enim tam stulti estis, ut in iudicio contendere uelitis cum eo, qui certam habeat actionem nulla exceptione elidendam. Quod si talem creditorem placandum uobis censetis, quid cessatis cum ipso Deo transigere, dum licet, dum aequas condiciones ipse offert?

58. ὁδὸς ἐργασίαν ἀπηλλάχθαι ἀπ' αὐτοῦ) *Da operam ut libereis, dimittaris ab eo*; i. e. ut, antequam iudicis experiaris sententiam, quocumque modo cum aduersario transigas, et isto placato, ab omnibus litibus et litium causis liberatus discedas. In uerbis ὁδὸς ἐργασίαν, *da operam*, est Latinitas; ἀπαλλάττεσθαι ἀπὸ τινος est, *ab aliquo, a quo periculum imminet, liberari*. Sic *Ioseph. Antiquitt.*, l. V, c. 2. §. 8. πραγμάτων ἀπηλλάχθαι, *rebus difficilibus, s. periculo liberari*. τῷ πράκτορι) *πράκτωρ minister magistratus* dicitur, ἀπὸ τῆς ἀναπράξαι δίκας uel τιμωρίαν, quae formae dicendi apud Philonem aliquoties occurrunt. *πράκτορες αἵματος, ultores caedis, exaltiores poenae ob caedem factam* dixit Aeschylus in *Eumen.* u. 320.

CAP. XIII.

I. Ἀπαγγέλλοντες) *Vt rem nouam, quae tum forte acciderat, περὶ τῶν Γαλιλαίων*) Quae hic de Galilaeis narrantur, non in Galilaea, sed Hierosolymis acta sunt, quo Galilaei sacrificandi causa ueniebant, paschate praesertim. ὣν τὸ αἶμα Πιλάτος ἔμειε μετὰ τῶν θυσιῶν αὐτῶν) *Quos Pilatus occidi iussit inter sacrificandum*. Sic Philo de *Spec. Legg.* rationem redditurus cur Deus homicidam, qui ad aram confugisset, nec ad supplicium dari, nec ibi statim interfici uoluerit, ait:

αἵματι

αἵματι γὰρ ἀνδροφόνου αἷμα θύσιων ἀνακραθήσεται, *fit enim uictimarum sanguis misceretur cum homicidarum sanguine.* E quo loco intelligitur μετὰ τῶν θύσιων dictum esse pro μετὰ τῆς αἵματος τῶν θύσιων, fere ut apud Horatium L. I. Od. I, 23. *lituo tubae permistus sonitus*, i. e. sono litui. *Iosephus* quidem Galilaeorum in templo a Pilato caesorum non meminit; at ea habet, quae huic narrationi fidem faciunt, dum docet, Galilaeos prae ceteris homines fuisse seditiosos, et Iudaeis solenne fuisse occasione festorum tumultuari, idque in ipso templo. Ideo Herodes arcem Antoniam extruxit, et praefidio militari muniuit. Antiq. XV. c. XI. §. 4. XVII, 9. 3.

2. παρὰ πάντας τὸς Γαλιλαίους) *Prae omnibus Galilaeis.* Subaud. ἄλλους, uel λοιπὸς. Solent quidem magnae calamitates poenae esse peccatorum, quanquam nec id esse perpetuum, Christus coeci exemplo nos docuit; sed uulgus plerumque ulterius indicandi sibi sumit audaciam, ut illos ceteris flagitiosiores putet, quibus cum peius agitur; quam crudelem temeritatem Christus hic reprehendit.

3. πάντες ὡσαύτως ἀπολείθε) *Similiter peribitis.* In his uerbis non est uaticinium, sed admonitio. Fieri potest, inquit Christus, ut uos simili modo pereatis. Quodsi uero tales aduersos casus effugeritis, uestrum est, ut uitam emendetis. Sic etiam u. 5.

4. ὁ πύργος ἐν τῷ Σιλωάμ) *Turris iuxta Siloam.* Est autem *Siloam* nomen fontis Hierosolymis ad portam probaticam. Quum masculino nomine ὁ Σιλωάμ dicitur, uidetur χειμαρρὸς subaudiri. Iugem certe aquam fuisse, negat *Hieronymus*

πυμυ in Ief. VIII, 6. *δφειλέται* — *ιερωσαλήμ*) *Scel-
stiores fuisse omnibus Hierosolymitanis?* Verba *δφείλημα* et
δφειλέτης ad peccata et scelera hominum transferri solent.
Matth. VI, 12.

6. *συκήν*) Solebant Veteres in uineis arbores, praesertim
ficus plantare, ut circa eas uoluerentur uineae.

7. *τρία ἔτη*) Nam ficus, quae frugiferae sunt, fructum
longius non differunt. Qui haec ad tres annos, quibus
Christus docuerit, referunt, parum attendere uidentur, quod
sequitur de anno expectando. Neque enim Deus post Chri-
sti triennium poenas Iudaeorum in unum, sed in quadra-
ginta annos distulit. *τὴν γῆν καταργεῖ*) *otiosa occupat so-
lum*, uel efficit sterile solum sua in parte. Nam ut *ἐνεργεῖν*
operari, seu elaborare est, sic *καταργεῖν*, *καταργεῖν* frequenter
notat *inutile* et *otiosum* aliquid reddere uel relinquere.

8. *κύρις* — *ἔτος*) Seneca epist. 81. *Et post malam
segetem serendum est: saepe quicquid perierat assidua infe-
licis soli sterilitate, unius anni restituit ubertas.* ἕως ἔτι
σκάψω περὶ αὐτὴν) *donec eam ablaqueauero.* Philo de Charit.
coniungit *γρῶν τε καὶ περισκάπτειν*, quod proprium est
uerbum in ablaqueatione arborum. Fit autem, ne quid sub-
olescat, quod arboris incremento noceat.

9. *κἄν μὲν ποιήσῃ καρπὸν*) Supple: *καλῶς ἔχει.* *Siquidem
fructum tulerit*, bene erit; remanebit scilicet, et conseruabi-
tur. Est oratio elliptica, qua forma Attici uarie sunt usi,
ut Thucydides L. III. *καὶ εἰ μὲν συμβῆ ἢ πείρα, ac siquidem
sucefferit conatus.* Deest: ita scilicet res fuerit confecta.
Non omnes huius parabolae partes sunt applicandae, nec
quae-

quaerendum, quis sit dominus, fides quid significet etc. Docetur hoc: Deum pro longanimitate sua ferre homines, nec illico eos punire, sed expectare, an fortasse ad meliorem mentem redeant. Iis uero, qui non emendent uitam, eo grauiores imminere poenas. Interim non quemlibet casum aduersum habendum esse pro poena.

10. 11. πνεῦμα ἔχουσα ἀσθενείας) Quum infra aperte dicitur, a Satana immissum hoc malum, ita debet intelligi, quomodo πνεῦμα ἄλαλον dixit Marcus IX, 17. daemonium, quod loquendi facultatem impediret. ἢν συγκύπτουσα) Corpore erat incuruata, ita ut cernua appareret, corpore ad pectus inclinato. καὶ μὴ — παντελής) Sensus est, aegrotam hanc quodammodo quidem; sed non in totum, non penitus caput et corpus erigere potuisse. Ἀνακύπτειν, se erigere, caput et corpus attollere. Ἐἰς τὸ παντελής prorsus, omnino, in totum.

16. τάντην — σαββάτου;) Adhibentur quidem uerba *LIGANDI* et *SOLUENDI*, ubi de *contractione* sermo est, etiam a Profanis; *ligari* enim medicis membrum dicitur, quod *contrahitur*; *solui* uero, quod a *contractione* liberatur. Sed h. l. eleganter opponuntur *solutio*, i. e. liberatio hominis a morbo, solutioni pecudis comm. 15. Nec contentus Iesus hominem pecudi opponere, quod satis fuerat, adiiicit filiam *Abrahami*, quod nomen apud illos in maximo fuit pretio.

18 — 22. Vid. Marc. IV, 31. sqq.

23. εἰ ὀλίγοι δὲ σωζόμενοι) Solet Christus curiosas quaestiones sine responso reiicere, ut hic et Act. I, 7.

24. ἀγωνίζεσθε εἰσελθεῖν) Hoc uerbo summum in aliqua re perficienda studium denotatur, et proprie de pugnantibus dicitur. Sic Philo de Legat. ad Caium, de se aliisque ad defendendam disciplinae Iudaicae causam ad Caium missis: μεταπεμφθέντες ἀγωνίσασθαι τὸν περὶ τῆς πολιτείας ἀγῶνα, uocati ad reipublicae causam summa contentione propugnandam. Cf. Matth. VII, 13. Sensus nostri loci est: *Contendite, ut cum paucis illis seruemini*; neque solliciti fitis, multi an pauci seruentur. ὅτι πολλοὶ — ἰσχύουσιν) *Multi enim intromitti (per angustam illam portam) postulabunt, nec tamen poterunt.* Illud ζητήουσιν εἰσελθεῖν, non potest esse: *operam dabunt ut consequantur felicitatem aeternam*; qui enim serio operam dat saluti suae aeternae, is certo eam accipiet. Ex illustratione huius propositionis (comm. 25. f.) facile intelligitur, eos qui ζητήουσιν εἰσελθεῖν esse homines, qui in hac uita fuerunt flagitiosi, et nihilominus illo die extremi iudicii ad coelestia gaudia admitti postulabunt. Hi non poterunt intromitti, quia Dominus flagitiosos admittere nolet.

25. ἂφ' ἑ — πόθεν εἰς) In uerbo ἀποκλείσθαι est metonymia. Proprie enim κλείεσθαι dicuntur αἱ θύραι, ἀποκλείεσθαι autem homines. Ἄρξασθε est pleonasmus. Quemadmodum Paterfamilias a conuiuio excludit inuitatos, nisi in tempore aduenerint, ita Christus eos, qui uirtutis studium in hac uita neglexerint, in illo die excludet a coelestis gaudii participatione.

26. ἐφαγομεν ἐνώπιον σου, καὶ ἐπίομεν) i. e. admodum familiariter tecum uiximus; nam φαγεῖν ἐνώπιον τινὸς dicuntur, qui una cum eo cibum sumunt, ut infra c. XXIV, 43. Popularis

pularis loquendi modus. Qui enim euanidam et intermortuam uident sui memoriam, antiquae familiaritatis nota aliquam suscitare experiuntur. Praecipue autem labenti aliorum memoriae quasi fulcrum supponi solet unius eiusdemque mentis communionis commemoratio.

28 — 30. Vid. Matth. VIII, 11. XX, 16.

31. προσήλθον τινες Φαρισαῖοι) Qui in Galilaea aut Peraea uiuebant; nam eo pertinet, quod dicunt ἐν τοῦθ' ἐν, neque etiam extra eas regiones ius ullum erat Herodi. ὅτι Ἡρώδης θέλει σε ἀποκτείνει) Ex responso Christi datur intelligi, non sponte uenisse hos Phariseos, neque proprio consilio, sed instinctu Herodis: ideo Herodi responsum nuntiari iubet Christus. Videtur autem pro uasritie sua hoc fecisse Herodes, ut quem interimere metuebat, ne populum denuo offenderet, eundem tamen iniecto metu arceret finibus suis.

32. τῆ ἀλώπεκι) Prouerbii figura sic uocat *fraudulentum insidiatorem*, sicut dicitur homo homini lupus, et similia. Accurate ingenium Herodis depingitur: Hic enim, ut plerique eius temporis principes et praesides, mores ad exemplum Tiberii imperatoris, qui nullam ex uirtutibus suis magis quam dissimulationem diligebat, composuit. Tunc autem erat annoſa uulpes, quum iam XXX annos principatum gessisset, et diuersissimas personas egisset; personam serui apud Tiberium, domini apud Galilaeos, amici Seiano, Artabano, fratribus suis Archelao, Philippo, Herodi alteri, quorum studia erant diuersissima et inter se et a studiis Herodis ipsius. ἐμβάλλω δαιμόνια — αὔριον) Nihil ago, quod in crimen uocari debeat; noceo nemini; regionem ipsius morbis

morbis et daemoniis purgo; quid ergo est, quod mortem mihi minatur; Σήμερον καὶ ἄυριον, i. e. *breue tempus*. καὶ τῆ τρίτῃ τελειῶμαι) *Et paullo post finio*. Τῆ τρίτῃ, sc. ἡμέρα, per σχῆσιν Atticam, *paullo post*, ut Hof. VI, 2. Τελεῖσθαι intelligi potest et de fine miraculorum et doctrinae, et de fine uitae, quo posteriori sensu apud Graecos Patres est pro: martyrio consummari; et Hesychio τέλειος ἡμέρα est ἡ ὑσάτη, καὶ τὸν βίον τελειῶσα.

33. πλὴν — πορεύεσθαι) Post ἄυριον addunt ἐργάζεσθε uersio Syr. Arab. et Perf. Tunc sensus erit: *Oportet me breue tempus operari, et paullo post abire*, i. e. migrare e uita. Si recepta lectio uera est, uox ἐχομένη de locis uicinis intelligenda est, ut Marc. I, 38. ut sensus sit: *Oportet me igitur hodie et cras*, i. e. per breue adhuc tempus *etiam in uicina regione obambulare*. Christus, quum haec loqueretur in Peraea fuisse uidetur, Matth. XIX, 1. et Marc. X, 1. Dicit igitur, debere se, quum tempus aliquod uitae suae et actionum adhuc supersit, etiam in uicina regione quae Herodī parebat, obambulare, neque quicquam inde periculi timendum esse. Haec interpretatio bene respondet sequentibus, quae sic cohaerent: quoniam Prophetam extra Hierosolymam perire non conuenit; satis tutus in regione uicina possum obambulare. ἐκ ἐνδέχεται) *Non licet, non conuenit, fieri non potest*, non usu uenit, uel contingit. Subintelligitur χροῖμα, ut sit, χροῖμα ἐνδέχεται, res uel usus admittit, capit. Nihil poterat acrius dici in Hierosolymitanum synedrium. Sanctum illud tribunal thronus est omnis iniustitiae; uenerandi illi iudices infontem damnant, non secus ac si officium facerent, atque ad id essent constituti.

34. Vid. Matth. XXIII, 37. Sed ea, quae Lucas hic refert, alio tempore et loco dicta sunt, non in templo Hierosolymitano, ut patet ex u. 35.

35. δ ὄκος ὑμῶν) Hic non intelligi potest templum; Iesus enim in itinere erat constitutus, quum haec diceret. Est igitur *domus* h. l. *commoratio*. Vestra commoratio, inquit Christus, deferetur et uacua stabit. εἰ μή με ἴδητε — κερβί) Intelligit tempus, quo solemniter Hierosolyma ingressus est. Erat tum tempus Paschale, quo omnes Iudaei Hierosolyma proficiscebantur. Ergo rursus uidebant Iesum, et acclamabant ei, ingressuro in urbem: *Hosianna* etc.

CAP. XIV.

I. Εἰς οἶκόν τινος τῶν ἀρχόντων τῶν Φαρισαίων) *In domum cuiusdam affessoris Synedrii, ex Pharisaeorum numero*. Graecos Genitiuos ita accipi solere, nemo nescit. Cf. Ioann. III, 1. Alii interpretantur: *Pharisaeorum principes*, i. e. primarios, qui potius πρώτοι Φαρισαίων dicerentur, quam ἀρχοντες. Φαγεῖν ἄρτον) Phrasi hebraica. *Ad cibum capiendum*. καὶ αὐτοὶ ἦσαν παρατηρέμενοι αὐτὸν) *ut illi (qui eidem conuiuio intererant, Pharisei et legisperiti) obseruarent eum*. Καὶ hebraeo more pro *ut* positum, et sequens Indicatiuus latine per Subiunctiuum reddendus. Obseruabant autem, numquid facturus esset alienum a ritibus ad sabbatum pertinentibus, quos magistrorum auctoritas et usus introduxerat.

2. ὑδρωπικὸς) *Hydrope laborans*, i. e. humoris crudi abundante et sese effundente copia, quam aquam intercutem

Latini

Latini uocant, Graeci ὕδρωπα et ὕδερρον, et hoc morbo laborantes ὕδρωπιῶντας et ὕδερῶντας.

3. εἰ ἐξεσι τῷ σαββάτῳ θεραπεύειν) Iuris controuerſi quaestionem proponit, sicut inter ipsos fieri consueuerat.

4. οἱ δὲ ἡσύχασαν) *quieuerunt*, i. e. *ſiluerunt*. Erant enim dissentientes auctores; sed receptior sententia habebat, non licere sabbato facere medicinam, nisi mortis periculum ex dilatione immineret. ἐπιλαβόμενος) *attrectans* eum. Quo facto ostendebat, a se proficiſci uim sanandi, eademque opera quaestionem motam definiebat.

5. καὶ ἐκ — σαββάτου;) i. e. καίπερ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῷ σαββάτῳ. Facit procul dubio, inquit, posthabito Sabbati respectu. Si bestiis adeo festinam curam impendere permissum, quanto minus periclitantibus hominibus est subtrahenda?

7. παραβολὴν) Ita appellat sequentem admonitionem, quia exemplo rei coniuualis ostendit, quid in omni uita, neque coram hominibus tantum, sed et coram Deo nobis fit faciendum. Maluit Dominus oblique in conuiuio admonere conuiuas, quam coenam aperta obiurgatione insuauem reddere. ἐπέχων) i. e. προσέχων ἴσ. τὴν γνώμην ἢ τὸν νῦν attendens animum, i. e. *animaduertens*.

8. εἰς γάμους) *Ad conuiuium nuptiale*, ut supra XII, 36. et Ioan. II, 1. uel, si laxius accipere libuerit, ad conuiuium quoduis, quae indefinita uox fortasse hac sub specie denotatur, quia solent eiusmodi epulae lautiores esse. Ἐντιμότερος) h. l. significare potest, aut eum qui reapse, aut qui apud Dominum conuiuui honoratior est.

9. καὶ τότε — κατέχειν) Μετ' ἀισχύνης dixit, respiciens ingenia quamplurimorum hominum, qui non minimam suam putant in ea re existimationem agi, quum reipsa tamen illius subit detrimentum nullum. Vana autem istis temporibus inter Iudaeos obtinuisse circa loci praerogatiuam studia, praeter alia probant loca Matth. XX, 21. XXIII, 6.

12. πλοσίς) Referenda haec uox ad omnia ea, quae praecefferunt, φίλος, ἀδελφός, συγγενής, γείτονας. Neque tamen prohibet *Christus* mutua inter diuites amicitiae testimonia; sed opera misericordiae multo praefert, ut quae sine spe humanae uicis Dei causa praestantur. Intelligendus enim hic locus, ut alii multi, per comparationem. μήποτε) i. e. ne, si hoc facere contenti sitis, merces uestra hic uobis fit persoluta.

13. κάλει πτωχός, ἀναπήρης) Πτωχός ad sequentia omnia referendum est, siue illi mutili siue claudi, siue coeci, a quibus, ut mali ominis hominibus, multi abhorrent. Ἀνάπηροι, mutili, manci, qui aliqua corporis parte laesi, uel proprio membrorum quorundam usu destituti sunt, e. g. claudi, coeci, surdi etc.

14. ἐν τῇ ἀνάσσει τῶν δικαίων) Non tempus tantum, sed et modus retributionis significatur. Ἀνάσσεις δικαίων est ἀνάσσεις ζωῆς. Io. V, 24. cui opponitur ἀνάσσεις κρίσεως.

15. μακάριος ὃς φάγεται — τῷ θεῷ) *Beatus*, qui in coelis uera fruatur felicitate; quod alibi sic exprimitur: cum Abrahamo, Isaac et Iacobo mensae accumbere. Sententia crebra apud Rabbinos, ab *Esdrae*, ut credibile est, temporibus

poribus ueniens. Nam inuisibilia imagine uisibilium depingebant. Parabolam ei quae sequitur, similem, uide Math. XXII, 1. sqq.

18. ἤρξαντο ἀπὸ μιᾶς παραιτεῖσθαι) *Et omnes coeperunt uno ore, (uel animo) se excusare.* Ἀπὸ μιᾶς. sc. φωνῆς, uel γνώμης, siue ἀπὸ μιᾶς παραιτήσεως, pariter coeperunt se excusare. Variis quidem modis excusarunt se, in eo tamen omnes quasi de compacto conuenere, ut se excusatum irent. κερὸν ἡγόρασα) *Agrum emi;* sed sub conditione, si talem reperero, qualis esse dicitur. Agrum mercaturo eum saepius reuiscendum esse, ex Catone I, 1. 4. scribit Columella. *Nam prima (inquit) inspektione neque uitia neque uirtutes abditas ostendit: quae mox retrahantibus facilius apparent.* ἔχω με παρητημένον) *Habe me excusatum, s. habe me eum, qui inuitationem ad coenam deprecatus est.* Latinismus.

20. εἰ δύναμαι εἰσεῖν) Idem dicit, quod alii, sed rusticius. Ita eorum, qui sermonem salutis respuunt, alii uideri uolunt aliis comiores.

21. εἰς τὰς πλατείας) sc. ὁδοῦς. Nam in his sedere solebant, qui nitio corporis semet sustentare non poterant. τὸς πτωχοῦς) Pharisei et scribae et alii honoratoris conditionis homines contemnebant inuitationem ad felicitatem, quam Deus per Messiam offerebat. Inuitati sunt igitur contemptae fortis, piscatores, publicani, imo et foeminae uitae antea impurioris. Intelligendum autem ἐπὶ τὸ πᾶσι, non quod omnes Iudaeorum, qui in Christum crediderunt, tales fuerint, sed plerique, aut ob rude ingenium, aut ob uitam priorem despecti.

23. εἰς τὰς ὁδοὺς καὶ Φραγμῶς) *ad uias et sepes*, sc. extra urbem, ad populos extraneos. ἀνάγκασον εἰσελθεῖν) Ἀναγκάζειν ex usu optimi cuiusque Scriptoris, saepe est, uerbis alicui aliquid persuadere, rationibus aliquem permouere. Sic Ioseph. Antiquitt. L. VI. c. 54. §. 3. de Saulo, apud mulierem illam uentriloquam commorante, μόλις εἰσαυτῷ γινόμενον, συνηνάγκασεν ἢ γυνὴ γείσασθαι. Quum aegre ad se rediisset, mulier multis uerbis eum permouit, ut cibum sumeret. Sic paulo post in eadem re est ἰβιάσατο, quod quomodo una cum τῷ συναναγκάζειν intelligendum fit, ipse Iosephus docet, quum, explicandi causa, addidit συνέπεισεν.

24. λέγω — ἐκείνων) Ἐκείνων commote, indignanterque prolatum, ut infra XIX, 27. Continuatur fabula. Testatur Dominus conuiuui, nunquam se posthac illos recufatores ad coenam suam admissurum.

25. ὄχλοι πολλοί) Mali bonis permixti, ut in grandi turba fieri solet, quod occasionem sequenti fermoni praebuit. Vid. notata ad Matth. X, 37.

26. ἔρχεται πρὸς με) Discendi causa. Iudaei profelytis proponebant incommoda, quae legem comitantur: Christus se sectantibus multo maiora. καὶ ἐμισεῖ) μισεῖν, ut Hebraeum נִשְׂטָה h. l. est ἀμελεῖν, minoris aestimare, minus amare, postponere; nam in Matthaeo est: ὁ Φιλῶν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμὲ, c. X, 37. Et res ipsa docet, ita esse intelligendum: nam parentes odisse impium est; semetipsum, impossibile.

28. τίς γὰρ ἐξ ὑμῶν, θέλων πύργον δικοδομῆσαι) In hac comparatione, e quotidiano uitae usu depromta, ut in multis aliis, non sunt refecandae partes singulae, quae ad comparationis ὑποτύπωσιν pertinent; sed id spectandum, quo tendat comparatio. Id autem est hoc loco, aggredienti professionem Christianismi bene expendenda incommoda et pericula quae talem professionem comitari solent. ψηφίζει) *rationes subducit sumtuum*; quod λογίζεσθαι dixere: ψηφίζειν autem, quod olim calculis seu lapillis rationes explicarentur; unde et de summae definitione uerbo θέσθαι et ponere sunt usi. τὰ εἰς ἀπαρτισμὸν) Subaudi ἀναγκαῖα, ἀνήκοντα, aut quid simile. Est autem ἀπαρτισμὸς, *omnium partium iusta absolutio, nihil ut desit. Complementum, quum numeri omnes iuste complentur.*

31. πορευόμενος συμβαλεῖν ἐτέρῳ βασιλεῖ εἰς πόλεμον) *Proficiscens, ut committat proelium aduersus alium regem.* Quum saepissime apud Profanos occurrat συμβαλεῖν εἰς μάχην, non dubitandum est, recte etiam dici συμβαλεῖν εἰς πόλεμον, praefertim quum πόλεμος saepe idem sit, quod μάχη. Et ubi συμβαλεῖν nude pro *configere* positum occurrit, ubique εἰς μάχην, uel πόλεμον subaudiendum uidetur. ἔχθ — βουλεύεται) Καθίξις, dicitur de eo, qui uel secum, uel cum aliis consultat. Βελεύομαι, *cogito, consulto.* ἐρχομένῳ ἐπ' αὐτόν) *Illum inuadere uolenti, expeditionem contra illum facienti.*

33. ἔτως — μαθητῆς) *Ita, qui nou renunciauerit omnibus qui ipsi sunt, non potest esse meus discipulus, i. e. non potest implere officium Christiani.* Vox πᾶσι h. l. neutraliter accipienda est, ita tamen ut emphasis non in uoce ὑπάρχουσιν,

quae pro $\xi\sigma\iota$ posita est, sed in uerbis: τοῖς ἑαυτοῦ lateat, et ea quae ipse sunt, tam de cognatis et amicis, quam reliquis bonis et uitae commodis, imo ipsa hominis uita accipiuntur. Verbum ἀποτάσσεισθαι occurrit apud Iosephum, Philonem, et alios castigatae dictionis scriptores sicut συντάξασθαι ualedicere, apud Charit. II, 1. συνταξάμενος ἀπῆλθεν εἰς ἄγρον. Sentu translato, ut ualedicere Latinorum i. e. negligere, contemnere, renuntiare, abdicare, pro derelictis habere, saepius utitur Philo; e. g. Lib. II. Alleg. τὴ δὲ ἀισθήσει μὲν ἀποτάξασθαι, λόγῳ δὲ ὑποκεῖσθαι τὸ γεγρονός; quid proderat sensui renuntiare, et rationi sese submittere? Non actus hic designatur, sed affectus animi, isthaec omnia infra Christum ducentis, et parati ea amittere, si salua pietate retineri nequeant. Cf. 1 Cor. VII, 29. 30. Ergo hoc uult Christus docere parabolis u. 28-32. prolatis: Quemadmodum is, qui inchoat aedificium, sumtus antea computat, an possit absoluere illud; quemadmodum rex, qui bellum parat aduersus alium regem, numerat exercitum etc. sic etiam is, qui uult me sectari, deliberet ante, possitne deferere familiam et opes; sitne animo tam bene composito, ut religionem ceteris omnibus praeferat etc.

34. καλὸν τὸ ἄλλας) Adagium hoc saepiuscule Christus usurpauit, ut et alia huius seculi. Cf. Matth. V, 13. Sensus est: Sal, dum salis naturam retinet, optimum est; idem si naturam suam exuat, peius gleba et fimo. Ita Christianismi professione nihil excellentius, si uita respondeat; nihil peius, nihil nocentius, si nomini uis absit, quod accidere necesse est aliud agentibus.

35. ἤτε εἰς γῆν, ἤτε εἰς κοπρίαν) i. e. neque per se fructus profert, neque alteri ad fructum prodest. Tales sunt omnes mendosae uitae Christiani, et sibi et aliis inutiles.

CAP. XV.

1. Πάντες ἐι τελῶσαι) Undique ex publicanis aliqui et peccatoribus accedebant ad Iesum, ut eum audirent.

2. Ἔτος ἀμαρτωλῶς προσδέχεται) *Hic flagitiosis hominibus delectatur; gaudet consuetudine flagitiosorum.* Sic Maleach. I, 8. εἰ προσδέχεται σε; *num te probabit?* Vide etiam Ies. XLII, 1. coll. Matth. XII, 18. Hesychius: προσδέχεται, προσποιεῖται, *Suos reddit.*

3. τὴν παραβολὴν ταύτην) Est eadem fabella Matth. XVIII, 11. sqq. sed sine paulo diuerso proposita; ibi, ne in cursu ad pietatem offendamus eos, quos Deus tantopere uult seruatos; hic, ne eos crudeliter auersemur, quorum Deus miseretur.

4. πορεύεται — αὐτὸ) Τὸ ἀπολωλὸς, i. e. τὸ πλανώμενον. Non enim quem penitus amissam intelligi, ex eo patet, quod sequitur: ἕως ἔυρη αὐτὸ. Τὸ ἐπὶ hic notat causam, quam finalem dialectici uocant.

7. ἢ ἐπὶ ἐννενηκονταεπτά δικαίοις) Vfitata est ellipsis comparationis. Hoc enim dicitur: Gaudium existere in coelo ob unius peccatoris conuersionem, magis quam ob XCIX illos iustos, quibus scilicet non est opus de toto uitae genere migrare. Dicitur autem maius gaudium fore, ἀνθρωποπαθῶς, quia insperata, ut prope desperata magis nos afficiunt. Est in his implicata argumentatiuncula a maiore:

Si in coelis datur occasio gaudii, conuertente se peccatore, quo magis in terris id fieri par est, atque decet?

11. Alio exemplo e uita humana ducto probat Christus, recte facere eos, qui homines improbos, ad frugem redeuntes, beneuole excipiunt, adeoque cum illis comedunt. Inprimis autem insignem clementiam Dei, maximis peccatoribus condonantis laudat et commendat.

12. τὸ ἐπιβάλλον μέρος) *Pertinentem ad me partem.* *Glossar.* portio, τὸ ἐπιβάλλον μέρος, *competens*, τὸ ἐπιβάλλον. *Herodot. IV. 115.* ἀπολαχόντες τῶν κτημάτων τὸ ἐπιβάλλον, *suam quisque partem de bonis sortitus.* τῆς οὐσίας) οὐσία, Latinis *bona*, res familiaris, et facultates, quae mox etiam βίῃ nomine indicantur. διέῤῃλεν αὐτοῖς τὸν βίον) Ratione inita partitionem fecit patrimonii. Nam alioqui maior filius partem suam non separans, mansit in familia paterna de paterno uiuens. *Com. 31.*

13. συναγαγῶν ἅπαντα) Vino, frumento, pecudibus, reliquisque quae a patre suo acceperat, in pecuniam uersis. ἀπεδήμησεν — μακρὰν) Μακρὰν hic non ponitur aduerbialiter, ut nonnulli putant; nam adiectiuum μακρὸς iam per se est *diffitus*, longe remotus. In re significata ἀποδημεῖν εἰς χώραν μακρὰν est longe a Dei cultu et uirtutis uia recedere. ζῶν ἀσώτως) *Perdite uiuens* est, qui sua culpa in perniciem ruit, ita tamen, ut ἀσωτος ille κατ' ἐξοχὴν uocetur, qui incontinenter uiuit et prodigialiter.

14. διαπανθίσαντος — ὑπερέσθαι) Quae hic dicuntur de fame, de domino, porcis, filiquis, omnia eo pertinent, ut nobis describant miseriam eorum, qui uitis feruiant.

15. ἐκολληθή) Vt solent nempe, quibus nullum uitae subsidium relictum.

16. ἀπὸ τῶν κερατίων) De *filiquis*; nam κεράτιον est filiqua, i. e. fructus arboris, quem Hebraei כרית, Iudaei hodierni *Bockshorn*, nos *Iohannis-Brod* uocamus, egenorum uictus, eorumque quibus uel uilissima quaeque non suppetunt. Auctores, significationem huius uocis illustrantes, citat *Moldenhauverus* in additamentis ad hunc locum. καὶ ἕδεις ἐδίδου αὐτῶ) Solet hoc referri ad τῶν κερατίων. Nil tamen uetat ἐδίδου absolute sumi. In Colloquiis graecis ueteribus: ἤτησα, καὶ ἕδεις μοι δέδωκεν.

17. εἰς ἑαυτὸν δεῖ ἐλθῶν) *Ad se redire* etiam Latinis dicitur, qui ad bonam mentem redit. Phrasēs huius generis de iis proprie adhibentur, qui animi deliquium passi ad se redeunt et rerum extra se denuo fiunt conscii; transferuntur autem ad animum. Qui nempe ad actiones suas parum attendens in diem uiuit, *extra se* esse dicitur; contra *apud se* esse, qui accuratius res in animo perpendit, qui agit, ut hominem sanae mentis, et qui res rite perpendit, decet. Vid. *Kypke* ad h. 1.

18. ἐρῶ αὐτῶ, πάτερ, ἡμάρτων) Non in aetatem, non in malos consultores culpam reiicit, sed nudam parat sine excusatione confessionem. εἰς τὸν ἕρανθου) *in Deum*; nam ex oppositione subiuncta in uerbis: καὶ ἐνώπιόν σου, satis intelligitur, nomine τοῦ ἕρανθου *Deum* hic indigitari. Ortum suum phrasīs ista habet a Chaldaeo idiomate, ceu patet ex Dan. IV, 23. שְׁמִי שְׁלֹשׁ שָׁמַיָּא. Est autem in hac uoce sic usurpata metonymia, uel Subiecti, uel continentis pro contento,

tento, ut *coelum* significet *eam potestatem, quae in coelo maxime relucet*, aut quae *coelos habitat*. καὶ ἐνώπιόν σου) Videtur et haec phrasis formata iuxta Hebraeam illam: פְּלוֹנִי לְפָנַי אֲנִי, peccare coram aliquo; pro quo Graeci alias dicere solent: ἀμαρτάνειν εἰς τινα, περί τινα, πρὸς τινα.

19. πείσῃον — μισθίων σου) *Tracta me, ut unum mercenariorum tuorum*. Nam ποιεῖν non tantum cum Dativio, sed et cum Accusatiuo significat *tractare*. Sensus est, se nihil eximium aut praeclarum a patre uel petere uel exspectare, sed contemptum fore, si eadem illum cum mercenario forte esse iuberet. Recte qui bona adhuc iuuenis dilapidauerat, mercenarii nomen adsciscit.

20. εἶδεν — ἐσπλαγχνίσθη) i. e. *agnouit eum pater et misericordia motus est*. Verbum εἶδεν non actum tantum uidendi, sed et agnoscendi celeritatem exprimit. Quintilianus in Declamationibus: *Parentum affectus nunquam in tantum uincuntur odio, ut non ad naturam suam reuertantur*. δραμῶν) Festinatio patris, in amplexus filii ruentis, opponitur tarditati et cunctationi filii. Inter omnes Christi parabolas haec sane eximia est, plena affectuum, et pulcherrimis picta coloribus.

22. τὴν σολῆν τὴν πρώτην) *Stolam illam praecipuam; nam ad excellentiam, non ad tempus trahenda est uox πρώτη*, quomodo et Syrus accepit. δακτύλιον) apud Orientis populos dignitatis eximiae signum, Gen. XLI, 42. aut etiam opulentiae, Iac. II, 2.

24. ὕψος — ἐυρήθη) Sensus est: *Hic filius meus antea non amplius in uiuis esse credebatur, iam uero illum uiuere*

uere scio. Sic etiam Profani. Achilles Tattius L. VII. μή γὰρ ἔ πολλάκις τέθνηκεν; μή γὰρ ἔ πολλάκις ἀνεβίω; *nonne saepius illam mortuam esse putasti? nonne saepius iterum eam uiuere comperisti?* Inuoluunt autem haec uerba: *Perdite uiuebat, idque facere desit.* 1 Tim. V, 6.

25. ἤκουσε συμφωνίας καὶ χορῶν) *audiuit concertum et choros.* Seruius in Aen. I. 499. *Chori saltantium et cantantium dicuntur.* Erat autem apud Orientis populos non inhonesta saltatio.

27. ὅτι — ἀπέλαβεν) Verbum *ὕγιαίνειν* hic non tantum corporis sed et mentis sanitatem significat. Suadet hoc nexus, quod sc. *ad se redierit* u. 17. quod quum mortuus fuisset, *reuixerit.* In primis *ὕγιαίνοντες* uocantur illi, *qui sobrie et continenter uiuunt*, ita ut *ὕγιαίνειν* opponatur, uoluptatibus, intemperantiae, luxui, impudicitiae, et idem sit quod *σωφρονεῖν*.

29. τὰ πάντα ἔτη δαλείω σοι) Qui se probatos uolunt et officia sua, a diuturnitate temporis solent argumentum fumere. Vide Gen. XXXI, 38. 41. *Δαλείω σοι*, i. e. non filii tantum reuerentia te colui, sed et serui timore. καὶ ἐδέποτε — παρῆλθον) *Nullum imperium tuum omisi.* Nam παρῆλθε ἔτιν h. l. est *omittere, negligere, transgredi*, quae notio supra quoque c. XI, 42. occurrit.

31. τέκνον — σά ἐσιν) Q. d. Non haec in tuam contumeliam facio, sed in illius honorem. Tu heres meus, ergo κύριος πάντων. Vbi tanta, quanta inter nos communio intercedit, nil donis opus. Σά ἐσιν, intellige proprietate, non pleno dominio. Ostendit Christus, iis qui pii semper fuerunt,

fuerunt, hinc non dari iustam querendi materiam, quod poenitentes recipiantur in gratiam. Praeterea est *συχώρησις*. Neque enim Pharisei et Legisperiti uixerant ad praescriptum diuinae legis; sed quum tales uideri uellent, Christus, hoc uelut illis largiens, ostendit, ne sic quidem esse, cur ueniam inuideant poenitentibus, quum per eam nihil ipsis decedat.

CAP. XVI.

Hac parabola Christus rectum diuitiarum usum commendat, ita eas collocandas esse docens, ut beneficentiae nostrae fructus in futuro seculo simus percepturi.

1. *Ὁικονόμον*) *Administratorem rei familiaris*, quae est *οἰκονομία*; nam et *οἶκος* inter alia rem et bona, facultatesque notat, quae sunt *ἕσσια, ὑπάρχοντα, κτήσις*. *Ἔτος διεβλήθη αὐτῷ*) *Hic apud eum delatus est*; neque falsam fuisse istam delationem, sequentia docent. Vox *διαβάλλειν* est ex earum numero, quae ueteribus Grammaticis *ancipites* dicebantur; nam non solum *calumniari*, seu *falso accusare*, sed in uniuersum *denuntiare* aliquid denotat, siue uerum illud sit, siue falsum. Sic apud Iosephum Antiq. L. VI. c. 10. §. 2. Sauli filia, amore Daudis capta, eumque amoris affectum non celans, dicitur *διαβληθῆναι πρὸς τὸν πατέρα apud patrem delata esse*. Vt dispensator bonis domini sui, ita multi diuites opibus prouidentia diuina sibi concessis pessime abutuntur.

2. *τί — σὺ*) i. e. *Qualia et quanta sunt, quae de te audio?* Nam *τί τῶτο ἀκούω*; concise dictum est, pro: *τί ἐστὶ τῶτο ὃ ἀκούω*; et uox *τῶτο* in contextu auget rei inuidiam.

ἀπόδος τὸν λόγον) δῆναι λόγον, referre, seu reddere rationes. quod de rebus negotiisque gestis fieri solet. Huic interpellationi respondent in re significata morbi, et si quid aliud nos mortalitatis admonet.

3. ἴτε — ποιήσω;) *Donatus in Terentii Adelphi: Moris est secum loqui uel senes, uel maxime aliquid ex animo agentes.* Τί ποιήσω; Ita loqui solent, qui inopia confilii uel pecuniae laborant. σκάπτειν — ἀισχύνομαι) Σκάπτειν est, *terram fodere*, quod inprimis in hortis fiebat sementis faciendae causa. Qui ad summam redacti erant inopiam, hoc labore, in fundis aliorum mercenarie suscepto, uitam tolerabant, haecque ferulis erat opera, quae durissima esse putabatur et ignominiosa. Ὅυκ ἰσχύω. Bene Euripides: Κακαὶ γεωργεῖν χεῖρες εἰν τετραμμέναι. Addit: *Mendicare erubesco*; id enim flagitiosum nimis. Sirac. XL, 29.

4. ὅταν μετασθῶ τῆς δικονομίας) μετασθῆναι, *submoueri*. Hoc est quod infra com. 8. oeconomus iste dicitur φρονίμως πεποιθῆναι, non quod laudetur iniquitas eius, sed quod in statu adhuc meliore positus, prouidus securitatis iam fortis difficultatibus occurreret. δέξονται με) i. e. *ut sint, qui me recipiant*. Nomen enim subauditur.

6. ἑκατὸν βάτης ἐλαίου) ὁ βάτης, Hebraica mensura, nomen habens ab Hebraeo כַּב, quod alii interpretati sunt βάτον, alii βάδον, Ὅ δὲ βάδος, ait Iosephus Antiq. L. VIII, c. 2. §. 9. δύναται χωρῆται ἑξέας ἐβδομήκοντα καὶ δύο, *Badus, mensura liquidorum est circiter 72. sextarios continens.* τὸ γράμμα) Versio *Vulg: Cautionem*, i. e. Chirographum, Syngrapham.

7. ἐκατὸν κόρυς σίτη) Est etiam ὁ κόρυς Hebraicae mensurae species, ex iuxta Iosephum *tantum valet, quantum decem medimni Attici*: δύνταται μεδίμνος ἀττικὸς δέκα. Anti-quitt, L. XV. c. 12.

8. καὶ ἐπήνεσεν ὁ κύριος) i. e. *dominus Oeconomum* in parabola, (ut comm. 3.) Oeconomum suum laudavit. τὸν δίκονόμον, τῆς ἀδικίας) i. e. τὸν ἄδικον, ut recte interpretatur Syrus ex Hebraismo. Quamvis in factō iniquo, non potuit dominus non probare follertiam dispensatoris; atque in hac follertia sita est uis similitudinis, non in facti improbitate. Sed a minori argumentum ducitur. Si laudatur solers improbitas, quanto magis prudentia cum uirtute coniuncta? ὅτι οἱ υἱοὶ — τὴν ἑαυτῶν) *Nam profani homines prudentiores sunt inter se iis qui religionem colunt. Filii huius seculi sunt, qui nihil aliud curant, quam uitae huius commoda, de futuro seculo nihil solliciti. Nam ὁ αἰὼν, siue uertatur tempus, siue mundus, indicat res, quae sunt huius temporis. Ergo οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου sunt homines, qui rebus huius uitae student et dediti sunt, easque uicē optant et quaerunt. Filii lucis sunt studiosi melioris cognitionis, sapientiae et uirtuti dediti. Nam τὸ φῶς hic accipitur amplissima significatione, ut meliorem cognitionem et uirtutem indicet. Igitur nec filii huius seculi sunt flagitiosissimi, nec filii lucis sunt sanctissimi, sed utrique describuntur a sensu et studiis suis. Sunt autem rerum terrenarum studiosi prudentiores studiosis melioris cognitionis et uirtutis εἰς τὴν γενεὰν τὴν ἑαυτῶν, erga suam aetatem erga homines suae aetatis, in usu familiari et consuetudine cum coetaneis. Γενὰ 717, homines eiusdem aetatis.*

Verba :

Verba: *εις τὴν γενεάν τὴν ἑαυτῶν* itaque uerti possunt: *Inter se; unus erga alterum.* Alii aliter; e. c. Grotius: *in rebus suis agendis*, per Hebraismum illum, quo *generations* idem sunt, quod *actiones*, Gen. VI, 9. Beza: *in suo genere*; ut *εις* pro *ἐν* positum, et per Metonymiam ἡ γενεὰ sint homines suae aetatis s. seculi, non secus ac illud Gen. VI, 9. Noa uir iustus fuit בְּדֹרֹתָא *in generationibus suis*, i. e. collatus ad impiam hominum colluuiem, qui illa aetate uixerunt.

9. ποιήσατε — μαμωνᾶ τῆς ἀδικίας) *Comparete uobis amicos ex diuitiis uel opibus fallacibus, et mendacibus*, quae possessoribus non praestant, quod pollicentur; ut *ἄδικος* idem sit quod *δόλιος*, *dolosus*, tum quod *δίκαιος* in S. Scriptura saepe idem ualeat, quod *ἀληθής*, tum quod *ἄδικον* u. II, opponatur τῷ ἀληθινῷ. Potest tamen *μαμωνᾶς τῆς ἀδικίας* etiam explicari de *diuitiis, aut opibus male partis*, genitiuo *acquirendi modum* denotante. Sic quadrat *applicatio parabola* cum *parabola*: Iste Oeconomus comparauit sibi amicos ex opibus male partis, ita et uos comparete uobis amicos ex opibus uestris male partis. ἵνα ὅταν — σκηνὰς) *Vt quum defeceritis*, i. e. quum mors a bonorum huius uitae procuracione uos abstraxerit, *in aeterna illa habitacula recipiamini.* Ἐκλείπειν quidam de morte explicant, et recte quidem, ut mihi uidetur. Nam subintelligi debet τὸν βίον, uel τὸ ζῆν, uel simile quid. Sic *Lucian*. *Macrob.* Ἄτταλος δύο καὶ ὄγδοοντα ἔτων ἐξέλιπε τὸν βίον, *Attalus anno uitae 82. mortuus est.* *Polyb.* II, c. 41. τὸ ζῆν ἐξέλιπον, *uiuere defecerunt.* *Aelian.* Var. Hist. XIII, 20. τὴν ψυχὴν ἀπέλιπον, *uitam amisit.* Aliis ἐκλείπειν h. l. est *de-*

ficere, decrefcere. Grotius ex praecedentibus subaudiri uult τῷ μαμωνᾷ, *quum diuitiis illis deftituemini*: quod eodem recidit; nam cum morte omnes opes terrenas amittimus. Δέξωνται ὑμᾶς uerte: *recipiamini*, ex Hebraismo illo, quo tertiae perfonae uerborum impersonaliter fumuntur, ut fupra c. XII, 20. Deus eft is, qui nos recipit in aeternam illam commorationem. Pauperes certe, quos nobis amicos facimus, non poffunt nos in coelum recipere; nam quod pro nobis orant, hoc non ualet: recipiunt nos in coelum. Deum nobis facimus amicum, quando bonis huius uitae fic utimur, uti Deus uult. Nam faciendo uoluntatem Dei, eius amicitiam nobis conciliamus, beneuolentiam eius confequimur. Ἐἰς τὰς αἰωνίους σκηνὰς, in domos non προσαίρουσ, ut difpenfator ille, fed in manfiones aeternas, Ioan. XIV, 2. 2 Cor. V, 1. Sic etiam Profani, e. g. Cic. Tufc. I, 49. in aeternam et plane in noftram domum remigremus.

IO. ὁ τιςθε εἰν ἐλαχίςτω, καὶ ἐν πολλῷ τιςθε ἑς) Sensus eft: Seruo qui minora negotia fibi demandata fideliter curat, ei plerumque maiora tuto credi poffunt. Solent heri famulorum fuorum fidem in re non magni pretii explorare, atque inde de maioribus coniecturam facere. Ita Deus iis, qui huius uitae bonis recte utuntur, maiora olim committet. Ratio oppofiti per fe patet.

II. ἰ. ἔν — τιςτεύσει;) Si igitur in adminiftrandis caudicis huius uitae bonis fideles non eftis, maiora et uera bona quomodo uobis credi poffint? Iniufus Mamonas h. l. per metonymiam confequentis dicitur pro minimo ac uili, quia propter uilitatem non tantum fidis, fed etiam perfidis hominibus tribuitur. Vide fupra ad comma 9. notata.

Confir-

Confirmatur haec expositio eo, quod τῷ ἀδίκῳ μαμωνᾷ oppo-
nitur τὸ ἀληθινόν. Nam *uerum* est h. l. *quod natura et re-
uera est id quod dicitur*, non fictitium, quod speciem tan-
tum habet. Vel etiam τὸ ἀληθινόν est *certum, firmum, per-
petuum*, quo sensu occurrit apud *Philonem* de Temul. p. 270.
Huius generis sunt bona illa coelestia probis parata.

12. καὶ εἰ — δώσει;) Πιστοί, nempe dispensatores. Ἀλ-
λότριον est, quod Deus nobis ad usuram, ad breue tempus
concessit. Τὸ ὑμῶν ἑτερον, id, *quod uobis erit proprium*,
bona uera et aeternum duratura. Haec, quae u. 11. et 12.
dicuntur, sunt superiorum explicatio, et cum iis cohae-
rere debent.

13. Vid. Matth. VI, 24.

14. καὶ οἱ φαρισαῖοι) Vt qui se turbae audientium iun-
gere solerent, captaturi calumniae occasionem. ἔξαιμυκ-
τήριζον) *Deridebant*. Denotat autem ἐκμυκτηρίζειν *infignem
derisionem, adhibito quodam gestu narium*. Figurata Grae-
cis μυκτηρ est, *infignis irrisor*. Et Martialis non *nasutum*,
sed *nasum* quendam uocat. Hinc Latini, *naso suspendere*,
et *suspendere naso adunco* dixerunt. Sannis exceperunt
auari isti consilia Christi ad beneficentiam ducentia, urpote
ab eorum ingenio prorsus aliena.

15. οἱ δικαιοῦντες ἑαυτοὺς) *Qui uobis ipsis laudem uirtutis
tribuitis*, ut supra c. X, 29. Faciebant autem hoc Phari-
saei magno molimine caerimoniarum, quas admirabatur
populus. ὁ δὲ θεὸς γινώσκει τὰς καρδίας ὑμῶν) Deus scit,
in cordibus uestris nihil esse uerae sanctimoniae. ὅτι τὸ
ἐν ἀνθρώποις ὑψηλὸν βδέλυγμα ἐνώπιον τοῦ θεοῦ ἐστίν. Sensus est:

multa, quae hominibus uideantur eximia atque in excelsis posita, Deo maxime displicere, quia absit uera animi probitas. 1 Sam. XVI, 7. Intelligendum est hoc dictum de iis, qui per simulationem hominum laudem captant, non de omnibus qui inter homines sunt admirationi.

16. ὁ νόμος — Ἰωάννης) Sensus est: *Institutio in religione, qua Moses et prophetae usi sunt, durauit ad tempora usque Ioannis.* Ὁ νόμος καὶ δὲ προφῆται significat uniuersam V. T. doctrinam. Quomodo haec et quae sequuntur cum praecedentibus cohaereant, non satis perspicuum est. Nonnulli hac ratione connectunt, quasi Iesus diceret: ne miremini, si maiora dilectionis opera nunc, quam olim aperte exigantur. Id enim postulat temporum ratio. Nunquam tanta in uos Deus beneficia contulit, quanta nunc confert; quid mirum est, si, qui plus contulit, de collato plus exigit? καὶ πᾶς εἰς αὐτὸν βιάσεται) *Vndique in illud (regnum) aliqui uiolento impetu irrum-punt.* Omnibus patet; non tamen adeundum, nisi improbo labore. Cf. notata ad Matth. XI, 12. 13.

17. εὐκοπώτερον δὲ εἶς) Cf. Matth. V, 18. Ceterum optime cohaeret praecedentibus. Nam Christus, ne, quae dixit, ideo dixisse putaretur, quo legis Hebraeae reuerentiam animis hominum eximeret, contra ostendit, nihil legis periturum; suis enim praeceptis non aboleri legem, sed consummari. Sic omnino res se habet. Nam uaticinia in libris Moysis et prophetarum comprobauit euentus. Summa legis et Prophetarum, unum esse Deum, eumque prae ceteris omnibus amandum esse, homines omnes a nobis esse amandos etc. semper uera fuit, et in aeter-

num uera erit. Neque eo, quod Oeconomia ista cessauerit, doctrina ipsa facta est falsa; praedictum enim est, eam esse cessaturam.

18. πᾶς δ' ἀπολύων) Quod dixerat Christus, insigni exemplo illustrat. Oprabat Moses, omnia non necessaria diuitia tolli, sed hoc obtinere non poterat sine maioris mali periculo. Christi lex, maioribus auxiliis populum meliorem colligens, palam et aperte uetat, quod Moses improbens tolerabat.

19. ἄνθρωπος δέ τις ἦν πλούσιος) Hic Christus ad argumentum, unde sermonem inceperat, regreditur, de usu diuitiarum. Certant ueteres nouique interpretes, id, quod hic sequitur, historia ne sit, an fabula. Placet sententia scriptoris *responsionum ad orthodoxos*, dicentis, nec fabulam esse proprie, nec historiam, sed *ὑποτύπωσιν* potius. Ita solent autem eloquentiae magistri appellare narrationem, quibus res uera coloribus uerisimilibus depingitur. Sadducaeum describi, ex diuitiis, uictu, amictu et petitione patere uidetur. Fuerunt tamen et inter Phariseos non mediocriter diuites, qui opulentiam suam uestibus atque epulis palam ostentarent. πορφύραν καὶ βύσσον) Purpureas uestes inprimis fuisse constat pretiosas. Hebraei autem, sicut et Aegyptii et alii illis in locis populi *lineis uestibus* plurimum usi fuere. *Byssum* subtilissimum linum Achaicum esse, scripsit *Plinius*, pretio aequale auro. Dicitur igitur hoc: Istum diuitem admodum pretiose ac splendide fuisse uestitum. ἐυφραίνμενος — — λαμπρῶς) Bene *Vulgatus*: *et epulabatur quotidie splendide*. In *Glossario*: ἐυφραίνω, epulor. Ἐυωχεῖται etiam apud *Hesychium* exponitur ἐυφραίνεσθαι.

20. *ὄνοματι λάζαρος*) *Drufius* putat, Hebraice scribendum *רַעֲזָרָא*, adeo ut *Lazarus* et *Eleazarus* idem ualeant. Quod non de nihilo. Nam *רַעֲזָרָא*, *Lazarus*, ab Hierosolymitanis tempore Christi, contracta pronuntiatione usurpatum pro *רַעֲזָרָא*, pluribus exemplis ad Io. XI, 1. ostendit *Io. Lightfootus Hor. Hebr. ἡλωόμενος*) *Ulceribus plenus*, ut iterum hic optime *Vulgatus*. Solent eius fortunae homines fordibus atque illuue ulcera contrahere.

21. *ἐπιθυσμῶν — πλοσίω*) *Supple: καὶ εἶδες εἰδὶς αὐτῶν. ἀλλὰ καὶ οἱ κύνας*) Tanta eius erat miseria, ut uel canes misericordiae sensu tangerentur.

22. *ἀπευχθῆναι — ἀβραάμ*) Sensus est: *ut summi gaudii in Paradiso cum Abrahamo fieret particeps*. *Ἄυτδν*, i. e. *animum eius*. Ita passim Graeci quoque et Latini Poetae *animos* corporibus solutos *hominum* nominibus appellant, ut *Grotius* notat. Dicit autem *ὕπὸ τῶν ἀγγέλων*, quia uetus Iudaeorum erat traditio, piorum animas ab angelis deduci *εἰς παράδεισον*. Meminit *Paraphrastes Chaldaeus* ad Cant. IV, 12. aliique, quos *Wetstenius* laudat. Quae hic *Christus* de *sinu Abrahami*, dicit, non debent simpliciter, sed ex consuetudine istorum temporum, quam secutus est, et ex usitato tum de rebus differendi modo intelligi. Nempe gaudia post hanc uitam tunc temporis sub conuiuii specie haud raro describi solebant. In conuiujs autem solebant dilectissimi in sinu eius recumbere, qui conuiujs princeps esset. Io. XIII, 23. Indicatur ergo hic summus *Lazari* honos, ut qui in illa beata sede proximus haereret Abrahamo, cuius eximiam fidem, et in malis perferendis constantiam esset imitatus. Fecit *Iesus*, quod facere solent et debent doctores

ctores populares, qui erudiendi causa uerba ad populum facientes ad seculi sui mores, hominumque audientiam opiniones descendunt. Hoc etiam de iis, quae in hac narratione sequuntur, ualet. καὶ ἐτάφην) Sine dubio pompa funeris erat magna, et illatus est monumento maiorum suorum. Sed de tantis diuitiis hic honor illi postremus contigit.

23. ἐν τῷ ἄδῃ) Vox Graeca ἄδης, cui respondet Hebraea הַיָּוֵשׁ, et Latina inferorum, denotat, *illum locum communem, in quem recipiuntur omnes hominum uita functorum animae.* Nunquam uero significat aut sepulcrum aut coelum. Nam qui coelum petunt, ascendere, qui uero ad inferos abeunt, descendere dicuntur: et illi etiam apud inferos esse leguntur, qui neque sepulturae honore neque caelesti gaudio fruuntur. Ita fuit diues quidem ἐν ἄδῃ, sed fuit etiam Lazarus, determinatis ἄδῃ regionibus. Nam et Paradisus et Gehenna, siue, ut loquebantur Graeci, Elysi et Tartara sunt ἐν ἄδῃ, hoc tantum discrimine, quod locus beatorum sit in superioribus, locus damnatorum uero in inferioribus regionibus τῆς ἄδῃ, quarum infima et tristissima est Tartarus. *Anthol.* I. 37. 19. πάντας ὁμοῦς θύητες εἰς αἰδῆς δέχεται. *Silius Ital.* XIII, 525. Domus omnibus una. *Midras Ecclesiast.* VII, 14. *Rabbini dicunt, paradisus et gehenna ita posita sunt, ut ex uno loco in alterum prospiciant.* Locum τῆς ἄδῃ nunc sub terra, nunc in aëre, nunc trans oceanum esse uolunt Veteres; sed illa loquendi genera nihil aliud quam τὸ ἄβυσσον, nobisque inaccessum designant. ἐτάφας τῆς ἐφθαλμῶς αὐτῷ) Sicut Deo solent adscribi actus corporei, ita et animis a corpore solutis,

simili figura. ὑπαρχων ἐν βασάνοις) Erunt ergo animi improborum a corpore soluti ante publicum iudicium in cruciatu grauissimo, futuram ipsis sententiam praedictante conscientia.

24. καὶ Φωνήσας εἶπεν) Fingitur dixisse, quae homo in tali statu locoque existens, si uocis ei usura concessa esset, uideri potest uoluisse dicere. πέμψον λάζαρον) Hoc ideo, quia credibile est, impiorum cogitationibus semper illos obuertari, quos ab se male tractatos meminerunt. ἵνα βάψῃ — ἐν τῇ φλογὶ ταύτῃ) Cruciatum conscientiae comparat flammae urenti, quemadmodum et latine *uiri* dicimus eos, qui animi anguntur. Hinc iam cetera finguntur consequenter; nam hi, qui uruntur, maxime sitim in lingua sentiunt; sitis solet leuari aquis; minimum aquae est, quantum digito adhaerescit. Sensus est: Diuitem, qui olim Lazarum contemserat, nunc libenter illi supplicaturum, si aliquod uel minimum tantorum cruciatuum leuamentum possit adipisci.

25. ἀπέλαβες τὰ ἀγαθὰ σκ) Ἄγαθὰ sunt hic, quae uulgo pro bonis habentur. Ἄπέλαβες autem ut Matth. VI, 3. ἀπέχου τὸν μισθὸν αὐτῶν. Illa, inquit, bona quae tu uera, immo summa duxisti, ea iam plene accepisti. οὖν δὲ δεῖ παρακλεῖται) Illud οὖν δὲ ostendit miram uicissitudinem. *Solatium* dicitur hic, non plena retributio, quae redditus demum corporibus fiet, sed eiusdem certa expectatio, magnis interim gaudiis sustentata; id refrigerium uocant ueteres Latini.

26. ἐπὶ πάντι τότοις) Praeter haec omnia, iam dicta nempe; uel etiam, quod praecipuum est, quod caput rei est.

est. μεταξὺ — ἐξήρκεται) Sensus proximus est: *Perquam longinquum et periculosum esse iter, quo a superis, ad inferos deueniatur*, et maximo hos a se inuicem distare interuallo, ita ut nullum beatos inter et damnatos intercedere possit commercium; sic esse a Deo constitutum, ut fors utrorumque in perpetuum mansit diuersa. Apud Profanos χάσματα ἐν τῷ ᾄδι sunt profundae uoragines et cauernae, quas apud inferos fingunt. Frequenter igitur sicubi profundae erant cauernae, inprimis tetros et pestiferos halitus emittentes, has χάσματα Πλούτωνος, *hiatus Plutonis* uocabant, per illos uiam ad inferos patere putantes. Tale χάσμα erat Plutonium apud Hierapolin, et Charonium, spelunca in Caria. Strab. L. XIII. et XIV. Sed Iudaei etiam *hiatum* quendam, per quem iter fit ad inferos, dari asserunt. Vide Eisenmengerum Tom. II, c. 6. 'Εξήρκεται, i. e. ἴσκιται, *stat.* Significat hac imagine Christus, immutabilem esse sententiam iudicii post hanc uitam.

27. ἵνα πέμψῃς αὐτόν) Nempe ipsum corpori suo redditum, ne quis hic de animorum apparitionibus agi suspicetur. Cf. u. 31. εἰάν τις ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ.

28. ὅπως διαμαρτύρηται αὐτοῖς) *Vt significet iis, quae hic gerantur.* Nam διαμαρτύρεσθαι, significatione τῆ βῦβλι pro δηλῶν, uel γνωρίζειν, accipiendum, res ipsa et usus docet. εἰς τὸν τόπον τῆτον τῆς βασάνου) In hanc infimam τῆ ᾄδι regionem, tristissimam, quam εἰργμὸν uocat Iosephus. Plato eandem dixit δεσμωτήριον.

29. Μωσαῖα καὶ τὰς προφῆτας) Metonymice: *Scripta Moysis et Prophetarum.* ἀκησάτωσαν αὐτῶν) Illorum monitis pareant; id enim est cum fructu audire.

30. εχ) Supple: ἢ ἀκρίβειαν αὐτῶν, uel, ut alii malunt ἀπόκρι, non sufficit. De se illorum ingenium nouerat.

31. εἰ Μωσέως — πεισθήσονται) Fatebantur enim ipsi Iudaei, legem sibi a Deo esse traditam, atque confirmatam insignibus miraculis, quorum famam continua successione a maioribus traditam acceperant; et tamen contra apertissima legis uerba uitam agebant. Nihil igitur illis obstabat, nisi peruersus animus, nolens ea ut uera amplecti, quae falsi arguere non poterant. Nec miraculis moueri homines praediciis et cupiditatibus suis occoecatos, ostendit res ipsa. Lazarum Bethaniensem uitae reddidit Christus. Ipse a morte rediit; nec tamen Pharisaei monitis eius obtemperarunt.

CAP. XVII.

I. Ἄνευθεντόν ἐς μὴ ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα) Fieri uel contingere non potest, ut non eueniant scandala, perpetrentur malae actiones, quibus alii offendantur. Nam per τὰ σκάνδαλα stilo scripturae intelliguntur quaeuis malae actiones, quibus alii ad similes inuitantur; et ἐνδέχασθαι de iis dicitur, quae possunt et solent euenire. Quae autem hic dicuntur de necessitate scandalorum, intelligenda sunt de necessitate non *physica*, non *absoluta*, sed *conditionis et consequentiae*, praesupposita sc. hominum malitia. Cf. Matth. XVIII, 6. sqq. u. 15. 21.

5. πρόσθετες ἡμῶν πρὸς τὸν) Occasio narratur Matth. XVII, 19. sqq. Quum nempe discipuli Christum interrogassent, cur daemonicum ipsis adductum sanitati restituere non ponerint, ille responderat: quia non habetis fidem. Fortasse

tasse etiam eos saepius ob ὀλιγοπιστίαν reprehenderat. Discipuli igitur dicebant: πρόσθε εἰς ἡμῶν πίστειν, *auge nobis fidem*, qua nempe opus est ad talia miracula efficienda.

6. εἰ εἶχετε — ἂν ὑμῶν) Sensus est: *Si uel minimum uerae fiduciae habueritis, ea facietis, quae nunc impossibilia uobis uidentur.* De Sycamino multa Wetstenius habet. Oportet moro admodum similem esse arborem, quia non Latinus tantum, sed et Syrus et Arabs *morum* uertunt. Est autem, quod de Sycamino hic dicitur, prouerbiale, de re naturaliter impossibili. Sensus est: *Si modo initia fidei illius habueritis, poteritis talia efficere.* Opus est tantum animo hilari et impauido. Vocatur haec miraculosa fides, quae in eo est, ut aliquis credat promissioni diuinae de miraculis, quae ipse editurus sit. Promiserat autem Christus discipulis suis uim miracula efficiendi tum, quum eos per Palaestinam misit. Contra is, cui similis promissio non est data, non potest credere, illud esse euenturum.

7. ἀροτριῶντα ἢ ποιμαίνοντα) participia more Hebraeo posita pro Verbalibus. Quid magni facit, ad arandum positus, si arat, ad pascendum, si pascit? Ἀνάπεσαι) Bengelius legendum esse putat: ἀνάπεσε. Nam aoristum utrumque huius uerbi in actiuo, non in medio usitatum esse, ait. Sed non sine exemplo esse, ostendit Abreschius in annotatt. in N. T.

8. περιζωσάμενος) Qui mos ministrantium in regionibus, in quibus demissiores uestes gerebantur. μετὰ ταῦτα) Ut mos erat seruorum, aut etiam eorum, quorum conducta erat opera.

10. ἕταν — δέλοι ἀχρεῖας ἑσμεν) *Quum omnia feceritis, fatemini uilitatem uestram.* Nam ἀχρεῖος h. l. uidetur esse ἕτω, *humilis, abiectus, ταπεινός*, ut 2 Sam. VI, 22. Non igitur *inutiles*, cum interpretibus, sed *serui humiles*; hoc est, nihil aliud quam serui, et abiecti quidem, sumus. Praecipit Christus discipulis suis et aliis omnibus, demisse de seipsis sapere, sine ulla ostentatione curare quae agenda sunt: ita non sedulitatis, sed et humilitatis nomine se Domino acceptos fore et gratos. Igitur spectandum est adiunctum horum uerborum: parum pretii nobis tribuimus; nam fecimus tantum, quantum debuimus. Voluit Iesus monere discipulos, ne fastu pleni, in officiis seruandis praemia quaedam singularia a Deo postulent. Fortasse augmentum fidei eam ob causam a Christo petierant discipuli, ut miracula efficiendo haberent, quo gloriarentur. Christus igitur eorum errorem corrigit, dicens: nolite postulare dona noua; facite tantum quod uestrum est. Hoc spectatur etiam in parabola. Seruus nempe ab agro domum reuersus, non statim singulare quid postulare potest; sed oportet eum officia sua colere ante, quam epuletur.

11. διήρχετο διὰ μέσων Σαμαρίας καὶ Γαλιλαίας) Voces διὰ μέσων h. l. suam uim obtinent. Nam διέρχασθαι, παρέρχεσθαι, παρῆναι διὰ τόπων τῶνδε, saepe Graecis non *per locum aliquem transire*, sed *locum aliquem praeterire* denotat. Sed h. l. adiectae uoces διὰ μέσων indicant, haec uerba esse intelligenda ita, ut *Christum per medios fines Samariae et Galilaeae transiisse* dicamus.

12. εἰσέρχομένους αὐτῇ) Praesens pro Futuro, ut recte animaduertit Syrus: nam extra oppida se tenebant, qui illa
scabie

scabie erant polluti. Leuit. XIII, 46. ἐζησαν πόρρωθεν)
 Procul enim ab aliis abstinere iuebantur, et proclamare:
 נָדַב נָדַב, ut dicto Leuitici loco uidere est.

14. ἐπιδείξατε ἑαυτοὺς τοῖς ἱερεῦσι) i. e. τίμι τῶν ἱερέων.
 Quo dicto tacite pollicebatur sanitatem in itinere obuentu-
 ram; neque enim ostendebatur leprosi sacerdoti, nisi ut aut
 de morbo cognosceret, de quo hic satis constabat, aut ut
 restitutam ualetudinem pronuntiaret. Iubet autem Christus,
 ut Iudaei Hierosolyma peterent, Samaritanus montem Gari-
 zim. Licet enim non probaret cultum Samaritanorum Io.
 IV, 22. non potuit tamen, quin circa quaestionem non de
 cultu Dei, sed ad medicinam et Positiam pertinentem, sin-
 gulos ad suos iudices remitteret. ἐν τῷ ὑπάγειν αὐτοῦς)
 Quod uerbis Christi parebant, id signum est, ab omnibus
 conceptam recuperandae ualetudinis fiduciam.

18. ὅχ ἐυρέθησαν) εὐρίσκεισθαι, ut apud Hebraeus נָצַח
 ponitur pro esse. Ceterum admirandi uim habet haec in-
 terrogatio.

20. ἡ βασιλεία τῷ Θεῷ) Per *regnum Dei* hic sensu Iu-
 daico intelligitur apparitio et manifestatio regis Messiae, quam
 illi cum magna pompa et insignibus uictoriis expectabant.
 Igitur quaerebant Pharisei, quando splendidum illud regnum
 Messiae habiturum sit initium, ut iugo Romano liberati lae-
 tiorem uitam agere possent. μετὰ παρατηρήσεως) *ita ut ob-*
seruari possit, i. e. cum regio splendore, triumpho, et aliis
 qualia expectabant Pharisei, et nunc quoque Iudaei expe-
 ctant; uel: *non aderit regnum solenne Messiae tum, quum*
homines illud expectabunt.

21. εἰδὲ ἐρῶσιν) *Non erit, quod dicatur.* Ita interpretandum, ne pugnet cum eo, quod sequitur comm. 23. ἰδὲ ὄρε, καὶ ἰδὲ ἐκεί) In illo monte, aut in illo deserto, in Cyrene, in urbe Bitter, ut dicebant δι ψευδόχριστοι. ἐν τῷ ὑμῶν ἐστίν) *Iam inter uos est*, hebr. בְּקִרְבָּנִי, ἐν μέσῳ ὑμῶν; *Subito et inopinato aderit inter uos.* Sensus est: In ipso populo Iudaico regnum illud incipit uires suas exferere, uobis non obseruantibus. Potest etiam sensus esse: *Regnum Dei est in animis uestris*, i. e. doctrina de regno Dei et beneficiis quae Deus promisit ciuibus huius regni. pertinet ad animos uestros. Vtrumque sensum contextus et uerba admittunt.

22. μίαν τῶν ἡμερῶν τῆ ὕμῃ τῆ ἀοθριάτι) *Vnum diem talem, quales nunc habetis multos, quia me oculis cernitis.* De appellatione filii hominis uide quae ad Matth. VIII, 20. *Dies Messiae* h. l. sunt dies uitae eius; dies quas in his terris uixit. Tempus fore dicit, quo discipuli ipsum absentem magna cum animi tristitia frustra requirant.

23. μηδὲ διακῆτε) *Nolite sequi, ei adhaerere*; quo sensu est apud Iosephum Lib. I. de B. I. c. 16. §. 7. et Latinorum quoque *persequi* interdum sensu bono usurpatur, e. g. apud Horat. Serm. I, 9. u. 16. Marth. XXIV, 23.

24. ἐκ τῆς ὑπ' ἄραν ἐκ τὰς ὑπ' ἄραν) Subintellige χώρας. Ab una subter coelum parte seu plaga, effulget in alteram, i. e. ab ortu ad occasum, ut dicitur in Matthaei Euangelio. ἔτι — ἡμέρα αὐτῆ) i. e. *talis etiam die suo erit Messias*, improuiso aderit, nempe ad puniendos malos, ut patet ex Matth. XXIV. et Marc. XIII. *Dies Messiae* h. l.

h. i. est tempus quo insigne opus patrat, quale erat interitus ciuitatis Iudaicae. Euerſo templo, et sublato cultu Leuitico, magnum religionis christianae impedimentum erat remotum.

26. καὶ καθὼς — ἀνθρώποις) Sicut nempe aetate Noae post longam diuinae bonitatis testationem secutum est iudicium conspicuum in contumaces: ita nunc post Euangelii promulgationem animaduertet Deus in Iudaeos, gratiae suae pertinaces contemtores. Excidium Hierosolymitanum innuit Christus. Sed et moribus similes erunt Iudaei hominibus illis, qui ante diluuium uixerunt. com. 27. 199.

29. πῦρ καὶ θείον) Sulfuris nomine hic ipsum *fulmen* intelligitur. Nam et Graeci interdum ita loquuntur, quia fulmen odorem ac uim habet sulfuream; quin ipsa uox θεῖος si originem spectemus, ad fulmen primitus pertinuisse uideri potest.

30. ἢ ἡμέρα ἃ εἶδες τῷ ἀνθρώπῳ ἀποκαλύπτεται) Praefens pro futuro ἀποκαλύψεται. Nimirum ad exercenda sua iudicia in contemtores regni sui.

32. μνημονεύετε τῆς γυναικὸς λώτ) Quae, quum redire uellet in urbem, misere periit. Gen. XIX, 26.

33. ὃς ἐὰν — ἀπολέσει αὐτήν) Quicumque uitam suam conseruare studuerit, properando nempe in urbem, eam amittet. Concludetur enim cum aliis in obsessā urbe. καὶ ὃς — ζωογονήσει αὐτήν) Qui autem eam amiserit, (religionis meae causa nempe,) conseruabit eam; perpeſſis breuius aerumnis aeternam felicitatem consequetur. Applicat Chri-

Christus et hic generalem sententiam, quam alibi pronunciauerat, e. c. Matth. X, 39.

34. ταύτη τῇ νυκτὶ) i. e. *In illo malo tempore*. Suidas: τὰς συμφορὰς πολλὰν νύκτας ἢ γραφὴ καλεῖ. imo et Homerus eodem ipso teste, τὰ φοβερὰ νυκτὶ ὁμοίῳ. παραληφθήσεται) *E periculo educetur*, uelut apprehensā manu. ἀφεθήσεται) *Relinquetur* sc. communi exitio. Potest etiam sensus esse: *Vnus assumetur*, nempe ab hostibus, et abducentur; *alter autem relinquetur*; i. e. hostes eum aufugere patientur.

37. ὅπῃ τὸ σῶμα) Vide dicta ad Matth. XXIV, 28. Aliquot MSS. habent πτώμα, ut est apud *Matthaeum*; quo tamen opus non est; nam promiscue dicitur πτώμα et σῶμα non solum apud Alexandrinos Interpretes, ut docet *Keuchenius* ad *Matthaeum* p. 95. sqq. sed etiam alios scriptores. Sic etiam *corpus* pro *cadauere* apud Latinos. Vbi est praeda, inquit Christus, ibi erunt etiam qui praedam facient. In tota Palaestina, ubi occasio erit praedandi, ibi erunt etiam qui utantur hac occasione.

CAP. XVIII.

1. Πρὸς τὸ δεῖν πάντοτε προσεύχασθαι) *Es pertinentem, quod assidue preces faciendae sint*. Vocula πρὸς cum uerbis loquendi iuncta, saepe notat *de*, et *obiectum* sermonis reale indicat. Πάντοτε, *constanter*, h. l. non opponitur *interuallis*, quibus preces per alia negotia interrumpendas esse, res ipsa docet, sed intermissioni ex traedio et desperatione, ut ex sequenti antithesi apparet: καὶ μὴ ἐκκακῶν. Ἐκκακῶν autem est *animum despondere*, ἀδημονεῖν.

2. τὸν Θεὸν — μὴ ἐντροπόμενος) *Nec Deum timens, nec hominem ullum curans.* Neque Deum neque homines timere prouerbiale est ad consummatissimam improbitatem denotandam. Sic *Dio Cassius* de Vitellio: ἕτε τῶν ἀνθρώπων ἕτε τῶν Θεῶν ἐφρόντιζεν.

3. ἤρχετο) *Ventitabat.* Nam Graeci frequentatiua non habent. ἐκδίκησόν με) *uindica, defende me.* Ἐκδικεῖν, αὐτ ποιεῖν ἐκδίκησιν, sicut Latinum *uindicare*, alias est *ultionem sumere*, alias *quouis modo arcere iniuriam*, qui sensus huic loco conuenit.

4. ἐπὶ χρόνον) *ad tempus, aliquantisper diu.* Nam interdum χρόνος *multum tempus* denotat, uoce πολλὸς subaudita.

5. ἵνα μὴ εἰς τέλος ἐρχομένη ὑπωπιάζη με) *Ne perpetuo ueniens obtundat me.* Ἐἰς τέλος siue cum uerbo ἐρχομένη siue cum ὑπωπιάζειν construas, perinde est. Male uertunt nonnulli: *tandem.* Rectius ii, qui exponunt per *semper* uel *assidue*, h. e. identidem et indefinenter ueniendo, meque interpellando, pergat mihi esse molesta. ὑπωπιάζειν proprie usurpatur de *pugilibus*, qui pugnis et caestibus antagonistaе faciem ita tundunt et caedunt, ut liuida reddatur. Hic autem translate notat: *affligere, excruciare indefinenter, uexare.*

7. ὁ δὲ Θεὸς — δικαίος) Post ὁ δὲ Θεὸς supple ὁ δίκαιος κριτὴς, ut opponatur τῷ κριτῇ τῆς ἀδικίας. Omnia uerba habent emphasin. Deus ille iustus, ille misericors, annon arcebit iniuriam ab iis quos non contemnit, sed quos diligit? ab iis, qui non molestiam ipsi exhibent, sed quorum preces magni aestimat? De uoce ἐκλεκτῶν uid. Matth. XX, 16.

καὶ μακροθυμεῖ ἐπ' αὐτοῖς) ἦ'ε. καίπερ ἀναμένει μακροθυμῶν ἐπ' αὐτοῖς (Receptior lectio est μακροθυμῶν) *Quantumuis tardus in ulciscendis eorum uideatur iniuriis.* Καὶ pro καίπερ, ut Hebraeorum וְ, interdum est *quantumuis*. Possimus etiam uertere: *Quamquam aliquamdiu auxilium differt.* Nam μακροθυμεῖν per se est *expectare*, ut Iac. V, 7. Hebr. VI, 15. Deus μακροθυμεῖ ἐπ' αὐτοῖς, sc. ἐκλεκτοῖς, i. e. *expectat* ratione dilectorum sibi, non illico fert opem, differt aliquamdiu auxilium.

8. πλὴν — τῆς γῆς;) Disputant docti, an haec uerba ad proxima, aut interposita longa dissertatione, ad uerba prioris capituli de iudicio extremo et aduentu Iesu Christi respiciant. Sed uidentur haec uerba nexum habere cum praecedentibus, et praecipue ad ἐκλεκτοῖς esse referenda. Omnes nempe ἐκλεκτοῖς ex isto periculo grauissimo eripientur propter preces; sed *proborum et fiduciam suam in Deo collocantium exiguus erit numerus.* Πλὴν, ueruntamen. In uerbis ἐπὶ τῆς γῆς strictiori sensu sumuntur ἢ γῆ, de terra Iudaica, ut διηκμένῃ alibi. Πίστες uel *fideles*, fiduciam suam in Deo collocantes denotat, abstracto posito pro concreto, aut *fiduciam*, quam probi in Deo collocent. Interrogatio h. l. non habet uim *negantem*, sed *minuentem*, non secus ac Hebraeorum interrogationes, e. g. I Sam. II, 15. XII, 23. Ies. LIII, 1. Sensus itaque est: *paucissimos fore uere credentes.* Eo nempe tempore, quo Christus uenit ad puniendos Iudaeos et ad propagandam latius ecclesiam suam, omnes Apostoli, si Ioannem excipias, mortui erant, Christiani autem ualde affligebantur, uitam et opes amittebant. Hoc multos in dubitationem coniciebat, num Messias doctrinam suam propagaturus esset?

9. Πρὸς τινὰς, — ἐφ' ἑαυτοῖς) Πρὸς hic sumitur ut supra u. 1. Agitur hic de ea fiducia, quam multi plus aequo sibi placentes, in uirtutibus saepe falso creditis, ponunt; qua re impediuntur, ne demisso animo ad diuinam misericordiam fugiant. Ostendit nempe Christus, plerumque turpiter falli eiusmodi homines. ὅτι ἑἰσὶ δίκαιοι) i. e. quasi iusti essent, aut, eo quod iusti sint, sua scilicet existimatione. Vtramque enim interpretationem uerba recipiunt, et sensus in idem recidit. καὶ ἐξεθνήσκοντες τὴς ἄλλης) Consequens enim est, ut aliena deprimat, qui sua miratur.

10. εἰς τὸ ἱερὸν) Quod is locus ad preces fundendas acceptissimus Deo crederetur. ὁ εἷς — τελώνης) Phariseo, tanquam exemplo hominis nimium sibi placentis opponitur portitor, ut opposita iuxta se posita magis elucescant.

11. εαθεῖς, πρὸς ἑαυτὸν τᾶυτὰ προσήυχετο) Alii πρὸς ἑαυτὸν iungunt Participio εαθεῖς, ut sensus sit: seorsim stabat. Sed rectius haec uerba coniunguntur cum προσήυχετο. Sic apud se orabat, uel tacitus preces fundebat. εαθεῖς hic merus idiotismus est ut infra c. XIX, 8. et aliis locis. ὅτι ἐκ — ἀνθρώπων) Locutio est se uel alios e numero uulgarium hominum eximentis. Ceterum mos id ferebat, ut publicani in atrio Gentilium, Pharisei in atrio Israelitarum starent, nec quicquam in eo erat insolitum, aut Phariseo imputandum. ἄρπαγες) qui aliis per uim faciunt iniuriam. ἀδικοὶ) qui specie iuris, et fraude aliis iniuriam faciunt. — Egregium praeconium sane: quasi uero bonitas sit, pessimis meliorem esse. Seneca Praefat. Lib. I. Natur. quae est: *Quid est cur suspiciamus nosmet ipsos, quia dissimiles deterrimis sumus?*

12. ἡγεύω δις τῷ σαββάτῳ) *σάββατον* hic et alibi *totam septimanam* significat, quae ita uocatur a *praecipuo* die. Δις, diebus secundo et quinto. Ceterum Christus non simpliciter damnat ieiunia, sed hypocrisim damnat Phariseorum, qui toti in ritibus occupati negligebant potiora. πάντα ἕσα κτῶμαι) Non illa tantum, quae uulgas solet decimae subiicere, poma et fruges, sed et ea quae controuerſi sunt iuris, sc. minora olera, oua, lac, caseum etc.

13. ἐκ ἡθελον — ἐπαραι) Oculos in terram defigere et caput submittere solent *tristes*, et homines qui malefactorum conscientia, pudore et poenitentia tanguntur. ἔτυπτεν εἰς τὸ σῆθος αὐτοῦ) Qui gestus accusantium. τῷ ἀμαρτωλῷ) Articulus τῷ h. l. habet *emphasin* τῷ καθ' ὑπερβολὴν ἀμαρτωλῷ. P. L. Esrae IX, 6.

14. κατέβη — ἐκεῖνος) *Hic domum suam rediit absolutus a peccatis, ille uero non.* Δικαιοῦσθαι ut hebr. קִרְיָהּ *absolui.* Pro ἡ ἐκεῖνος nonnulli legunt ἡπερ ἐκεῖνος, al. ὑπὲρ ἐκεῖνον, al. μᾶλλον παρ' ἐκεῖνον τὸν Φαρισαῖον, alii denique ἡ γὰρ ἐκεῖνος. Sensus est: Phariseum non esse absolutum a peccatis. Est enim ellipsis τῷ μᾶλλον, et more hebraeo per comparationem exprimitur negatio. Quanquam nec Graeci ab isto dicendi genere. Sic *Homerus*: βέλομ' ἐγὼ λαὸν σόν ἔμμεναι, ἢ ἀπολέσθαι, i. e. ἐκ ἀπολέσθαι. *Grotio* δικαιοῦν h. l. est *approbare*, ut saepius, ut sensus sit: magis probatam esse Deo humilem publicani, quamuis in peccata prolapsi, deprecationem, quam externam illam Pharisei sanctimoniam, cum superba quadam confidentia coniunctam.

15. sqq. Τότε προσηνέχθη κ. τ. λ.) Quae huc pertinent uide ad Matth. XIX, 13. sqq.

34. ἐδὸν τέτων συήκαν) Certa scilicet comprehensione. Verborum facilis erat intellectus; sed quomodo ea congruerent cum uaticiniis de Messia proditis, receptisque ea de re opinionibus, uidere non poterant. Itaque credibile est, eos interdum in dubitationem esse adductos, annon ista allegorice dicerentur.

CAP. XIX.

2. Ἀρχιτελώνης) ἀρχιτελώναι a societatibus portitorum constituebantur ex suo corpore, ut curam haberent omnium rerum et rationum ad societatem pertinentium; et quasi praefecti societatis erant. Non erant *publicani*. Hi enim erant equites Romani, nobili genere oriundi, iique locupletissimi, qui totius prouinciae uectigalia redimebant. Portitores uero erant eorum administri, qui in tabernis sedebant, et singula uectigalia exigebant. Vid. notata ad Matth. IX, 10. Plerique portitores fuisse uidentur pagani.

3. τις ἑς) Fama notum uultu noscere cupiebat. ἀπὸ τῆ ὄχλης) *prae turba*. Nam praepositio ἀπὸ h. l. Hebraeorum ἢ respondet. Sed et apud Philonem eo sensu occurrit. Vid. *Loesn.*

4. συκομορέα) συκόμορος, συκάμινος, συκομορέα, eandem arborem significant, quae et μόρος et μορέα, et fructus συκάμινα, et συκόμορα et μόρα. Sed eiusdem appellationis arbor alia quaedam perhibetur, quam Latini Aegyptiacam ficum appellant; illam autem alteram *morum*. Vid. *Athenaeus* L. II. αἱ ἐκείνης) sc. ὄδῳ. Quod illac perrecturus esset.

5. ἐν τῷ ὀικῶ σὺ δεῖ με μῆναι) Nulli unquam condixit Christus non uocatus, nisi ei, qui prae uerecundia uocare non audebat.

8. ἴ. — ἐσυκοφάντησα) *Si quem defraudauit.* Συκοφάντης est, qui praetextu legibus inferuendi, suis commodis uelitur. Notum συκοφάντας Athenis dictos, qui indicabant eos, qui *ficus* ex Attica deportassent. (Vetitum enim erat olim τῦκα ἐξάγειν ἐκ τῆς Ἀττικῆς, τῶ φύτῳ κατ' ἀρχὰς θανατοζομένῳ) Vfus deinde obtinuit, ut generatim quilibet συκοφαντεῖν diceretur, qui *occasione muneris sui ansam capiebat ad plus iusto extorquendum*; quod et hodie haud raro facere solent, qui uectigalibus publicis exigendis praesunt. Ita optime ad usum Graeciae τὸ συκοφαντεῖν Publicanis conuenit, qui quod alterius, uel alienum erat, dolosis artibus suum facere, et per calumnias fraudulenter ad se rapere didicerant. ἀποδίδομι τὸ τετραπλῆν) *Restituam ei quadruplum.* Lege Mosis debebat duplum aut quadruplum restituere, qui coram iudice iuratus atque damnatus fuisset: qui uero ipse ultro peccatum suum agnouisset, simplum soluebat, quod abstulerat. Ex. XXII, 1. 9. Publicanus autem paratus erat non tantum iniuste acquisita restituere, sed et insuper poena triplici se damnabat.

9. πρὸς αὐτὸν) De illo; non illum alloquens, sed de illo loquens. τῷ ὀικῶ τέτρω) Synecdochice. Domus enim pro *patrefamilias* dicitur. καθότι καὶ αὐτὸς υἱὸς Ἀβραάμ ἐστιν) Sensus esse uidetur: Homo iste, quamuis antehac ob uitam impuram indignus, qui Abrahami nepos diceretur, iam per poenitentiam ius dignitatis pristinae recuperauit, natalibus quasi redditus apud Deum, ac proinde non minus nepos Abrahami

rahami censendus in posterum, quam qui optimo iure. Erat enim Iudaeus quidem, sed haecenus fuerat ἀμαρτωλός, uiuens ἥρωως. Si uero Zachaeus fuit homo paganus, quales erant plerique portitores, tropice haec erunt capienda: tractatur a Deo ac si esset filius Abrahami.

11. προσθεὶς εἶπε) addens dixit, pro προσέθετο καὶ εἶπε. καὶ δοκεῖν — ἀναφάνεσθαι) βασιλεία τῆ θς h. l. est *extremum illud, solenne et gloriosum Iesu Christi regnum*. Qui Iesum tum audiebant, in ea erant opinione, eum confestim ostensurum esse se in maiestate sua et regio splendore. Dixerat nempe Iesus u. 10. se ideo uenisse, ut miseros redderet felices. Hinc audientes haec (ταῦτα) concipiebant spem, fore, ut iis mox externo quodam modo opem ferret, eosque a iugo illo dominii Romani liberaret. Ipse autem hac parabola docet, se prius obiturum ex his terris, et plura demum post secula e coelo rediturum.

12. ἀνθρώπος τις — ὑπερέψαι) Sic Christus peracto munere in his terris profectus est in coelum, ad summam gloriam et maiestatem euectus; rediturus est autem in fine huius mundi distributurus cuique pro suis factis aeterna praemia.

13. καλέσας — μνα) Numerus denarius in applicatione parabolae est tantum multitudinis index. Christus ante abitum et discipulos ad munus docendi Euangelium instruxit, et tunc aliis dona uarie distribuit. Verbum πραγματεύεσθαι denotat *res et negotia gerere*, uel rebus et negotiis gerendis occupari. Hic autem est *negotiis quaestiuosis καὶ χρηματιστικῶς occupari, in aliqua re ad lucrum negotiari, pecuniam collocare*.

Omnibus modis illud agendum, ut quam quisque dotem habet, ea recte utatur, ad lucrum Domini. Quanquam enim Christus Dominus noster nullius rei est indigus, pro sua tamen erga genus humanum charitate fitit omnium salutem, magnoque sese lucro auctum existimat, si homo per hominem resipiscat a uitiiis, et ad uerae pietatis studium conuertatur, ut habeat quod in utroque remuneretur, et eo qui iuuat beneficio, et eo qui adiutus est.

14. δι δὲ — ἐφ' ἡμᾶς) Iudaei, qui inprimis Messiam omnibus modis colere, et in uindicando eius regno ei adesse debebant, non solum nullam opem addiderunt, uerum etiam obstiterunt, quod is aduersaretur ipsorum prauis cupiditatibus. Οἱ πολλοὶ αὐτῷ, *populares eius*. Illud de legatione et alia adduntur ad dilatandam et ornandam narrationem.

15. seqq. Ad haec et sequentia cf. dicta ad Matth. XXV, 19. seqq.

17. ἐπάνω δέκα πλέων) Praefectura hic non laboris, sed *honoris* habet significationem.

20. ἐν σβδαρίῳ) Latini *sudarium* usurpant pro *linteo*, quo sudor faciei detergitur et nares purgantur. A Latinis uox ista transiit non modo ad Graecos, ut docet nos Pollux, sed et in *Syriacum et Iudaicum idioma*, sensu nonnihil producto extra originem, ut סודר uel סודרה *lintheum quoduis* significat.

21. αἶρεις — ἔθνηκας) Quamuis hic ut prouerbialiter dictum, de qualibet iniusta ablatione rei alienae accipi possit

fit, proprie tamen ualet de eo, qui res ab aliis amissas, si inuenerit, sibi uindicat. Aelian. V. H. IV, c. 1. *Vir Biblius, si in uia in aliquid inciderit, εἰδὲν ὧν μὴ κατέθετο ἀναρπῆται, nihil tollit, quod non deposuit.*

22. ἐκ τῆς ζήματός σου) Prouerbiale. Sensus est: *Arripio, quod dicis.* Cic. Verr. 7. *Tua te oratione accuso.*

23. διατί — ἐπὶ τράπεζαν) *Quare non locasti pecuniam meam mensariis?* Nam τράπεζα saepe ponitur pro mensario.

24. τοῖς παρεσῶσιν) *Ministris suis.*

28. ἐπορεύετο ἔμπροσθεν) *Ducis in morem ante turbam gradiebatur.* Ita Beza; Grotius, aliique, ut sensus sit, Christum alacriter ad mortem pergentem timentibus discipulis praeiuisse. Sed uide quae Κυρκε ad h. l. contra monuit, qui uertit: *Uterius progrediebatur, iter suum continuabat.*

37. πρὸς τῆ καταβάσει τῆ ὄρας) Vbi iam ante oculos erat urbs regia. πλῆθος τῶν μαθητῶν) Qui scilicet miraculis excitati e Galilaea Christum sequebantur.

38. εἰρήνη ἐν ἔρανῳ) εἰρήνη, □ Ω, felicitas. Simplissima explicatio esse uidetur: Prosperitas regis Messiae regnique eius in coelo procuratur.

39. ἀπὸ τῆ ὄχλης) Turbae permixti, ut ferme solebant, insidiandi caussa. ἐπιτίμησον — σου) i. e. Ne patiaris aures tuas titillari huiusmodi elogiis et acclamationibus.

40. ὅτι — δι λίθοι κερράζονται) i. e. *Non potest fieri, ut doctrina et miracula mea non agnoscantur. Malignorum in ea re aestimatorum silentium uel a lapidibus redarguetur.*

Prouerbiale et hyperbolicum loquendi genus, quale et apud Profanos haud raro occurrit. *Ouid. Metam. II. 696. Tulus eas; lapis iste prius tua furta loquetur. Virgil. Ecl. V, 28. Montesque feri fluaeque loquentur. Vbi Seruius: hyperbolice dictum, quum res eiusmodi est, ut nulla ratione celari, aut occulta manere possit.*

41. ἰδῶν — αὐτῆ) Ab imagine praeuisae eius uastationis.

42. λέγων ὅτι) Illud ὅτι est αἰτιολογικὸν τῷ εἰπωμένῳ, ostendit enim, reddi a Christo causam fletus. εἰ ἔγνω) τὰ εἰ plerique interpretes uolunt esse optantis, et uertunt: *utinam. Pricaeo* uidetur esse sermo defectiuus, et suppleendum: non tam secure dormires in peccatorum ueterno; uel (ut Matth. XI, 21.) poenitentiam in cinere et cilicio ageres. *DONATUS* in Terentii Eunuch. III, 3. *Conceditur secum loquentibus multa transcendere, quae tacite intelligunt.* καὶ οὖ) Vel tu, urbs illa supra omnes terrae urbes Deo dilecta, urbs Daudidis, urbs regia, urbs sacris dicata. καί γε ἐν τῇ ἡμέρᾳ σὺ ταύτῃ) Si non haecenus, nunc saltem, die tuo, i. e. tempore tibi opportuno, laeto et fausto. Sic *Polybius XVII. 18. βασιλεῦ, φεύγειν δι' πολέμοιο, μὴ παρῆς τὸν καιρὸν, ἢ μένειν ἡμᾶς οἱ βάρβαροι. σὴ νῦν ἔστιν ἡμέρα, σὸς δὲ καιρὸς. Seneca Medea: Meus dies est: tempore accepto utimur. Statius Sylu. II. 7. 20. Vestra est ista dies, fauete Musae. τὰ πρὸς εἰρήνην σὺ) Sc. ὄντα, s. ἀνέκοντα. *Quae ad salutem tuam pertinent.* νῦν δὲ ἐκρύβη ἀπὸ ὀφθαλμῶν σὺ) i. e. *latent te*, ignorantia nimirum inexcusabili, quia lucem oblatam, imo ingestam, fastidiose respuis.*

43. ὅτι ἤξουσιν — χάρακά σοι) *Veniet tempus, quum inimici tui circumiicient tibi uallum, s. obsidebunt te.* Καὶ h. l. per *quum*, siue relatiue *quo* uertendum est. Formula loquendi ἤξουσιν ἡμ. ε. σε exprimit improuisam mali adreptionem. Χάραξ *uallum* significat, quo et castra et urbes circumdari solebant; at saepe quoque synecdochice ponitur pro *castris*. Manifesto autem hic praedicitur obsidium Hierosolymorum per Romanos, qui prius aggere structo, deinde muro aedificato, urbem cinxerunt. *Ioseph. B. I. V. 6. 2.* καὶ περικυλώσασί σε) Iudaei per cuniculos ignem immittentes, comburebant aggeres; quapropter *muro totam urbem cingere coeperunt Romani*, quod hic dicitur περικυλώσασί σε. l. c. cap. 12. §. 1. καὶ συνέξασί σε πάντοθεν) *Te undique affigent, prement, uel potius: obsidione cingent*; nam propria huius uerbi significatio esse uidetur: undique *circumdare, cohibere, coercere*; unde apud Iosephum συνοχὰ. *ambitus, quo aliquid undique circumdatur.* Vid. *Krebs.*

44. ἰδαφιῶσί σε) i. e. ἕως τῷ ἰδάφωσ ἀρεσί σε, *delebunt te funditus, et aequabunt solo*; est enim ἰδαφος *solum et pauimentum*, et dicitur hoc de urbe. καὶ τὰ τέκνα αὐτῆ ἐν σοί) τέκνα ἱερουσαλήμ sunt *habitatores et incolae Hierosolymorum*; et est in his uerbis Syllepsis; nam paullo aliter τὰ ἰδαφιῶσθαι de urbe dicitur, quae solo aequatur; aliter de hominibus, qui *solo alliduntur* Pl. CXXXVII, 9. aliisque locis. De strage ista legendus est *Iosephus.* καὶ ἕκ ἀφήγησιν ἐν σοὶ λίθων ἐπὶ λίθω) Mos loquendi prouerbialis et hyperbolicus, quo *summa uastatio* intelligitur. τὸν καιρὸν τῆς ἐπισκοπῆς σε) *tempus oblatae salutis.* Ἐπισκοπῆ ποχ est media, quae modo ad poenas, modo ad beneficia pertinet, ut Hebraeum פקדון.

48. ὁ λαὸς γὰρ ἅπας ἐξεκρέματο αὐτῷ ἀκούων) *Totus populus pendebat ab eo, eum audiens.* Post ἀκούων suppleendum αὐτῷ. Magna huius formae loquendi uis est, ut nimirum declaretur, populum, captum diuina Christi non tantum docendi ratione, sed et dicendi suauitate tanto studio et assiduitate audiuisse eius sermones, ut ex eo pendere uideretur. Latinis etiam *pendere* dicuntur, qui summa cum attentione audiunt. Virgilius: *Pendentque iterum narrantis ab ore.*

CAP. XX.

1. Ἐπίσησαν εἰ ἀρχιερεῖς) Ἐπισηναί τιμι etiam hanc habet uim, ut denotet, *praeter opinionem, improuifum aduenire,* ut Gronou. ad Arrian. II. 3. obseruat. Hanc uim id uerbum aliquoties habet etiam apud *Philonem* et *Iosephum*, ut patet ex locis a Krefbio et Loesnero allatis. ὁδὲ τοῖς πρεσβυτέροις) *Vna cum Synedrii affessoribus.* Hac descriptione indicatur, eos misisse legationem ad Christum. Ad frequentia uid. notata ad Matth. XXI, 23. sqq.

19. πρὸς αὐτὸς) *de ipsis, i. e. quod illa similitudine ipsos petiisset.*

20. παρατηρήσαντες) *Obferuantes, i. e. captantes (eum.)* Ponitur enim τὸ παρατηρεῖν hoc loco in uitio. ἐγκαθέτες) *Vulg. infidiatores.* Ἐγκαθετοί, qui subsidunt in loco occulto, in quem se demiserunt ad infidias aliis struendas. Homines subdoli, et clam adrepentes ad nocendum. Suidas: ἐγκαθετος, δόλιος, κατάσκοπος. ὑποκρινουμένως — εἶναι) *Qui se bonos simularent.* Δίκαιοι nempe sunt ἀγαθοί, χρηστοί. Simulabant, se esse, ut dici solet, tenerae conscientiae, qui proinde

inde de quaestionibus omnibus, ad conscientiam pertinentibus, plene cuperent edoceri. *ἵνα — λόγῳ*) *Vt carperent, s. reprehenderent sermonem eius.* Genitiuus αὐτοῦ, transpositus est, et ἐπιλαμβάνονται ad uocem λόγῳ pertinet. τῇ ἀρχῇ καὶ τῇ ἐξουσίᾳ τῷ ἡγεμόνῳ) Periphrastice: *praefidi et magistratui, penes quem erat summa potestas.* Quum de sacris controuersiae ad opprimendos innocentes non sufficiunt, solent quaedam captari ad rempublicam pertinentia.

21. ὁρθῶς λέγεις καὶ διδάσκεις) Quae in Sacerdotes et Scribas modo dixisti, uera et certa sunt; recte iudicasti; in tuam concedimus sententiam.

23. τὴν πανουργίαν) *astutiam, calliditatem.* Interdum in bonam partem sumitur pro *solertia*, plerumque autem, ut hic, in malam.

27. οἱ ἀντιλέγοντες ἀνάσσειν μὴ εἶναι) *Qui resurrectionem esse negabant.* Thucyd. III. 41. ἀντέλεγε μὴ ἀποκτεῖναι, *negauit occidendos esse.* Ex idiotismo linguae graecae, in qua post uerba negandi et prohibendi μὴ et εἴ saepe uacant.

34. οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου) *Qui uitam hanc mortalem agunt,* quibus opponuntur οἱ υἱοὶ τῆς ἀνασκασεως.

36. ἰσαγγελοι γάρ εἰσι) *Vox ficta ad similitudinem ἰσοθῆς.* Bene autem dixit ἰσαγγέλως, quia angeli in sacris litteris filii Dei uocantur, ob diuinae felicitatis et gloriae participationem. καὶ υἱοὶ εἰσὶν τοῦ Θεοῦ) *Atque adeo sunt Dei similes.* Hoc ita accipiendum esse e contextu apparet. Non inibunt matrimonia; non morientur; erunt enim Spirituum, angelorum, adeoque Dei similes. *Vt Deus non habet corpus*

pus quod destrui potest, sic et hi non habebunt tale corpus
 τῆς ἀναστάσεως υἱοὶ ὄντες) *Qui participes erunt resurrectionis,*
 ex noto Hebraismo, quo *filius* alicuius rei esse dicitur, qui
 cum illa est coniunctus.

37. ἐπὶ τῆς βάρῃ) Brevis locutio, i. e. ubi illam de *rubo*
 narrat historiam. ὡς λέγει κύριον). Narrando scilicet,
 quod Deus dixerat.

38. πάντες γὰρ αὐτῷ ᾤωνται) i. e. *Omnes toti ab ipso pen-*
dent. Phrasis *Deo uiuere*, multa continet, sc. pendere a
 Deo; ad uoluntatem Dei uiuere etc. Quia omnes homines
 a Deo pendent, ergo potest etiam mortuos considerare ut
 uiuos, eosque reuocare in uitam,

47. προφάσει) i. e. εἰς πρόφασιν, ut praetextum aliquem
 habeant emungendi homines, longas preces concipiunt, at-
 que id scilicet aliis imputant.

CAP. XXI.

4. Ἐἰς τὰ θῶρα τῆ θειῆ) *Dona Dei* uocat ipsum gazophyla-
 cium, in quod ea mittebantur, quae Deo donabantur. Ideo
 uocatur *Corban*, i. e. *donum*, ex re contenta.

5. ὅτι λίθοις — κειβόμενται) Ἐκ λίθων λευκῶν τε καὶ πολυτε-
 λῶν καὶ κρατερῶν, ut Iosephus loquitur. Ἄναθήματα sunt
 quaelibet *munera* s. *dona*, quae Diis, uel uero Deo dica-
 bantur. De his donariis multa loca Veterum habet *Wet-*
stenius. Inter ἀναθήματα templi Hierosolymitani erat mensa,
 donata a *Ptolomaeo*; sed maxime eminebat uitis illa aurea,
 cuius et Tacitus meminit, ab *Herode M.* donata templo.
 Ad totum, qui sequitur, locum cf. Matth. XXIV.

6. ταῦτα ἂ θεωρεῖτε) i. e. τῶτων, ἂ θεωρεῖτε, ut saepe in his libris; sed et Latini ita loquuntur, ut notum est.

8. ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου) nomen meum usurpantes. ἴτε ἐγὼ εἰμι) Nempe *Messias*, ut ἴτε sit nota orationis μιμητικῆς.

9. ἀκαταστασίας) *Perturbationes, tumultuationes.* Intellegitur status turbulentus, qui ex seditionibus inprimis et diffensionibus ciuilibus oritur, quum ciuibus in factiones diremtis, silent leges, et ui pleraque aguntur; quibus malis Iudaeos ante internecionem gentis misere esse uexatos nemo ignorat.

11. φόβητρά τε καὶ σημεῖα ἀπ' οὐρανῶ μεγάλα ἔσονται) *Res incutientes metum, seu iniicientes terrorem, et coelestia signa magna erunt.* Per σημεῖα intelliguntur phaenomena cuiuscunque generis. Ab his non differunt φόβητρα, terriculamenta. Nam phaenomena in aëre obuia uim perterrefaciendi habent.

13. ἀποβήσεται — μαρτύριον) Sc. αὐτοῖς, ut addit Marcus, c. XIII, 9. *Eueniet uobis hoc in testimonium impietatis eorum.* Impietas erat in eo, quod Apostolos et alios doctores religionis christianae affligebant. Eo ipso quod innocentes iniuriis afficiebant, impietatem ostendebant.

14. θείθε — ἀπολογηθῆναι) *Animis igitur uestris hoc penitus mandate, non esse uobis praemeditanda ea, quae ad defensionem spectant.* Ἀπολογηθῆναι, i. e. τὰ εἰς ἀπολογία.

15. εἶμα) os, i. e. facultatem loquendi, siue quod loquamini. Aperte autem, urgentibus eiusmodi periculis, discipulis suis pollicetur Christus, se εἶμα καὶ σοφίαν daturum.
quum

quum capitis cauffam agentibus, etfi innocentibus, perfaepe et lingua haereat metu, et formido fapientiam expectoret. ἢ ἔ δουήσονται ἀντιπεῖν κ. τ. λ.) Cui nihil contradici poffit, quod ueri habeat fpeciem.

19. ἐν τῇ — κτήσασθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν) *Per perfeuerantiam ueftram conferuate, f. conferuabitis uitas ueftras.* Si κτήσασθε uera est lectio, imperatiuus pofitus eft pro futuro, ut in λύσατε Io. II, 19. et alibi. Sed melior eft lectio κτήσασθε, quam nonnulli Codd. Verff. et Patres habent. Κτᾶσθαι autem, et quod Syrus hic habet אקקו est: *acquirere, uel potius conferuare.*

23. ἔσαι γὰρ ἀνάγκη μεγάλη) *Calamitas magna.* Vox ἀνάγκη in notione *calamitatis, miseriae,* respondet Hebraicae ארצ, neque tamen ea uis aliis fcriptoribus plane infolens reperitur, ut probant exempla a *Krebsio* et *Loesnero* allata. ἐργῶ) *poena, animaduertifio.* Sic *Demofth.* in Phorm. ὑμῶν ἐργῶ μεγάλη καὶ τιμωρία ὑπόκειται.

24. πεσῶνται εἰς μάχαιρας) *Peribunt gladio. Aciem gladii* Hebraei uocant ארץ פ' et LXX. εἶμα μαχαίρας. καὶ Ἱερουσαλήμ ἔσαι καταυμένη ὑπὸ ἐθνῶν) *In populum Hierofolymitanum barbarae gentes exercebunt imperium, etiam cum ipforum ignominia.* καταῖν h. l. eft *ignominiofe tractare.* Sic apud *Plutarchum* de difcr. am. et adul. adulator ad quaeuis indecora et inhonesta ministeria paratus, ἀπόχρησαι, αἰτ, πᾶτῆτον, *utere calca.* Romani non paffi funt urbem reaedificari; difperferunt Iudaeos, et formam Iudaicae ciuitatis fufulerunt. Frequentibus rebellionibus ipfi Iudaei effecerunt, ut, femel uafata eorum urbe, duriffime tractarentur.

καιροὶ ἰθῦν) Tempora, quibus passurus est Deus Iudaeorum nationem premi et affligi a gentibus aliis.

25. καὶ ἐπὶ — ἀπορία) *Et nationes in terra in magnis angustiis erunt prae consilii inopia.* Hesychius: συνοχὴ, ταραχὴ, ἀδημονία. Ἀπορία hic est consilii inopia ea, illa mentis fluctuatio, quae magnis malis impendentibus superuenire solet. Ad rem quod attinet, cf. Matth. XXIV, 29. *ἠχώσους θαλάσσης καὶ σάλυς*) *Sonante s. strepente mari et fluctu.* Post σάλυς aut suppleendum ὄντος, aut per Hendyadin explicandum, pro: ἠχώοντος σάλυς θαλάσσης.

26. ἀποψυχόντων — δεικνύμενη) *Hominibus exanimatis metu et expectatione eorum etc.* Sic apud Iosephum L. b. XIX. de B. I. c. I, §. 25. Γαίος ὑπὸ τῆ πολλῆ τῶν τραυμάτων ἀποψυχθεὶς ἔκειτο, *Caius, multis uulneribus confossus, exanimis iacebat.* Ἀποψύχειν proprie est mori, animam efflare. At haec Lucae locutio hyperbolica est, ad magnitudinem et excessum pauoris significandum. Προσδοκία autem h. l. accipitur *de metu imminentis mali*, more optimis scriptoribus recepto, ut ex Iosepho et Philone probant Krebsius et Loesnerus. αἱ δυνάμεις τῶν ἑρῶν) *Stellae.* Nam Pl. XXXIII, 6. Ies. XXXIV, 4. אַמְשׁ נְכַצׁ Alexandrinī interpretantur δυνάμεις, quae uox pro *copiis, exercitu* est apud Isocr. Pan. c. 37. Τὰς ἄνω δυνάμεις appellat Philo de sept. et Fest.

28. ἀναψάστε καὶ ἐπάρατε τὰς κεφαλὰς ὑμῶν) *Sententia uerborum est: Alacres ac laeti estote: bono animo; nihil timete.* Nam tollere et erigere. caput, signum est animi tranquillī et laeti, quum contra metuentes terram intueri so-

leant. Sic *laeti et erecti* dicuntur apud Cic. pro Font. c. II. *alacres et laeti*. διότι — ὑμῶν) Ἡ ἀπολύτρωσις, liberatio, nempe a persecutionibus Iudaicis. Sublato Synedrio liberius potuit propagari Euangelium. Apostoli, si Ioannem excipias, non protraxerunt uitam usque ad interitum ciuitatis Iudaicae. Sed praedixit Iesus haec eo consilio, ut Apostoli haec uaticinia alios docerent.

30. ὅταν προβάλωσιν ἤδη) sc. τὰ φύλλα. Sic προβάλλειν ἄνθος, *emittere florem* dixit Dioscorides. ἀφ' ἑαυτῶν) i. e. nullo monitore.

32. πάντα) Omnia illa, quae Iudaeos et excidium urbis spectant.

34. ἐν κραιπάλῃ καὶ μέθῃ) Magistri Graeci tradunt, hoc differre μέθην et κραιπάλην, quod μέθῃ fit ex praesenti potu animi alienatio, κραιπάλη, ut Plato loquitur, ἐκ τῆς προτερίας. Non dubium autem, quin sub uinolentiae nomine omne uitiorum genus hic denotetur, quod circa uoluptates occupatum est. Nam quia in ebrietate manifestius est detrimentum rationis, ideo ex illa specie genus totum intelligi datur.

36. καὶ σταθῆναι — ἑνώπιον) Tanquam coram iudice. Σταθῆναι autem hic non est simpliciter stare, sed cum humili fiducia stare, non damnari, absolui. Erant christiani nominis professores cincti quotidianis hostibus et multis mortis periculis expositi. Ergo recte uiuendum erat, ut praemiis afficerentur.

38. τᾶς ἡ λαὸς ἄρθρησε πρὸς αὐτὸν) *Vniuersus populus ad eum mane uentitabat, uel mane ei praesto erat.*

CAP. XXII.

3. Ἐμισήλαθε δὲ ὁ σατανᾶς εἰς Ἰούδαν) *Nulla nos necessitas cogit, ut opinemur, ὑπόκασιν* diabolicam motu locali et physico in Iudam se transtulisse; sed sensus est: *Iudam scelus plane diabolicum et atrocissimum iam animo concepisse.* Sicut enim, qui diuinis motibus pie obtemperant Spiritum inhabitantem accipere dicuntur; sic in eos, qui sceleratis suggestionibus consentiunt, Satanus dicitur intrasse.

4. καὶ τοῖς στρατηγοῖς) *Στρατηγοὶ* h. l. non sunt duces militiae, sed *praefecti templi*, ut etiam e u. 52. apparet. E more Iudaico Leuitae et sacerdotes excubias nocturnas in templo agebant alternatim. His excubiis praeerat unus, qui κατ' ἐξοχὴν praefectus templi dicebatur. Cum eo erant etiam nobiliores custodiam templi gubernantes. Vid. *Lightfoot* in h. l.

5. συνέθεντο αὐτῷ ἀργύριον δῆναι) *Polliciti sunt, se duros ei pecuniam.* Nam *συντίθεσθαι* haud raro significat, *aliquid sub conditione quadam promittere*, ut apud Iosephum, *Antiq. Lib. XIII, c. 4. §. 7.*

6. καὶ ἐξομολόγησε) *Ἐξομολογεῖν* h. l. uel est *spondere, uel conditionem accipere.* Vtroque sensu occurrit non semel apud Iosephum, ut ex locis a *Krebsio* allatis uidere est. ἄτερ ὄχλου) sc. *συπλοχῆς*, uel *συναχθέντος*, *conuolante, tumultuante*: et eo loco, ubi non posset clamare, auxilium petere.

16. ὅτι — ἐξ αὐτοῦ) Vulgat. *ex hoc non manducabo* εἰς ὅτι πληρωθῆ ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ) Videtur hoc dictum generaliter sic accipi posse, ut ostendat Christus, non futuram deinceps consuetudinem ipsorum in terris, humani et usitati conuietus, sed *secuturum in regno Dei*, uel etiam post resurrectionem *aliu conuietum perfectum*, uel conuersationem laetiozem. Cf. comma 18. et Matth. XXVI, 29.

20. τὸ ποτήριον ἢ καινὴ διαθήκη ἐν τῷ αἵματι μου) Breuis locutio; nam *poculum* h. l. est id, quod in poculo continetur, et *uinum* per metonymiam dicitur ipsum foedus, quum duntaxat sit foederis symbolum. Sensus est: *Institutione huius sacri ritus simul instituo nouam religionis formam, quae sanguine meo, i. e. morte mea iam sancitur.* τὸ ὑπὲρ ὁμῶν ἐκχυνόμενον) Participium ἐκχυνόμενον non est construendum cum uoce ποτήριον. Quanquam enim *effundere poculum* dici possit, pro *effundere id, quod poculo continetur*, nimium tamen dura esset phrasif, si *poculum pro hominibus effusum esse* diceretur, quum in s. coena poculum non effusum, sed bibendo exhaustum, in cruce uero sanguis non ex poculo, sed e corpore Christi effusus sit. Ergo ex regulis Grammatices dicendum fuisset, τῷ ἐκχυνόμενῳ, ut τῷ αἵματι responderet; sed tales constructiones, a Grammaticorum praeceptiunculis nalde discrepantes, apud Auctores profanos, qui tamen diligenter scribendi laudem aucupati sunt, multae occurrunt. Exempla quaedam exhibent *Wetstenius* et *Krebsius* ad h. l.

21. ἡ χεὶρ τοῦ παραδιδόντος με) Manus proditoris in mensa cum Christo esse dicitur, quia cibum cum Christo communem sumebat.

22. πορεύεται) sc. εἰς θάνατον, ut infr. comm. 33. *Moritur.* Graeci dicunt ἀπέρχεσθαι, διχέσθαι, Latine *abire pro mori.* Hebr. ָלָה.

24. ἐγένετο) Recte h. l. uertitur: *fuerat*; uix enim credibile est, tam luctuoso tempore uacasse animos ambizioso certamini. Cf. Matth. XX, 20. sqq. τίς αὐτῶν δοκεῖ εἶναι) pro: τίς αὐτῶν ἐστίν.

25. ἐνεργείται καλεῖται) Saepe apud *Iosephum* et *Philonem* reperias hoc nomine appellari Romanos Imperatores. Datur et aliis regibus, ut apud *Plutarchum* de se laudando; item apud *Isocratem* Panathenaico etc. Significat Christus, nomina talia saepe ab iis affectari, qui re ipsa suis magis, quam alienis commodis consulant.

26. ὑμεῖς δὲ ἔχ' ἕτως) Sc. ποιῆτε, quod post uocem ἕτως frequenter supprimitur. ἔλλ' ὁ μείζων — νεώτερος) *Sed qui primus dignitate esse uult inter uos, ita se gerat, tanquam esset ultimus.* Μεγίστων compar. pro superlat. *maximus, princeps, primus dignitate.* Νεώτερος uī oppositionis est *ultimus, infimus.* Potest etiam ὁ μείζων esse *senior*, et ὁ νεώτερος *iunior.*

28. ὑμεῖς δὲ ἕως δι' διαμεμενηβτες μετ' ἐμῶ) Quasi dicat, haëtenus res ueitrae satis recte se habent: uos alloquor, qui a proditione abhorretis, qui haëtenus fideli animo me sectamini. ἐν τοῖς πειρασμοῖς μου) πειρασμοὶ hic dicuntur *res aduersae*, per quas constantia exploratur.

29. διατίθεμαι) διατίθεσθαι hic non est *testamento legare*, quippe quod Patri non conuenit, sed *pactō addicere*,

ut apparet ex 2 Paral. VII, 18. et Pf. LXXXIX. 3. secundum LXX. ubi Hebr. כרתִי ברִיתִי uertitur διεδέμην διαθήμην. Sensus est: Sicut Pater mihi regnum addixit, acquirendum per tolerantiam rerum aduersarum, ita et ego uobis addico gloriam regiae maiestati proximam, simili ratione acquirendam. Regnum scilicet, Apostolis promissum, non est ea maiestas, quae Christo promissa erat, sed ab adiuncto praemium superati laboris. Quemadmodum (inquit Christus) pater mihi, laboribus superatis praemium promisit: ita et ego uobis praemium promitto. Cf. 2 Tim. II, 12.

30. ἵνα ἐσθίετε — βασιλεία μου) Sensus est: Tum, quum regnabo, (in altera illa uita) uos gaudio et felicitate mecum fruemini. Nam edere et bibere in regno Messiae est imago gaudii et felicitatis. Cf. Matth. XIX, 28.

31. ἐξητήσατο ὑμᾶς) ἐξαιτήσθαι est postulare, ut sibi quis dedatur, seu deposcere aliquem ad poenam, quod multis locis probat Wetstenius. τὸ σινιάσαι ὡς τὸν σῆτον) quos cribraret sicut triticum, i. e. perturbaret, tentaret, laederet, pro arbitrio concuteret atque agigaret. Hesychius: σινιάσαι, σῆσαι, κοσκινῶσαι, concutere, cribrare. Hoc loco impropria est huius uerbi significatio, quam etiam Chrysostomus obseruat Homil. 82. in Matth. ubi σινιάσαι explicat per θορυβῆσαι, παράξαι, καὶ πειρᾶσαι, perturbare turbare et tentare. Cf. Amos. IX, 9. qui locus hic respici uidetur. Sensus igitur erit: Satanas cupit et optat: ut uos fluctuetis, instabiles fiatis, desinat esse constantes discipuli mei.

32. ἐδεήθην περὶ σοῦ) i. e. pro te, aliisque apostolis. *ἵνα μὴ ἐκλείπῃ ἡ πίστις σοῦ) ne deficiat fides tua, nempe in totum; id enim est hic ἐκλείπειν. καὶ σὺ ποτὲ ἐπιστρέψας εἰρήμιζον τοῖς ἀδελφοῖς σοῦ) Putant nonnulli, ex noto Hebraismo uerbum resoluendum esse in Aduerbium, ut hebr. כִּשְׁבָה, e. g. Pf. LXXXV, 6. (sec. Vers. LXX.) וְכִשְׁבָה תִּיָּדוּ, ἐπιστρέψας ζωώσεις ἡμᾶς, i. e. πάλιν ζωώσεις ἡμᾶς. Ita hic σὺ ποτὲ ἐπισ. εἰρ. esset σὺ ποτὲ πάλιν εἰρήμιζον. Tu quoque olim uicissim fratres confirma, i. e. da operam, ne in fide deficient, nempe pro ipsis orans, sicut ego pro te oro. Alii ἐπιστρέψας exponunt, conuersus, nempe ad poenitentiam, ut sensus sit: Tu, quum resipueris, fratres tuos, nempe reliquos Apostolos, et eos qui per te uel per illos ad religionem perducti fuerint, confirma, ne cadant nempe, aut faltem, quum ceciderint, tuo exemplo doce eos de uenia non desperare.*

36. ἀλλὰ νῦν, ὃ ἔχων βαλάντιον, ἀράτω) Haec et sequentia uerba nihil aliud continent, quam praedictionem instantium periculorum, quae opponuntur securitati prioris temporis. Solent autem prophetae tempora periculosa metaphorice significare, repraesentando ea, quae homines uulgo tunc faciunt, ut caueant periculum. Dicit ergo Christus: *Si quis crumenam habet, ne eam domi relinquat, sed secum ferat.* Quo significat, longo alia instare tempora, quam experti essent haecenus. Cf. Matth. X, 9. 10. ὁμοίως καὶ τήραν) Hoc dicitur per modum parentheseos; nam ad crumenam redit oratio. Sed obiter monet Christus, pera quoque opus fore, uictu alioqui defecturo. καὶ ὃ μὴ ἔχων) sc. βαλάντιον, quod habere solent, qui aliquid habent

pecuniae. *πολιούτω — μάχαιραν*) i. e. si alio pacto gladium nancisci non poterit, eum emat sibi uel per uenditionem uestis suae. Iterum haec Christi uerba intelligenda sunt non tanquam praecipientis quod fieri uellet, sed praedicentis, quod per securam necessitatem euenturum erat. Sensus igitur est: Egistis adhuc uitam tranquillam sine curis; nunc autem uita uestra curis, sollicitudinibus et periculis plena erit.

37. *ἔτι τῶτο*) Post multa alia a me tolerata iam illud ultimum restat, ut pro scelerato morti addicar, unde et illa sequentur, quae ad uos pertinent; nam magistri ignominia atque odium ad discipulos redundat. *καὶ γὰρ τὰ περὶ ἐμῆ τέλος ἔχει*) *Quae de me praedicta sunt, implentur.* *Τὰ περὶ ἐμῆ*, sc. *ὄντα*, *quae ad me spectant.* Quum autem paulo ante dicatur: *ἔτι τῶτο τὸ γεγραμμένον*, res ipsa docet, Christum per ea, *quae ad se spectabant*, uaticinia V. T. ad se pertinentia intelligere. Phrasis *τέλος ἔχει*, synonymica est cum praecedenti *τελεσθῆναι*. Loquendi ratio, *λαβεῖν τέλος* hoc sensu frequentissima Iosepho est, e. g. *Antiq. L. II. c. 5. §. 3.* de interpretatione somniorum, a Iosepho facta: *ταῦτα τέλος ἕμοιον εἶς ὁ Ἰώσηπος εἶπεν, ἀφοτέρους ἔλαβεν, haec somnia ita, ut Iosephus praedixerat, impleta sunt.* Et *τέλος* aliis quoque locis pro *rei praedicta euentu* est.

38. *ἰδὲ μάχαιραι ὡδε δύο*) Credibile est, quum iter e Galilaea ad urbem infestum esset latrociniis, multos ad urbem profectos cum gladiis, quod et ex Iosephi aliquot locis colligere est, qui et *Essenos* ait armatos incessisse latronum metu. Hunc morem secuti uidentur Apostoli, non omnes, sed ex omni numero duo, quorum alter fuisse *Petrus* uidetur,

videtur, qui mox gladio, ut suo utitur. *ἰκανόν ἐστὶ*) Est hoc loco silentium imponentis ac abitum parantis, ita ut et ruditatem ac simplicitatem pariter eorum auersatus sit. Nam hebr. *כִּנְיָן לָכֵן*, *fat uobis*, Hellenistae interdum uertunt *ἐχέτω ὑμῶν*, ut Num. XVI, 3. interdum *ἰκανήσθω*, aut *ἰκανὸν ἔστω*, Deut. III, 26. Nos eodem sensu dicere solemus: *Es ist gut! Genug von dieser Sache!*

41. *ἀπεσπάσθη ἀπ' αὐτῶν*) *abstraxit se ab illis* i. e. abcessit, siue abstitit ab eis.

42. *εἰ βόλει παρενεγκῆν*) *utinam uelles auferre*; nam ita *εἰ* interdum accipitur, etiam cum indicatio coniunctum. Hoc loquendi genus non intellectum, mutandae scripturae locum praebuit.

43. *ὠφθῆ* — *ἐνισχύσων αὐτοῦ*) Duo haec commata 43.44. absunt a Codd. quibusdam, et in duobus notata sunt asteriscis, quo signo, ea suspecta esse, ostenditur. Contra uero alii Codices longe plures, habent hos Versus etiam sine asteriscis. Vid. *Westen.* ad h. l. ex quo patet, in neutram partem posse pronuciari. Quum tamen Epiphanius notauerit, *Irenaeum* Sec. II. usum esse hoc testimonio, ut Christum uere hominem fuisse ostenderet, probabilior esse uideatur eorum sententia, qui putant locum a Lucae manu esse. Ad rem quod attinet, fuerunt, qui putarent fuisse allatum aliquid per angelum, quo corpus Christi recrearetur. Alii putarunt, angelum a Deo missum, in mandatis habuisse, ut animum Saluatoris solatio erigeret, animi dolorem mitigaret, et confirmaret, patrem eum non esse deserturum. Verbum *ἐνισχύσει* utramque explicationem admittit. Fuerunt etiam,

etiam, qui hoc ita intelligent, uisum oblatum esse Christo, quasi angelus coram eo staret, et animum eius roboraret. Verba omnino hanc interpretationem admittunt, ut patet ex iis, quae ad Matth. I, 20. de uario usu uocis ἄγγελος notaui-
mus. Sic legimus etiam Stephanum uiso coelesti corroboratum esse. Act. VII, 55. 56.

44. καὶ γενόμενος ἐν ἀγωνίᾳ) *Quum esset in angore.* Vox ἀγωνία magnum animi metum et trepidationem significat. 2 Maccab. III, 14. ἦν δὲ ἔ' μικρὰ κατὰ τὴν πόλιν ἀγωνία, non parua erat trepidatio in urbe. Quo sensu aliquoties apud Philonem etiam occurrit. ἐκτενέστερον προσήυχετο) *intentius orabat.* Augescente dolore intendebat uim precationis, gestu quoque id ipsum exprimens; nam antea genua flexerat, nunc toto corpore in terram procumbit, ut ex Matthaeo et Marco discimus. ἐγένετο δὲ ὁ ἰδρῶς αὐτοῦ ὡσεὶ θρόμβοι αἵματος) *Erat autem sudor eius quasi grumi sanguinis.* Nihil aliud exprimere Euangelista uoluit, quam sudoris copiam ex animi summa perturbatione abortam. Sic αἵματι κλάειν, et αἵματι ἰδρῆν, ἐπὶ τῶν σφόδρα ἀγωνιῶντων proverbialiter dici solere, ex Zenodoto et Diogeniano notat Photius epist. 138. Θρόμβος Galeno et Hesychio est αἷμα πεπηγός, Latinis *grumus*. Talem autem fuisse Christi sudorem ait Lucas, non quod sanguineus fuerit; (nam, ut recte *Theophylactus* et *Euthymius* notat, non dictum est: ἐγένετο ἰδρῶς αἵματος, sed ἐγένετο ὁ ἰδρῶς αὐτοῦ, ὡσεὶ θρόμβοι αἵματος.) sed quod magnorum sudorum guttae crassiores et grandiores soleant esse, quales sunt sanguineae. Quaeritur, quanam fuerit angoris huius, quem Christus sensit, causa? Metuit Iesus iustantes sibi perperiones et calamitates,

τὸ ποτήριον τούτο, u. 42. Sed non simpliciter meruit dolores aut mortem, uti nos eam amore uitae metuimus; sic enim Iesus multis hominibus fuisset inferior. Videtur potius ideo tremuisse, quoniam dubitauerit, an etiam hoc opus omne per tot dolores ad finem usque superaturus esset. Concludi potest hoc ex loco simili Matth. XXVII, 46. Nec mirum si talis sensus in animo Iesu ortus est; nam ab eo opere pependit salus humani generis, peccatorum remissio, futura doctrinae propagatio, noua plane nouae oeconomiae institutio etc.

51. εἴτε, ἕως τούτου) *Definite, satis est, uel sufficiat uos huc usque processisse.* Post illud εἴτε distinctio ponenda, et post τούτου subaudiendum uidetur ἀπόχρη, uel ἰκανόν ἐστι. Ita Christus discipulos suos alloquitur. Kypke post *Doddriggium* uerba haec ad homines, qui Christum captiuum abducturi uenerant, dicta putat, et uertit: *desistite haecenus, i. e. liberum me eo usque relinquitte, donec hominem, cui auris abscissa est, sanauero.* Ita post εἴτε subaudienda esset uocula μὲ desistite a me; post ἕως τούτου uero supplenda esset uox χάρις. Sed facilius mihi uidetur prior explicatio.

53. αὕτη ὑμῶν ἐστὶν ἡ ὥρα) ὥρα ὑμῶν, *tempus uobis fauens et maxime opportunum.* Philo Leg. ad Caium: εὐδὲς, ἴκε, νῦν δὲ καὶ ρῆς ἐστὶν Ἑλικῶν. ἐπέγειρε σαυτὸν. *Tuum nunc tempus est, Helicon, ait, excita te ipsum.* Martial. Ep. X, 19. *Haec hora est tua, quum furit Lyaeus.* Silius Il. XII, 193. *dexter Deus, horaque nostra est.* Nam *dies* (i. e. *tempus*) alicuius solet dici ille, in quo nactus est potestatem ad libitum agendi

agendi suum. καὶ ἡ ἑξουσία τῶ σκότους) Potestas concessa tenebris ad lucem premendam, i. e. sceleribus aduersus innocentiam.

58. ἕτερος) *Alia ancilla.* Vnusquisque siue fit hominum seu deorum, seu quicumque fit, siue mas siue foemina, quoties ad sententiam nihil interest, quo quis sexu fit, proprie effertur genere masculino. Exempla apud optimos auctores, occurrunt innumera, quorum nonnulla laudat Wetstenius. ἄνθρωπε) Pro quo paullo ante, γυναί. Νῆπι ἄνθρωπος de muliere dici, docet *Vigerus* de Idiot. dict. Gr. c. 3. et Hoogeuenus in annott.

61. ἐβλεψε τῷ Πέτρῳ) Admonens illum tacite et inconsultae iactationis et maturandae poenitentiae.

63. καὶ δι ἄνδρες δι συνέχοντες) Lucas retrogreditur; nam historicorum more totam de Petro narrationem una serie exhibere uoluit.

66. ὡς ἐγένετο ἡμέρα) *Quum dies aduentaret.* συ- νήχθη) i. e. ἦν συναγόμενον.

68. εἰδὼν δὲ καὶ ἐρωτήσω) Si qua argumenta proponam, quibus me Christum probem. Argumentari enim Hebraei non minus quam Graeci solebant interrogando.

70. ὑμεῖς λέγετε) i. e. *rem dicitis*, ut apud *Xenophontem* αὐτὸς τῷτο λέγεις ὃ Σώκρατες. ὅτι ἐγὼ εἶμι) ὅτι est uox Christi, affirmantis, non repentis.

71. ἠκρίσαμεν ἀπὸ τῶ εἰματος αὐτοῦ) βλασφημίαν scilicet, quod expriment *Matthaeus* et *Marcus* perspicuitatis causa, quum

quum alioqui mos fuerit Hebraeorum βλασφημίαν silentio potius quam uerbo indicare.

CAP. XXIII.

I. Τὸ πλῆθος αὐτῶν) Ita uocat coetum senatorum.

2. τῦτον — τὸ ἔθνος) Voci ἔυρομεν, *inuenimus*, apprehendimus, hoc quidem loco inest *emphasis*. Dicunt nempe, se adducere Iesum non tantum facinoris *accusatum* s. *spectum*, sed etiam *confessum* et *conuictum*. Διασρέφειν τὸ ἔθνος h. l. est gentem *corrumpere*, in errores inducere, et *ad defectionem sollicitare*. Hanc posteriorem significationem satis probauit *Elsnerus*, quam etiam comm. 14. postulat. καὶ κωλύοντα καισαρι φόβος δίδουαι) Quia a Galilaea procefferat *Iudas*, huius dogmatis auctor, ideo confidenter obiciebant Christo crimen, et odiosum maxime Romanis, et in Galilaeo credibile.

3. σὺ λέγεις) Rem fassus est Iesus, sed addita, quam senatores supprefferant, distinctione; rex sum, inquit, sed non regni terrestris, quod Ioannes explicat.

4. ὁ δὲ Πιλάτος εἶπε) Nempe exiens ad Senatores foris expectantes, ut *Ioannes* nos docet. ἕδὲν εὐρίσκω αἴτιον) *Nullum crimen*. Videbat confessionem ita esse temperatam, ut crimen non contineret, probationes uidebat nullas. Ipse hominis habitus a regni affectati suspitione longe aberat.

5. ἐπισχύουσιν) *instabant*, contendebant, rem ita se habere. Ἐπισχύειν h. l. est *argumentis aliquid roborare*, dicta sua confirmare. ὅτι ἀνασείη τὸν λαόν, διδάσκων) Quum

non

non recipi a Pilato uiderent crimen regni affectati, ad aliud confugiunt, quod facti erat non ambigui, sed iuris habebat quaestionem. Docet, inquit, res quasdam nouas, neque congruentes cum receptis apud nos sententiis. Iam uero satis notum est, ea re populum commoueri solere, ac proinde hoc aduersari publicae tranquillitati, cuius tu custos es constitutus. ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας ἕως ὧδε) Si dubitas, inquirere potes, non per Iudaeam tantum, sed et per Galilaeam, nutricem seditiosorum hominum, quot ille disciplinae suae stipatores collegerit.

7. ἐκ τῆς ἐξουσίας Ἡρώδου) ex Herodis territorio; ita enim metonymice hic sumitur uox ἐξουσία. ἀνέπεμφεν αὐτὸν) Propriam Romani iuris uocem usurpauit hic Lucas; nam remittitur reus, qui alicubi comprehensus mittitur ad iudicem aut originis aut habitationis. Itaque Pilatus Herodi, ut tetrarchae eius loci, unde esse Iesus dicebatur, potestatem permittit, Iesum abducendi in Galilaeam, ibique, si uellet, cognoscendi de eius causa, ut fieri inter Romanos prouinciarum rectores solebat.

8. ἐξ ἰκανῶ) i. e. ἐκ χρόνων ἰκανῶν. ἤλπιέ τι σημεῖον ἰδεῖν ὑπ' αὐτῶ γινόμενον) Ut oculos et animum re noua pasceret, more aulae. At Deus non ita prodigus est potentiae suae, ut eam inferuire cupiat humanae curiositati. Res magna fit necesse est, propter quam naturae leges excedantur.

10. ἐυτόμως) acriter, uehementer. Sic uehementer accusare Plinius VI, 22. epist. dixit. Hieronymus: ἐυτόμως, ἰσχυρῶς.

11. ἰξεθενήσας δὲ αὐτὸν) Indignum sua magnitudine ratus, si crederetur metuisse hominem, neque armis, neque regnandi artibus instructum. αὐτὸν τοῖς κρατεύμασιν αὐτῆ) *Cum ministris suis*, ut recte uertit Syrus. Nam Hellenistae κρατιῶν et κράτευμα usurpant, ut Hebraei נָצַר pro quouis comitatu-
 (ἐμπαίλας) *Illudens ei*, ut homini fatuo. ἐσθῆτα λαμπρὰν) Vestem splendidiorē, quomodo et Iacobus appellat uestem hominum opulentiorum, uel potius *uestem albam*, ut hic habet Vulgata. Vestis alba ad ornatum fuit comparata. Hac igitur Iesus per irrisionem uidetur indutus esse.

12. προὔπηρχον γὰρ ἐν ἔχθρᾳ ὄντες) *Antea enim inimicitiae inter eos fuerant* — ob Galilaeos, ut credibile est, a Pilato nuper trucidatos; sed et alias facillime inter reges et Romanos praefides ex aemulatione odia nascebantur.

14. ὡς — λαθὼν) Ab obsequio nempe Caesari debito. Vid. supra comm. 2. ἀνακρίνας) ἀνακρίνειν iudicium est, pro potestate reos uel testes interrogantium.

16. παιδεύσας) παιδεύειν pro δαίρειν, respondet Latino *castigare*, quod h. l. est *flagellis caedere*.

23. οἱ δὲ ἐπέκειντο φωναῖς μεγάλαις) *Hi autem magnis clamoribus urgebant*. Sic Ioseph. Antiq. L. XX. c. 5. §. 3. μᾶλλον ἐπέκειντο βλασφημιῶντες, *magis conuitiis urgebant*.

24. ἐπέκρινε) *iudicio suo approbavit*. Varinus: ἐτίκρινω, τὸ κριθῆν βεβαιῶ.

28. μὴ κλαίετε ἐπ' ἐμῶ) Graeci dicunt κλαίειν ἐπὶ τινι et κλαίειν τινα, at LXX. etiam κλαίειν ἐπὶ τινι Num. XI, 13. Iud. XI, 37. 38. Respicit Christus morem hominum de suis

fuis, quam de alienis malis magis dolentium, quasi diceret: si calamitates, quae uobis impendent, uideretis, non uacaret uobis lacrimas mihi impendere.

29. ἐν αἰς ἐρῶσι) Indefinite: i. e. *quum dicitur.* μακάριαι — ἐθήλασαν) Nam in urbium direptionibus infantes ab uberibus matrum auelli, soloque allidi solent.

30. λέγειν τοῖς ὄρεσι. πέσετε ἐφ' ἡμᾶς) Vt nempe Romanorum furorē euadamus. Similia loca sunt *Hos. X, 8. Ief. II, 19.* Locutiones hae sunt quidem prouerbiales, at simul a Christo usurpatae sunt ad euentum singulorum significationem. Nam et matrum ea fuit miseria, ut suos ipsae natos prae fame manderent, et occupante urbem Romano exercitu, plurimi se in specus abdiderunt, ut apud *Iosephum* uidere est.

31. εἰ ἐν τῷ ὕγρῳ ξύλῳ ταῦτα ποιῶσιν, ἐν τῷ ξηρῷ τί γένησται;) Ποιῶσι, impersonaliter dictum. ξύλον puto hic non *lignum* esse uertendum, sed *arborem*; nam hebr. יָד et *arbor* est et *lignum*. Apoc. II, 7. XXII, 2. 4. *Si hoc fit in arbore uiridi, quid fiet in arida?* Sic Pl. I. *uir bonus uirenti arbori comparatur, contraque homines a pietate alieni* Christo et Baptistae uocantur arbores emortuae. Est etiam prouerbium Hebraeorum: Si fuerint duo ligna arida, et unum uiride, arida comburant uiride illud. Sensus uerborum Christi est hic: Si sic agitur cum homine undiquaque inculpato, quale exemplum edi conuenit in improbos, qui non potuerunt ad ullam bonam frugem adduci?

32. ἤγοντο — κακῆργοι) *Facinorosi*, i. e. λησται, Marc. XV, 27. Matth. XXVII, 38. 44. hoc quippe flagitium tunc

in

in Palaestina, quae tota *σηλαῶν ληστῶν* fiebat, maxime erat vulgare et infigne. Post uocem *δός* comma poni, et suppleri potest *nempe*; hoc modo: *ducebantur uero etiam alii δμο*, nempe facinorosi. Possunt etiam uerba *δοξαστικῶς* intelligi, non quod Christus etiam *κακῆργος* fuerit, sed quod ductus sit ut facinorosus ad supplicium; qui *μετὰ ἀνόμων ἐλογίσθη*. Marc. XV, 28.

33. *κρανίον*) Metonym. pro *κρανίῳ τέπος*. Vid. Matth. XXVII, 33.

34. *πάτερ, ἄφες αὐτοῖς*) Ne imputa, scilicet in hoc, ut poenitentiam illis praecudas, festinato exitio, aut plenissima obduratione. *εἰ γὰρ οἶδας τί ποίῃσι*) Facit hic Christus, quod solent deprecatores: omisso, quod in factio Iudaeorum erat accusandum, id refert, quod ad minuendam aliquo modo culpam pertinēbat. Erat quidem ignorantia crassa ac supina, adde etiam profecta ex multis uitiiis, sed tamen non extrema linea peccabant, qui in eum peccabant quem non pernouerant.

38. *γράμμασιν ἑλληνικῶς καὶ ῥωμαϊκῶς καὶ ἑβραϊκῶς*) *Graeco* sermone scripta erat haec *ἀγία*, ob maximam turbam Hellenistarum, quae ad pascha conuenerat; quanquam alioqui Graeco sermone a Macedonicis temporibus et in Palaestina Iudaei uicinaeque gentes affueuerant. *Latino* sermone scriptus erat titulus, ob maiestatem imperii; *Hebraeo*, ob locum, in quo supplicium sumebatur.

40. *εἰδὲ φοβῆ σὺ τὸν Θεόν*) *Ne tu quidem Deum times*. Qui miseris insultat, Deum contemnit. Potest etiam sensus esse: Nonne tu uis ad te redire, scelera tua agnoscere, et

ueniam rogare? ὅτι ἐν τῷ αὐτῷ κρίματι εἶ) *Quum idem supplicium patiaris*; nam κρίμα metonymice sumitur pro supplicio, quod latrones habebant cum Christo commune, quamquam disparibus meritis, ut statim subiicitur.

41. ἡμεῖς μὲν δικαίως) Sc. πάσχομεν. Δικαίως, merito, uel iure merito. Magnum est poenitentiae signum, in poena sua acquiescere. Accessit et alterum, corrigere peccantem, et tueri oppressum. εἰδὲν ἄτοπον ἔπραξε) *nihil improbum fecit*. Τὸ ἄτοπον quamcunque nequitiam et iniuriam, siue leuiorem siue atrociolem denotat, ut ex Versione LXX et Scriptoribus graecis demonstrarunt Viri docti. Hinc liquet, latronem hunc multa de rebus Iesu intellexisse, partim, ut credibile est, antequam caperetur, partim in ipso praetorio.

42. μνησθητί μου) Huiusmodi blandis compellationibus solent alios conciliare sibi, qui obuenturas iis res prosperas uidentur praeuidere sibi. Gen. XL, 14. ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου) i. e. εἰς βασιλ. σου, *quum regni illius tibi a Deo promissi possessionem fueris adeptus*. Audierat, ut credibile est, profitentem Iesum sibi regnum deberi, sed non huius mundi. Iam indignitatis suae memor, non magnos in eo regno honores sibi postulat, sed hoc tantum rogat, tui ut memor esse uelit, sciens regium esse, aliis benefacere.

43. ἀμὲν, ἀμὲν λέγω σοι) Ostendit Christus, se magni aliquid dicturum. σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ) Christus plus promittit, quam erat rogatus. Rogas, inquit, ut olim tui sim memor, quum regni possessionem acceperero;

ego tam diu non differam tua uota, sed partem et primitias speratae felicitatis tibi intra hunc ipsum diem repraesentabo: morere securus, a morte statim te diuina solatia expectant. Ceterum dubium non est, quin Christus ita locutus sit, quomodo se sciebat a latrone intelligi. Παράδεισος uox est *Perfica*. (Pollux IX, 13.) quanquam et Hebraei usurpant, ut Eccl. II, 5. Neh. II, 8. et denotat *agrum conseptum ac diligenter confitum, uiuarium, pomarium*. Hoc nomine etiam apud LXX interpretes designatur *hortus Edenis*. *Paradisus*, פֶּדֶס אֵדֶן postea apud Iudaeos uocatur locus amoenus, qui recipit animas piorum mortuorum, ibi manfuras, donec iterum corporibus iungantur, qui locus Graecis camporum Elyfiorum nomine uenit, (*Ioseph. de B. I. III. 8. 4.*) quae fuit Iosephi et Pharisaeorum sententia. Esseni autem, resurrectione corporum negata, animas piorum aeternum in Paradiso uicturas putabant *Ios. B. I. II, 8. 11.* Et Paradisum et Gehennam secundum Hebraeorum mentem ἐν ἄδης esse, monui supra ad c. XVI, 23. Christus his uerbis latroni promittit locum tutam et securum, tempore inter mortem et resurrectionem medio, et aeternum in coelis gaudium post resurrectionem. Veteribus Christianis discriminatas coeli et Paradisi regiones fuisse, docet ex *Tertull. Methodio, Origine*, aliisque *Wetstenius*, de hac re prolixè agens, in annotat. ad h. l.

46. παραθήσομαι) *Deponam*. Vulgata: *commendo*, quod idem esse uidetur cum *depono*. Pf. XXXI, 6. Sed apud Dauidem פָּתַח est uita, apud Christum ipsa mens hominis, quam Hebraei proprie eo nomine appellant.

47. ἰδόντες τὸν Θεόν) *agnouit Dei potentiam*.

48. δι συμπαρευόμενοι ἐπὶ τὴν θωρίαν ταύτην) Qui ad spectandum crucis supplicium conuenerant, ut fieri solet. θωρήντες τὰ γενόμενα) Solis deliquium extra naturae ordinem, uel saltem eius obscurationem, tremorem terrae, hominem uelut suo arbitrio expirantem. τύπτοντες ἑαυτῶν τὰ στήθη) Incipiente iam pungi conscientia, quam postea sermo apostolicus magis excitauit.

51. ὅτος ἔκ ἧν συγκαταθεθείμενος) *Ad eorum consilium non accesserat.* Eleganter enim συγκατατίθεσθαι dicitur pro *assentire, alicuius sententiae subscribere*, metaphora ducta a calculis eorum, qui rationes subducunt, aut suffragia ferunt, quo sensu aliquoties apud *Iosephum* occurrit. Cf. Krebs.

53. λαξευτῶ) *in saxo incisum*, i. e. intra ipsam rupem excavatum. Λαξεύειν, idem quod λατοτομεῖν, λιθοτομεῖν. ἔκ ἧν ἔδέπω ἔδειξ κείμενος) Ne quis postea alium, non autem Iesum resurrexisse, calumniaretur.

54. ἐπέφωσκε) Conuenientissimum erit ἐπιφώσκειν intelligere stellarum ortum, indicem uesperae, a qua Iudaei diem suum ciuilem inchoabant. Notandum est etiam, uespera sabbati incipientis candelas accendi a Iudaeis.

56. ὑποσρέψασαι) *Quum rediissent*, nempe in urbem. ἠτοίμασαν) *Compararunt, emerunt*, c. XXIV, 1. ante solis occasum et Sabbati initium. Marcus c. XVI, 1. habet διαγενομένην τῆ σαββάτη, *elapso Sabbato*. Sed res non est tanti, de qua operae pretium sit dicere. Tales enim diuersitates inde sunt ortae, quod unus ab aliis haec narrare audierit. In huiusmodi autem narrationibus, quae ore fiunt, facillime aliqua diuersitas suboriri potest.

Ergo

Ergo ridiculi sunt, qui haec talia urgent ad ἀξιολογίαν Euangelistarum minuendam.

CAP. XXIV.

4. Δύο ἄνδρες) Cf. annotata ad Matth. XXVIII, 5. Lucas Matthaei historiam ante oculos positam habuisse uidetur, ita tamen, ut nonnulla omitteret, nonnulla uero adderet. Videntur ei innotuisse quaedam περιβάσεις ex narratione Ioannae, quam solus comm. 10. nominat, quamque satis ei notam fuisse e cap. VIII, 3. conicere licet. Haec summa fide quae uiderat et audiuerat, testata est; quae autem absente ipsa, postquam a ceteris mulieribus discessisset, contigerant, testari non potuit. Scilicet angelos et uidit et audiuit; Iesum uero non uidit; quare etiam huius rei non facit mentionem.

10. ἡ μαγδαληνὴ μαρία) Magdalenam colloquio isto cum angelis comm. 4-8. haud interfuisse, sed antequam angeli uisi essent a mulieribus, abiisse, Ioannem et Petrum uocaturam, notauimus ad Matth. XXVIII, 5, coll. Io. XX, 2. sqq. Sed salua est Lucae fides. Nam Ioanna haud opus esse existimauit scrupulosa enumeratione, quaenam mulieres ab initio ad finem usque praesentes adfuerint, neque necessarium duxerat, disertis commemorare uerbis, discessisse Magdalenam a ceteris mulieribus. Lucas igitur nomina Magdalenae et Mariae Iacobi haud accepit a Ioanna, sed sumfit ea ex Matthaeo, hisque Ioannae nomen addidit. Scilicet mulierum, quae cum Christo e Galilaea uenerant, omissis tamen nominibus, mentionem iam fecerat c. XXIII, 49. et 55. eademque, cum aliis nonnullis, die solis ad sepul-

erum processisse indicauerat, c. XXIV, 1. Ad finem iam commate 9. perducta narratione de iis, quae teste Ioanna, mulieribus apud sepulcrum contigerant, ex Matthaeo addit nomina earum mulierum, quae Apostolis primum nuntium de resurrectione Christi attulerant, αἱ ἔλεγον πρὸς τὰς ἀποστόλους ταῦτα, tacens reliqua a Matthaeo narrata, quod integras historias Matthaeo quasi suffurari et ex huius libro in suum transfundere nollet.

12. ἰ δὲ πέτρος — τὸ γεγονός) Deest hoc comma in cod. Cantabrig. et uersionibus nonnullis antehieronymianis. Si genuinum est, Lucas aut haec non suo loco et ordine narrat, (ut patet ex Io. XX.) aut uertenda sunt haec uerba in plusquamperfecto, et ita cohaerent cum commate 11. ut dicatur, non quidem fidem inuenisse narrationem mulierum apud discipulos, spem tamen aliquam ipsis affulsisse, quod etiam Petrus non reperisset corpus Christi in sepulcro,

13. δύο ἐξ αὐτῶν) Probabiliter sentiunt ueteres, fuisse hos de numero LXX discipulorum. Nomen alterius infra exprimit Lucas, *Cleopam* uocans. Alteri fuisse nomen *Simoni*, aut quod eodem recidit, *Simeoni*, Auctor est *Origenes* in libro aduersus Celsum. πορευόμενοι ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ εἰς κώμην) Verosimile est, Emaunte eos habitasse, atque eo regressos, postquam et parasceuen et sabbatum, et diem a sabbato primum paschalibus sacris et precibus impenderant. σταδίους ἑξήκοντα) *Stadium* est spatium pedum 625. Stadia 32. conficiunt milliare germanicum, Sexaginta stadia circiter duo miliaria conficiunt.

14. *ὁμιλεῖν πρὸς ἀλλήλους*) *ὁμιλεῖν* h. l. est *colloqui, confabulari*, quo sensu occurrit in Versione LXX, apud Iosephum et Philonem.

15. *συζητεῖν*) Varias coniecturas in omnem partem uolebant; id enim hic est *συζητεῖν*, ut Marc. I, 27. *ἐγγί-σας*) Quasi a tergo eos affectus, ut in uia fieri solet; unde et eos ita affatur, quasi partem sermonum audiisset.

16. *ἐκρατέυτο*) *tenebantur*, i. e. *retinebantur et impediabantur*. Colloquio nimirum et disceptationibus de factis Iesu intenti, non intuiti sunt eum; nec scire cupuerunt, quis esset is, qui se iis socium iunxerat. Nec tamen excluditur, quod oculos eorum a Christo accuratius intuendo et agnoscendo diuina auerterit prouidentia.

17. *οἱ λόγοι ἔσται, ἕς ἀντιβάλλετο*) Verba, quae inter uos commutatis. *σκυθρωποῖ*) *tetrico uultu*, i. e. *tristes*.

18. *σὸ μόνος παροικεῖς ἐν Ἱερουσαλήμ*) 'En deest in plurimis codicibus. *Tu solus ex iis qui uicini sunt Hierosolymis* etc. *Πάροικοι*, qui et *παρεπίδημοι*, sunt alias *externi*, qui alicubi aliquo tempore uersantur; sed hanc significationem h. l. contextus non admittere uidetur. Putabat Cleophas hunc in uicinitate urbis habitare.

19. *τὰ περὶ — Ναζωραίου*) Sc. *γενόμενα, ea sc. quae Iesu Nazareno euenerunt*. *δυνατὸς ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ*) *Faldis aequae ac uerbis praestantissimus*. Sic e fratribus Iosephi eum, qui ceterorum quasi interpret et orator erat, Philo de Ios. *δυνατὸν ἐπεῖν* dicit, facundia pollentem. *ἐναντίον τῷ Θεῷ καὶ παντὸς τῷ λαῷ*) Loquendi genus, inde natum, quod de iis rebus testimonium perhibemus, quae nobis in con-

spectu sunt. Sensus est: *Datum ei esse testimonium a Deo per opera, et ab hominibus per fidem, eius sermoni habitam.* Vel simpliciter: Doctōr Dei hominumque iudicio excellens. *Coram Deo*, i. e. Dei iudicio, ut alias saepissime.

21. λυτῶσθαι τὸν Ἰσραὴλ) Sc. a iugo Romanorum. Est in his uerbis descriptio Messiae, ex recepta eorum temporum sententia. Expectabant regnum terrenum, cum animorum emendatione coniunctum. τρίτην ταύτην ἡμέραν ἄγει σήμερον) *Agitur iam dies tertia.* Hic enim est sensus, ut contextus docet. Aetium impersonaliter sumtum pro passiuo, ut saepe. Graecae linguae genio non conueniens est haec phrasis.

22. τινὲς ἐξ ἡμῶν) *Nostri gregis ac coetus.* ἐξέστησαν) Ἐκστησαι saepius quidem in his libris intransitiue ponitur, hic autem transitiue, fatis graece. Nam apud *Aristotelem* in *Rhetoricis* *Cicero* uertit ad *admirationem traducere.* Hefychius: ἐξέστησαν, εἰς ἔκστασιν ἤγαγον.

26. ἐχθὲρ τὰυτα εἶδει παθεῖν τὸν χριστὸν) i. e. ἐκ ἤδειςτε ὅτι τὰυτα εἶδει etc. Scire poteratis, Messiam post multas demum calamitates et durum supplicium summo honore et imperio potiturum esse. Ἐδεις, nempe ex patris decreto saepe reuelato. καὶ εἰσελθεῖν — αὐτῷ;) i. e. et frui gloria sua, peruenire ad gloriam suam. Sed gloria Christi post mortem est dominium eius in ecclesiam suam. Quare, quod illos impediēbat, quo minus Iesum crederent esse promissum illum Messiam, hoc ipsum illos maxime ad id credendum excitare debuit.

28. εἰς τὴν κώμην ἢ ἱεροσόλυτον) *Emmauta* nimirum, quam supra nominavit; nam alium locum hic confingendi, quod quidam fecerunt, nihil est caussae.

29. ὅτι — ἐστὶ) Sc. ὄρα, nisi malis uocem *ἡμέρα* etiam ad hanc phrasin referre. *Circa uesperam est; aduesperascit iam.*

30. λαβὼν τὸν ἄρτον ἐυλόγησε, καὶ αὐτὸς εἰδὼς αὐτοῖς) Praeter morem conuiuarum; erat enim id munus conuiuatoris. Quare hoc facto se dominum ac patremfamilias profitetur.

31. διημιχθήσαν — αὐτὸν) Sensus est: Iam eum agnoscere incipiebant; nempe ex uultu accuratius considerato. Apud Hebraeos *aperiri oculi* dicuntur non modo eorum, quibus erant clausi, sed et eorum, qui aliquid animaduertunt, uel resciscunt, quod antea ignorabant. Vid. Gen. III, 5. 7. XXI, 19. 2 Reg. VI, 17. 20. καὶ — ἀπ' αὐτῶν) *Et ille discessit ab illis, ita ut non uideretur.* Potest nempe ἀφαντος construi cum αὐτὸς, et ἐγένετο cum ἀπ' αὐτῶν. Ἄφαντος, qui non uidetur. Ita apud Euripidem in Oreste u. 1557. Menelaus de Helena dicit: *non est interfecta, ἀλλ' ἀφαντος εἰχεται.* Phrasis uero γίνεσθαι ἀπὸ τινος apud probatos Scriptores significat: *ab aliquo discedere.* Vid. Kypke. Potest etiam ἀφαντος construi cum ἐγένετο, ut sensus sit: *Subito discessit ab illis.*

32. καιομένη ἦν) *ardebat.* Calor cordis est uehementis motus indicium. Hoc aiunt: Nisi mens fuisse laeua, potueramus eum, antequam nobiscum accumberet, agnoscere ex docendi modo; nam praeter argumentorum pondera,

dera, et comitatem in dicendo summam, accedebat diuina efficacia animos incendens, qualem sentire quondam solebamus ipso docente.

36. ἔσθη) Subito, quum clausae essent fores.

37. εἰδόντων πνεῦμα θεωρεῖν) In euangelio Nazaraeorum, quod multa ex famae traditione ad Matthaeum addita habuit, erat hoc loco pro uoce spiritus *Daemonium incorporale*. Cf. Matth. XIV, 26.

38. διαλογισμοί) *disceptationes*, i. e. uariae et perplexae ambages, quales solent in mentem uenire, quum aliquid nouum et per se probabile occurrit.

39. ἴδετε — πόδας μου) Videte cicatrices uulnerum in manibus pedibusque. Quasi diceret: Vbi rerum testimonia adsunt, quid uerbis opus? ψηλαφήσατέ μου) Corpus, non spectrum me esse, hoc modo deprehendetis.

41. ἀπισθέντων αὐτῶν) i. e. quum non satis firmo animo id, quod res erat, sibi persuaderent. ἀπὸ τῆς χαρᾶς) Maius erat gaudium, quam quod capere posset animus. Ouidius: *Tarda solet magnis rebus inesse fides*.

42. ἀπὸ μελισσῆς κηρίου) *Et aliquid mellis arum.* Ἄπὸ hic est ἐκ, et καὶ ἀπὸ pro καὶ τι ἀπὸ. τὸ κηρίον, *fauis, et mel quod est in fauis, Honig-Kuchen.* Additur autem μελισσῆς, quod in Oriente alia etiam genera mellis dantur e. g. ex uuis (Dibs.)

44. Ἔτοι οἱ λόγοι) Quod praedicienti mihi saepe non credidistis, aut quod praedictum non intellexistis, nunc reip̄sa experimini. ἐν τῷ νόμῳ Μωσείῳ, καὶ προφῆταις,

καὶ

καὶ ψάλλοις) Vetus testamentum secundum Iudaeos tribus voluminibus constat, Lege, Prophetis et Hagiographis. Hic pro Hagiographis nominantur Psalmi, tanquam pars nobilissima. *Ioseph.* Maccab. c. 18. νόμος, προφ. καὶ ἄλλα (βιβλία.) Contra Apion Lib. I, c. 8. νόμος, προφ. καὶ ὕμνοι πρὸς τὸν Θεὸν καὶ τοῖς ἀνθρώποις ὑποδήμας τῆ βίης παρέχοντες.

47. ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ) i. e. eius mandato, et quasi uices eius obeundo, 2 Cor. V, 20. ἀρξάμενον ἀπὸ Ἱερουσαλήμ) ἀρξάμενον ἱ. τὸ κηρυχθῆναι, i. e. ἀρξαμένον τῷ κηρύγματος. Nominatiuus absolutus pro Genitiuis consequentiae.

48. ὑμεῖς δὲ εἶσε μάρτυρες τέτων) Vitae nempe meae, mortis et resurrectionis. Ἐστὶ hic pro ἴσαθε, Act. I, 8.

49. τὴν ἐπαγγελίαν τῷ πατρὸς μου) Donum spiritus sancti mihi a patre promissum, ut uobis daretur. καθίστατε) i. e. μὴ χωρίζεσθε, interprete Luca ipso Act. I, 4. ἐνδύσασθε δύναμιν ἐξ ὕψους) induamini uirtute diuina, donis diuinis. Ἐνδύειν hic respondet Hebraeo שָׁבַל. Sed et Graecis indui saepe est instrui, affici. *Diog. Laërt.* Lib. III. c. 3. ἐνεδέδυτο τανδρὸς καὶ τὸ βάρος, uiri illius quoque grauitatem induerat. Plura exempla uid. apud *Kypke.* Ἐξ ὕψους, e caelo, i. e. a Deo; nam ὕψος h. l. est caelum.


50. ἕως εἰς Βηθανίαν) Ad eam Bethaniae partem, quae in monte erat oliueti, in quo monte Christus saepe preces et lacrimas ad patrem fuderat, ut, qui locus submissionis ipsius testis fuerat, idem esset et gloriae. εὐλόγησεν αὐτὸς) Solemniter bene eis est precatus. Ceterum multa a Luca hic sunt omiſsa, e. g. Apostolos rediisse in Galilaeam, et Christum se iis ibi saepe conspiciendum praebuisse, rediisse

diisse eos e Galilaea Hierosolyma, et alia multa, quorum ne notitia quidem ad nos peruenit.

51. ἐν τῷ εὐλογεῖν) i. e. μετὰ τὸ εὐλογῆσαι. Simul atque ritum illum ualedicens impleuerat. διέση ἀπ' αὐτῶν) *disiunctus est, recessit ab illis.*

52. προσκυνήσαντες αὐτὸν) *corpore prostrato.* Inconspicuum adorant, quod cultum religiosum significat, nunc primum Christo a discipulis exhibitum. μετὰ χαρᾶς μεγάλης) ob intellectam rationem admirabilem, qua procurata erat redemptio generis humani, et ob insignem illam pollicitationem mittendi spiritus.

53. καὶ ἦσαν διαπαντός ἐν τῷ ἱερῷ) *διαπαντός,* intellige *quotidie, assidue,* temporibus nimirum congruis. In templo potius quam alibi, ut precari, ita et gratias agere Deo Iudaei solebant, praesertim si quid maius incidisset. Ἄμην Additum ab ecclesia, quae lectionem euangelii hac exclamatione excipere solebat. 1 Cor. XIV, 16.



SCHOLIA

IN

EVANGELIUM IOANNIS.

Kατὰ Ἰωάννην) *Ioannes*, qui Euangelium conscripsit, filius fuit Zebedaei piscatoris et Salomes, Matth. XXVII, 56. Marc. XV, 40. piscator, natione Galilaeus. Vt ea, quae diuersis locis N. T. de eo memorantur, silentio transeam, liceat addere sequentia: Historia Ecclesiastica testatur, Ioannem, quoad Maria mater Domini uixit, hoc est XV post mortem filii annis, curam illius gessisse; postea ex Palaestina in Asiam minorem concessisse, et septem urbium ecclesias, praecipue uero Ephesinam rexisse. Inde in Patrum relegatus est Apoc. I, 9. ubi Apocalypsin scripsit; postea uero dicitur rediisse Ephesum, et ualde Senex Euangelium atque Epistolas edidisse, uitam egisse coelibem, tandem centenatio proximus diem obiisse, imperante Traiano.

Ioannem post Matthaeum, Marcum et Lucam scripsisse, eo potissimum consilio, ut ab aliis omissa adderet, Eusebius refert, Hist. Eccles. III, c. 24. Vulgarem hanc sententiam multis argumentis, ex ipso Euangelii argumento desumptis, confirmare conatus est Ven. D. GOTTLOB CHRISTIANUS STORR, Theologus Tubingensis in libro: *Ueber den Zweck der euangelischen Geschichte und der Briefe*

Briefe Iohannis. Tubingae 1786. §. 52. sqq. et §. 70. Sed fabulam nobis ab *EUSEBIO* narrari, et ipso argumento Euangelii Ioannis refelli hanc sententiam Ven. *SEMLERUS* putat, (*in Praefat. in Paraphrasin Eu. Io. et in notis passim,*) existimatque Ioannem potius scripsisse primum omnium, non diu post mortem Christi, antequam in regionibus Asiae vel fando aliquid auditum fuerit de Euangelio Matthaei et reliquorum.

Ad consilium, quo Ioannes scripserit Euangelium suum, quod attinet, interpretes haud pauci, ueteres et recentiores statuunt, Ioannem eo inprimis consilio id scripsisse, ut erroribus tunc exortis obuiam iret. Eo enim tempore *Cerinthus* caput extulerat, ut ex *Caio* refert *Eusebius* Hist. Eccl. L. III. c. 28. Et *Irenaeus* L. III. adu. haereses c. XI. clare dicit, Ioannem eo consilio conscripsisse Euangelium suum, ut erroribus Cerinthi se opponeret. Vide doctas in hunc *Irenaei* locum obseruationes Ven. *D. Gottlobii Christiani Storr* in Repertorio litterat. bibl. et orient. Tom. XIV. p. 127. sqq. et eiusdem librum modo citatum: *Ueber den Zweck der euangelischen Geschichte und der Briefe Iohannis.* Non caret omni uerisimilitudine haec sententia. Si enim ea, quae idem *Irenaeus* L. I. c. 26. de Cerintho refert, cum iis comparentur, quae *Carpocrates*, *Menander*, *Cerdo*, *Saturninus*, *Basilides*, *Valentinus* et *Marcion*, de angelis et aeonibus inter quos erant *Charis*, *Aethea*, *Monogenes*, *Logos*, *Zoë*, item de Christo non uere sed *δοκῆσει* passio, tradiderunt, uerisimile fit, Ioannem suam doctrinam illis ita opponere, ut loquendi formulis apud illos receptis utatur. Sed rationibus haud contemnendis impugnauit

pugnauit hanc sententiam Ven. *TITTMAN*, de uestigijs Gnosticorum in N. T. frustra quaesitis. Lips. 1773. Est alia etiam ratio, cur suspecta nobis esse debeat illa de Gnosticis hypothesi, quod nempe ipse *IRENÆUS*, quo potissimum auctore haec talia statuuntur, clare significat, *Valentinianos* aliosque Gnosticos abufos esse, ut alijs N. T. locis, ita etiam Ioannis Euangelio ad confirmandas suas fabulas de aeonibus et syzygijs. Locus est insignis ad. Haeref. Lib. I, c. 8. edit. Massuet. ubi inter alia: ἔτι δὲ Ἰωάννην, iuquit, τὸν μαθητὴν τῷ κυρίῳ διδάσκουσι (Gnosti) τὸν πρῶτην ὁδοῦ ἀδα μεμηνημέναι αὐταῖς λέξεσι. Adducit ipsas Valentinianorum ex loco Ioannis argumentationes, quas hic repetere longum esset. Ultima appono uerba: "Οὕτως, (inquiunt *Valentiniani*) ἕτως ὁ Ἰωάννης περὶ τῆς πρώτης καὶ μητρὸς των ὄλων αἰώνων ὁδοῦ ἀδος εἶρηκε, πατέρα γὰρ εἶρηκε, καὶ χάριν, καὶ μονογενῆ, καὶ ἀλήθειαν, καὶ λόγον, καὶ ζωὴν, καὶ ἄνθρωπον, καὶ ἐκκλησίαν. Certum igitur est, Gnosticos ex Ioanne praesidium quaesuisse suarum opinionum. Quis autem credat eos ex eo ipso loco, quem uel maxime errori suo oppositum esse scirent, argumenta petiisse pro errore suo? uel *Irenaeum* in refutandis eorum hypothesibus, neglexisse hanc sibi oblatam occasionem, uel uerbo significandi, Apostolum eo potissimum consilio commemorasse πατέρα, χάριν, μονογενῆ, ἀλήθειαν, λόγον, ζωὴν etc. ut Christianorum mentes contra haeticorum perueritates muniret? Ergo non uideatur Ioannis consilium praecipuum uel unicum fuisse refutare Gnosticos, uel Gnosticorum similes.

In nonnullis locis huius Euangelij ad discipulos Ioannis eorumque doctrinas respici, uerisimilitudine non caret.

De

De reliquiis huius Sectae, (*Sabaeos*, et minus accurate *Ioannis Christen* uocant,) docta extat commentatio cel. *MATTH. NORBERGI* de religione et lingua *Sabaeorum*, oblata societati scientiarum Goettingensi. Vid. Commentat. Societ. reg. Goetting. Tom. III. et conf. b. *WALCHII* *obseruationes de Sabaeis* Tom. IV. Commentat. citat. nec non Ill. *MICHAELIS* *Biblioth. orient. et exeget.* Tom. XV. p. 126. sqq. 143. sqq. Tom. XVII. p. 42. sqq. Adde cel. *NORBERGI* epistolas insertas *IAC. IONAE BIOERNSTAEHLII* narrationibus de itineribus suis exoticis, in uernaculam nostram translatis a *Christiano Henr. Grokurd.* Tom. II. particulam secundam. Detexit nempe *Norbergus* in bibliotheca regia Parisina codices nonnullos manuscriptos, lingua antiqua *Sabaeorum* exaratos, religionem eorum et ritus describentes. *Galilaeos* se uocant hi *Sabaei*; nunc autem sedibus suis expulsi habitant circa *Elmakab* non procul a *Laodicea* *Syriae*. *Ioannem Baptistam*, quem Christo praeferunt, pro auctore religionis suae agnoscunt. *Messiam* non expectant. Itaque *Iesum* miracula edidisse fatentur, sed *Messiam* eum esse negant. Hos *Ioannis* discipulos eodem esse, qui in *Veterum* scriptis *Hemerobaptistae* uocantur. b. *Walchius* obseruauit. Haec consideranti incredibile haud uidebitur, *Euangelistam* contra nimios *Ioannis Baptistae* admiratores in nonnullis locis historiae suae uindicare honorem et maiestatem *Iesu Messiae*. Hanc sententiam etiam Ven. *STORRIUS* in libro supra laudato exornauit, et calculo suo approbauit. §. 4. sqq. Sed in applicanda hac hypothese nimius est *IO. GEORG. OVERBECK* in libro: *Neue Versuche über das Euangelium des Iohannes.* - Gerae 1784. Ven. *D. CAROLUS CHRISTIANUS TITTMANN*
(uid.

(uid. eius *Meletemata sacra in Euangelium Ioannis*, Melet. I.) statuit, Ioannem scripsisse Iudaeorum causa, qui Iesum tanquam Messiam repudiarent, eius diuinitatem impugnant, de eo ieiune et impie sentirent, et Messiam promissum uenisse, pertinaciter negarent, omninoque de Messia non recte statuerent; tum uero etiam eorum Christianorum causa, qui et ipsi ex parte caput illud grauissimum et difficillimum non satis recte intelligere uiderentur; ut igitur illos refutaret, et, si fieri posset, edoceret et ad fidem adduceret, hos autem confirmaret, atque in uniuersum, ut omnes omnium temporum homines de persona et opere Messiae accurate institueret, rebusque et factis, adhibitis seruatoris ipsius auctoritate, contra Iudaeorum opiniones demonstraret, Iesum esse promissum Messiam, eumque uitae et felicitatis non terrenae quidem, sed spiritualis et aeternae, non alicuius gentis, sed totius generis humani instauratorem et datorem, nec merum hominem, sed simul etiam filium Dei unicum.

Ex mea sententia nihil uetat, quo minus statuamus, respexisse quidem Ioannem proxime ad eos, qui iam tum errores sparserunt similes iis, quibus dediti erant Gnostici Sec. II. (huiusmodi enim falsi doctores et impostores non tantum a Ioanne in epistolis, sed etiam a Iacobo, Petro et Iuda notantur;) respexisse eum fortassis etiam ad discipulos Ioannis Baptistae eorumque doctrinas; sed non ad eos solos; latius patuisse potius eius consilium, et arreptam esse ab ipso hanc occasionem Iudaeos et Christianos accuratius edocendi de uera prouincia atque dignitate Messiae; sicque uarias eruditorum sententias de scopo Euangelii Ioannis commode coniungi conciliarique posse.

Igitur consilium Ioannis in scribendo Euangelio suo hoc fuisse uidetur, ut explicaret atque demonstraret caput de Messia, eiusque persona et opere, idque contra aduersariorum quorumcunque cauillationes uindicaret. Quod consilium ita exsecutus est, ut non uteretur philosophica subtilitate, quae apud scriptores sacros et in hac re imprimis, locum non habuit, sed, (ut recte monet *TITTMANNUS* l. c.) ageret personam historici, fideliter enarrantis, quidnam fecerit aliquis atque praestiterit, qualem se in omni uitae genere ac parte praebuerit, quidnam effecturum se promiserit atque docuerit, ac deinde iudicio lectorum relinquentis, quid ipsi sentiant de eiusmodi uiro atque statuere uelint ac debeant, ita tamen, ut quisque inde colligere posset perspicue et euidenter, quod ad finem libri indicauit, scilicet haec scripta esse, ut intelligeret quisque atque crederet, Iesum esse Messiam et filium Dei. Ceterum hoc Ioannis Euangelium iam olim prae ceteris habitum est πνευματικόν, seu tradendis sublimioribus praeceptionibus unice idoneum, *Origenes* Commentar. in Ioannem: (p. 5. 6. edit. Huet.) τολμητέον - εἰπεῖν, ἀπαρχὴν μὲν τασῶν γραφῶν εἶναι τὰ εὐαγγέλια, τῶν δὲ εὐαγγελίων ἀπαρχὴν τὸ κατὰ Ἰωάννην, ὃ τὸν νῦν ἕδεις δύναται λαβεῖν μὴ ἀναπεσὼν ἐπὶ τὸ σῆθος Ἰησοῦ.

Videtur Ioannes non historiam uitae Iesu scribere uoluisse, sed tantum notabiliores quasdam partes eius, et insigniores quosdam sermones commemorare, ex quibus cognosci posset, quid de se ipse statuisset. Summa libri est haec:

I. Messiam esse filium Dei, et felicitatis humanae omnis instauratorem, eundemque esse Iesum Nazarenum, Euangelista, (praemissa totius rei summa, c. I, 1 — 14.) docet

a) Te-

- a) Testimonio Ioannis Baptistae, u. 15 — 52.
 b) Commemorando miracula Christi, quibus discipuli eius adducti sunt, ut ipsum Messiam profiterentur.

II. Traduntur ex unoquoque anno muneris Christi facta quaedam, et specimina quaedam sermonum Christi, in quibus disputauerat de persona sua et opere. Facta narrantur propter sermones, quibus illa occasionem dederant, atque, ut sermones ipsi melius intelligerentur, praemittuntur ueluti praefaminis loco.

- a) Ex primo anno muneris duo tantum sermones exhibentur, nimirum
 alter cum Nicodemo, c. III.
 alter cum muliere quadam Samaritana, c. IV.
 b) Ex secundo anno muneris unus sermo litteris config-
 natus legitur, c. V.
 c) Ad tertium annum referendi sunt reliqui sermones,
 c. VI — XVII.

III. Narratur historia passionis et resurrectionis Christi, ut partim de morte eius, partim de eius uita et maiestate, quam post mortem recepit, Christianis constaret, c. XVIII — XXI.

CAPUT I.

I. **Ε**_{ν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος}) Per τὸν λόγον intelligi Christum, dubio caret. Nam u. 6. 7. Scriptor dicit, Ioannem Baptistam de hoc λόγῳ testimonium dixisse; constat autem eum de Christo dixisse testimonium; et u. 14. sequitur, λόγον hominem

minem esse factum, et Apostolos huius λόγῳ, hominis facti, uidisse dignitatem; atqui Christi maiestatem quotidie oculis uidebant. Cur autem Christum Ioannes uocauerit τὸν λόγον, de eo inter doctos non conuenit. Nonnulli, inter quos *Io. Clericus*, existimarunt, Ioannem iis se opposuisse, qui eo tempore uoces nonnullas Platonicas, e Philonis sumtas commentariis, et nominatim τὸν λόγον, Christianae ac Iudaeae religioni intulissent, et uoluisse phrasas, a Philone usurpatas, ad orthodoxum sensum applicare, ne, lecto Philone a Christianis, et eius eloquentiam admirantibus, efficeretur, ut illius placita, dogmatibus Christi admodum affinia, cum iisdem commiserentur. Non caret rationibus haec sententia. Certum enim est, *Philonem* saepe loqui de λόγῳ quodam diuino, quem nominat τὸν πρωτόγονον θεῖον λόγον, τὸν ἄγγελον πρεσβύτατον (de conf. ling. p. 341. B.) τὸν πάντα διακσμήσαντα, (de mundi opif. p. 4. D.) Pariter in lib. de monarch. p. 819. C: λόγος inquit, ἐστὶν εἰκὼν θεῶν, δι' ἧς σύμπας ὁ κόσμος ἐδημιουργεῖτο. Plura loca collegit Ven. IOH. BENED. CARPZOVIIUS *Philonianorum sacris exercitationibus in S. Pauli Epistolam ad Hebraeos praefixorum Libro VII.* qui totus agit de λόγῳ Philonis non Iohanneo. Constat etiam inter omnes, Iudaeos Alexandrinos iam tum religioni suae admisuisse aliena, ex Platone, Pythagora, Stoicis, Peripateticis aliisque desumpta. Quum autem Iudaeorum Alexandrinorum haud paucos in Palaestinam profectos esse studiorum caussa, et Hierosolymis propriam habuisse scholam sciamus, Aët. VI, 10. inter quos sine dubio erant, qui nomen Christo darent, et in alias regiones propagandae religionis caussa se conferrent, Aët. XVIII, 24. facile fieri potuit, ut ab huiusmodi hominibus nomen

τῷ λόγῳ religioni inferretur. Quod nomen si retinuit Ioannes, et ad orthodoxum sensum applicauit, profecto non fecit quicquam Apostolo indignum. Ad significationem nominis quod attinet, λόγος, (*ratio*) uidetur dici Christus eodem modo, quo dicitur φῶς, ζωή, ἀλήθεια, ut nempe ὁ λόγος sit πᾶν ἄλογον ἡμῶν περιαιρῶν, καὶ κατὰ ἀλήθειαν λογικῆς κατασκευάζων, πάντα εἰς δόξαν Θεῷ πράττοντας, ut *Origenes* loquitur *Commentar. in Ioannem* p. 40. uel etiam, ut idem ille explicat (p. 41.) παρὰ τὸ παραγγέλλειν τὰ κρύφια τῷ πατρὶς ἐκεῖνος, quæ est mens (νοῦς) perinde atque *Filius*, qui uocatur (λόγος) sermo. Vt enim apud nos sermo nuncius est earum rerum, quæ a mente cernuntur, sic *Dei Sermo*, qui *Patrem* agnouit, *Patrem agnitum reuelat*. Consentit *Epiphanius* *Hæres. LXXIII.* afferens, Christum dici τὸν λόγον, quod sit *Patris interpres*, ἐρμηνεύς τῶν τῷ Θεῷ βυλημάτων. Fortassis utroque sensu Christus dicitur ὁ λόγος, et quod sit auctor ratione præditarum creaturarum, et quod hominibus decreta Patris reuelauerit, uel etiam, quæ huic affinis *Ven. IO. CHRISTOPH. DOEDERLINI* est sententia, quod sit auctor *doctrinae melioris*. (*Theol. Dogmat. p. 324. edit. sec.*) Latine uix uno uocabulo exprimi potest graecæ uocis significatio. Reddere posses: *Summus uerae sapientiae auctor et doctor*, i. e. optimæ et perfectissimæ religionis auctor. Alii Ioannem ex paraphrasis chaldaicis λόγον desumisse putant, ubi saepissime pro יהוה dicitur מִימְרָא uerbum Domini. Sed in hac uoce, qua Chaldaeus utitur, praeter descriptionem et periphrasim *Dei summi* nihil inesse uidetur. Nec e *Pf. XXXIII, 6.* illustrari potest hoc uocabulum; nam ibi דְּבַר יְהוָה est *Dei decretum, mandatum, uoluntas*. Qui e *Gnosticorum*, recentiorum puto Ioanne

haeticorum systemate illustrare conati sunt uocis usum, praeter *Tittmannum* supra laudatum aduersarium habent grauissimum, cel. I. A. CRAMERUM (Vid. *Beyträge zur Beförderung theologischer und anderer wichtiger Kenntnisse von Kielischen und auswärtigen Gelehrten. Herausgegeben von I. A. Cramer. Pars I.*) Sed ipse Vir doctus ita explicat, ut λόγος hoc quidem loco sit *promissio*, et per Metonym. *promissus*, quo sensu hebr. כִּבְרָה, et λόγος apud LXX. interpretes haud raro occurrit. Ὁ λόγος τῷ Θεῷ igitur esset a Deo, (per Prophetas) *promissus Messias*. Cf. Apocal. I, 2. 9. VI, 9. XIX, 11. In libris etiam sacris Sabaeorum saepe laudari *uerbum, lucem, uitam* etc. certum est; sed quo sensu, id quidem non satis constat. Ἐν ἀρχῇ, sc. τῆς κτίσεως τῷ κόσμῳ, *sub mundi natales*. Cf. comm. 3. *Quum primum rerum uniuersitas coepit creari, iam erat Logos*. Istud ἐν ἀρχῇ ex initio *Geneseos* desumptum est. Valde errant, qui ἐν ἀρχῇ interpretantur de *initio Euangelii*; huic enim sententiae consilium Ioannis et sequens oratio aperte repugnat. Si uero ὁ λόγος fuit iam tum, quum mundus esse coepit, sequitur eum fuisse ante mundum conditum; sequitur etiam eum non esse unam ex ceteris creatis rebus, quae cum mundo esse coeperunt, sed alia natura et conditione. Cf. u. 3. ἦν πρὸς τὸν Θεόν) *Longe beatissimus, summa maiestate et celsitudine praeditus erat*. Phrasi *apud Deum esse* notio quaedam addenda est. Quum e. g. dicimus, nos olim fore apud Deum, hanc notionem addimus: nos fore longe beatissimos. Christus autem ipse dixit (infra c. XVII, 5.) *se habuisse gloriam apud Deum* ante mundum conditum. Ergo haec notio coniungenda est cum illa phrasi Ioannis. *Gloria* autem Christi est summa eius maiestas

et celsitudo, qua gaudet ob attributa diuina. Non errant, qui dicunt, hoc, quod dicitur δ λόγος apud Deum fuisse opponi τῷ esse in mundo, et mundo manifestari. Volunt enim, eum non fuisse ea humilitate, qua inter homines uixit. Torquent graecam phrasin, qui ἦν explicant ἐγένετο, uenit, ascendit e terra ad Deum, ut nempe ab ipso Deo acciperet id, quod docere deberet. Hoc quidem est fingere, non explicare. καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος) *Et Logos erat Deus.* Habet nempe δ λόγος uim Subiecti, quoniam de eo eiusque natura et dignitate disputatur. *Erat Deus,* sed non ille ipse Deus πρὸς ὃν ἦν. *Origenes* Comment. in Ioannem: (p. 46. edit. Huet.) *Quum Dei uocabulum ponitur de ingenito uniuersorum auctore, articulum ponit Ioannes, reticens illum, quum δ λόγος Deus nominatur.* — Ἄυτὸς θεὸς δ θεὸς ἐστίν, (Ioan. XVII, 3.) *participatione et communitate diuinitatis illius δ λόγος.* Sed hoc discrimen non semper obseruari uidetur. Cf. u. 6. Alias etiam Christus dicitur *similis* esse Patri, Philipp. II, 6. *imago Patris*, Hebr. I, 3. Col. I, 15. SAMUEL CRELLIUS sub nomine *Artemonii*, in libro: *Initium Euangelii Ioannis ex antiquitate ecclesiastica restitutum* mutat uerba θεὸς ἦν ὁ λόγος in θεὸς ἦν ὁ λόγος, Logos fuit missus a Deo. At uero omnes Codices, Versiones et Patres graeci et latini constanter legunt θεὸς. Satis castigata est CRELLII temeritas a uiris doctis, nominatim a BENGELIO et WETSTENIO.

2. ἕτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν θεόν) Repetit sententiam, quia grandis erat.

3. πάντα δι' αὐτῆς ἐγένετο) *Omnia* (quae initium existendi habuerunt) *per eum sunt facta.* Certum est igitur,

Patrem, omnium rerum auctorem per τὸν λόγον, filium, omnia creasse. Quenam autem partes fuerint filio in creando mundo, hoc quidem nemo mortalium explicare aufit. Veteres ita intellexerunt, ut crederent, Patrem disposuisse omnia, in perficiendo autem eo quod disposuisset, usum esse ministro Filio. Vim afferunt uerbis et contexto sermoni, qui πάντα de omnibus in noua creatione interpretantur. Certe γένεσθαι indicat res creatas, non nouαη κτίσιν· καὶ χωρὶς — ὁ γέγονεν) Oppositi negatio omnem exceptionem remouet. Docere uult Ioannes, ea etiam, quae nobis conspicua non sunt, per τὸν λόγον esse condita. Col. I, 16. Codices nonnulli et Patres Graeci et Latini uerba ὁ γέγονεν sequentibus iungunt hoc modo: ὁ γέγονεν, ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν. Hanc interpunctionem Chrysostomus tribuit haeticis, qui ex his uerbis docere uolebant, Spiritum S. esse creatum.

4. ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν) *Is auctor erat uitae* (felicitatis aeternae.) ζωὴ h. l. ut plerumque in N. T. uidetur esse *uita* uel *felicitas aeterna*. Cf. 1 Io. V, 11. Vita physica non potest intelligi; eum enim non fuisse rem inanimatam per se clarum est. Ergo ζωὴ, ut alias saepe est *felicitas*, et per metonymiam is, qui non tantum ipse est felicissimus, sed etiam aliis auctor felicitatis. Ven. Semlerus ζωὴ, ὁ γέγονεν refert ad naturas spirituales, ut speciem eximiam τῶν πάντων, ut sensus sit: *Etiam spirituales omnes naturae eum auctorem habent*. Iam Origenis tempore quidam codices exhibebant ἐστὶ loco ἦν. καὶ ἡ ζωὴ — ἀνθρώπων) τὸ φῶς, auctor melioris cognitionis, doctor. Verte: *Et hic felicitatis aeternae auctor erat etiam doctor hominum summus*.

Illi debent homines cognitionem illam uitae aeternae, informationem de eius adipiscendae ratione. Haec notio h. l. retinenda est, quoniam sequuntur praedicata doctoris. Ali-
ter explicat h. l. *TITTMANNIUS* p. 13. seq. Qui ζωὴν, interpretantur de uita, ii Christum etiam τὸ φῶς dici existimant eam ob rationem, quod iis naturis spiritualibus dederit rationem. Sed prior interpretatio et usui loquendi et consilio Apostoli uidetur esse conuenientior.

5. καὶ τὸ φῶς — φαίνει) i. e. hominibus in ignorantiae et uitiorum tenebris uersantibus uiam salutis monstrat. Nam *tenebrae* uocantur homines, quibus ueritatum salutarium cognitio deest. Cf. Eph. V, 8. *Bengelius*, quem hic *Semlerus* sequitur, per σκοτίαν, omne tempus humanae corruptionis putat describi. Φαίνει, semper lucet, semper illuxit; inde ab isto tempore deprauationis humanae; sed quasi e *longinquo*. Itaque tandem lumen ipsum uenit nouo atque inusitato modo in mundum, et quidem ad Iudaeos. καὶ ἡ σκοτία αὐτὸ εἰ κατέλαβεν) Sed homines deprauati huius luminis beneficio recte non sunt usi. Illi inscii eum non perceperunt. Κατέλαβεν uarie explicatur. Sed uidetur καταλαμβάνειν h. l. ut Phil. III, 12. denotare: omne lumen totumque habere, lumen percipere, atque toto eius beneficio frui. Heumannus: non accepit. Καταλαμβάνειν est etiam comprehendere, sc. animo, i. e. intelligere, perspicere. Heffychius: καταλάβειν, κατανοήσασθαι. Intelligendum autem est hoc de magna parte hominum. Nam saepe indefinite enunciatur, quod maximae parti conuenit.

6. ἐγένετο — Ἰωάννης) Ostendit nunc Euangelista u. 6. 7. uenisse Ioannem Baptistam, qui homines attentos redderet,

ut ab eo admoniti et excitati in Christum crederent. *Ἄυτῶ* hic non poni per hebraisimum pro relativo *ὃς*, cui, sed elegantem subesse Graecismum, Kypke ad h. l. monet, et exemplis probat. Videtur Ioannis aetate auctoritas Ioannis Baptistae adhuc hic ibi fuisse iusto maior. Itaque Euangelista brevissime quaedam narrat, ex quibus perspicui posset, Ioannem de Christo dixisse testimonium. Etiam qui hodie in Syria supersunt, discipuli Ioannis, s. Sabaei Ioannem praefereunt Christo.

7. Ἔτος ἤλθεν — περὶ τοῦ φωτός) *Ei id muneris demandatum erat, ut testimonium perhiberet, ut nempe testimonium perhiberet de summo illo doctore, sc. Messia. Ἐρχεσθαι* saepe de eo dicitur, qui munere quodam fungitur. *Μαρτυρία* refertur ad auditores multos, quos Ioannes excitavit ad agnoscendum Messiam. *ἵνα π. — δι' αὐτῶ*) Diuisi sunt sententiis interpretes, utrum hoc *δι' αὐτῶ* referatur ad Ioannem, an ad Iesum. Si referas ad Iesum (*δι' αὐτῶ* sc. *φωτός*) supplendum est: *in Deum. Ut per hunc summum doctorem omnes homines, Iudaei et Gentiles ad fidem in Deum perducerentur.* Latini antiquiores omnes *δι' αὐτῶ* uertentes *per eum*, ad Ioannem hoc pertinere crediderunt. Hos Bengelius, Heumannus, aliique sequuntur. Tum sensus esset: *Omnes i. e. multos Iudaeorum per Ioannem perducos esse ad fidem in Messiam.*

8. *ὅτι ἦν ἐκεῖνος τὸ φῶς*) Erat quidem doctor, sed non erat ille doctor gentium, promissus per Prophetas. Ies. XLIX, 6. *Sabaei* hodieque Deum uocant *lucis Dominum, lucis Regem.* An uero lucis nomine intelligant Ioannem Baptistam, id quidem non constat. Videntur fuisse in ea regione,

regione, cui Ioannes Euangelium hoc destinauit, qui *Ioannem* pro Messia haberent, uel Christo praeferrerent. ἀλλ' ἵνα μαρτυρήσῃ) Sc. ἤλθεν. *Sed ad hoc uenerat, ut testificaretur de luce.* Commendauit Messiam.

9. ἦν τὸ φῶς — κόσμον) Ille (quem Ioannes commendauit,) fuit ueri nominis doct̄or, qui postquam uenit in mundum, omnes homines docet, omnibus monstrat uiam salutis. Ἐρχόμενον antiquiores Latini omnes referunt ad ἄνθρωπον, ut sit masculinum; sed recentiores ad φῶς, in genere neutro. Vocatur Christus τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν, quia prae omnibus, qui ita unquam uocati sunt, hoc nomine dignus est. φωτίζειν, illuminare, i. e. docere. Πάντα ἄνθρωπον, omnis generis homines. Opponitur hic Iesus tacite Mosi, Ioanni, aliisque Prophetis, qui uni tantum populo profuerunt, et dicitur fecisse, quod fieri iussit, et per apostolos fecit. Verba: ueniens in mundum, simul obscurius innuunt, natum eum fuisse hominem. Nam Hebraeis uenire in mundum hunc est nasci. Cf. III, 19.

10. ἐν τῷ κόσμῳ ἦν) Interfuit hominibus; nam κόσμος pro hominibus passim sumitur. Videtur Ioannes hoc afferere contra eos, qui negabant Christum uenisse ἐν σαρκί ut epist. I. ipse scribit, ergo nec uixisse in hoc humano mundo. καὶ ὁ κόσμος — ἐκ ἕνω) Quanquam humanum genus per eum creatum erat, plerique tamen homines eum non satis recte cognouerunt; praetulerunt uitiorum suorum consuetudinem, licet doctrinam Christi per aliquot annos tam multi audirent. Ὁ κόσμος, humanum genus. Sed altera uice intelliguntur plerique homines, nempe in Iudaea, ubi Iesus uersatus est. Dicant, qui uerba: ὁ κόσμος δι' αὐτῶ

αὐτῷ ἐγένετο uertunt: *homines per eum restaurati sunt*, quomodo iidem qui per Christum renouati sunt, eum tamen non agnouerint?

11. εἰς τὰ ἴδια ἡλθῆ) Phrasis εἰς τὰ ἴδια generalior est, et notat uel urbem, uel domum, uel terram patriam. Ioannes per τὰ ἴδια, in quae Christus uenit, *terram eius, Iudaeam* intelligit, quae erat terra Immanuelis, Ief. VIII, 8. Dei uinea, Ief. V. cuius Christus erat Dominus, Matth. XXI, 38. καὶ δι ἴδιοι αὐτὸν εἰ παρέλαβον) *Illi eius quasi domestici non susceperunt eum, eiusque doctrinam* Quam τὰ ἴδια sint terra, cuius Christus rex erat et Dominus, δι ἴδιοι, *sui*, erunt *subditi* eius, Iudaei, Christo magis obstricti, quam aliae gentes. Christus Iudaeis per prophetas praedictus, aude expectatus, et per Ioannem monstratus fuerat; nec tamen ipsum receperunt, licet in Iudaea natum, in templo frequentem; per totam regionem docentem: imo ne cognati quidem eius ipsi fidem habuerunt, infra c. VII, 5. Intelligenda autem haec de maiori parte.

12. ὅσοι — γενέσθαι) *Quotique autem eum receperunt, iis dedit ius et honorem filiorum Dei.* Ὅσοι, siue Iudaei fuerint, siue Ethnici. Ἐλαβον αὐτὸν, i. e. qui eum pro filio Dei, summa in homines auctoritate pollente, agnoscent. hi omnes per eum in melius mutantur, Dei similes, ideoque diuini fauoris participes fiunt. τοῖς πιστεύουσιν — αὐτῷ) *Iis nempe, qui et promissionibus et praeceptis eius fidem habent; hoc enim est credere, idem quod modo λαμβάνειν αὐτὸν.* Ἐἰς τὸ ὄνομα αὐτῷ, i. e. εἰς αὐτὸν, uel αὐτῷ.

13. $\xi\iota\ \delta\kappa$ — $\epsilon\gamma\epsilon\nu\eta\theta\eta\sigma\alpha\nu$) Sensus est: *Qui hoc ius filiorum Dei non ex humana nascendi sorte, sed a Deo acceperunt.* Tertullianus, hunc locum non intelligens, Lib. *de carne Christi* c. 19. et 24. legendum esse pronuntiat: $\xi\varsigma$ — $\epsilon\gamma\epsilon\nu\eta\theta\eta\varsigma$ *qui natus est*, nostram lectionem Valentinianorum corruptioni tribuens. Consule de hac lectionis uarietate Semleri paraphrasin. Secundum receptam lectionem sermo est de hominibus, quibus a Christo datum est filios Dei fieri. De iis dicit Ioannes eos *non ex homine aliquo*, (e. g. Abrahamo) esse *prognatos*. Mos est Hebraeis hominem, praesertim cum Deo aut angelis comparatum, uocare בשר ודם , *carnem et sanguinem*, ut Matth. XVI, 17. Gal. I, 16. et alibi. Est autem hic $\theta\acute{\epsilon}\lambda\eta\mu\alpha$ pro Hebraeo $\gamma\text{פן}$ quod et *libidinem* significat. Phrases $\epsilon\acute{\iota}\ \alpha\iota\mu\acute{\alpha}\tau\omega\nu$, $\epsilon\kappa\ \theta\acute{\epsilon}\lambda\eta\mu\alpha\tau\omicron\varsigma\ \sigma\alpha\rho\kappa\omicron\varsigma$ — $\acute{\alpha}\nu\delta\rho\varsigma$, nihil ualde diuersum significant, nisi distinguere uelis haec duo: foeminae — uiri uoluntate coire. $\text{Ἐκ θεῶν ἐγεννήθησαν}$, qui ui diuina, per coelestem doctrinam Christi sese exserente, mente emendati, Deoque similes facti sunt. Iudaei putabant, se forte nascendi et propter maiorum uirtutem esse filios Dei dilectos. Haec uana opinio, qua putabant se in gratia apud Deum iam esse, effecit, ut ipsi non solum Christum reiicerent, sed etiam omni modo impedirent, ne quis Christum reciperet. Sed ii uere dilecti filii Dei sunt, qui per doctrinam Christi nouam indolem induerunt.

14. $\kappa\alpha\iota\ \delta\ \lambda\acute{o}\gamma\omicron\varsigma\ \sigma\acute{\alpha}\rho\kappa\omicron\varsigma\ \epsilon\gamma\acute{\epsilon}\nu\epsilon\tau\omicron$) *Logos ille hominis naturam humilem atque abiectam induebat.* Nam $\sigma\acute{\alpha}\rho\kappa\omicron\varsigma$ h. l. est *homo*, corpore mortali indutus, ut Matth. XXIV, 22. Act. II, 17. et aliis locis. Ἐγένετο *factus est*, non: *fuit*; nam

nam ὁ λόγος iam ante conditum mundum extiterat, et ipse mundum creauerat, u. 2. 3. Reicit Ioannes eorum opinionem, qui τὸν λόγον humano corpore praeditum fuisse negabant, contra quos etiam Epist. I. disputat. καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν) *et habitauit inter nos.* Qui in coelo habitauerat, descendit, ut inter homines habitaret, iisque salutem afferret. Non subito apparuit, et mox disparuit, ut angeli, sed inter homines natus, per triginta amplius annos continuos uixit. Ἐν ἡμῖν, *inter nos,* in Iudaea. καὶ εἶδεσάμεθα τὴν δόξαν αὐτῆ) *sed perspeximus etiam diuinam eius gloriam,* et maiestatem. Opposita est haec δόξα τῇ καρδί. Apparuit autem haec Christi maiestas non tantum in illa eximia transformatione in monte, sed et in iis, quae circa passionem, in resurrectione et post eam, et ascensu ad coelum acciderunt, imo et in miraculis. δόξαν ὡς μονογενῆς παρὰ πατρὸς) *Maiestatem dignam Patris filio germano, dilectissimo.* Norat Chrysostomus, particulam ὡς hoc loco non esse similitudinis aut comparationis, sed confirmationis et indubitatae definitionis, quod praeclare confirmant RAPHELIUS, ALBERTUS et LOESNERUS. Μονογενῆς, ὁ ὁ, *unicus,* Gen. XXII, 2. 12. Iud. XI, 34. ubi Graeci, sensum respicientes, uertunt ἀγαπητὸν. Illud παρὰ πατρὸς referunt VALLA, ERASMUS aliique ad δόξαν, *maiestatem non quamlibet, sed a patre exhibitam, quae declararet, eum unicum esse filium.* Matth. III, 17. Alii referunt ad μονογενῆς, et suppleunt ἐξεληθῆτος, uel ὄντος. πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας) *Longe benignissimus,* qui nos summis et uerissimis beneficiis affecit. Construenda sunt haec uerba cum illis: καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. Hebraica Phrasis ἸΩΝ et ἸΩΝ describit maximam benignitatem, quae est solius Dei. Est igitur χάρις καὶ ἀλήθεια bene-

beneuolentia uerissima, beneficium uerissimum. Inesse uide-
tur tacita comparatio Christi cum Mose. Moses seueritate
erga suos est usus. Christus autem nunquam homines
laesit, aut damno quodam supplicioque affecit, sed *in
omnes homines Dei gratiam summam deriuauit et con-
firmavit.*

15 Ἰωάννης μαρτυρεῖ περὶ ἐνυῖ) Praefens loco praete-
riti, ut saepe. Euangelista ipsius Ioannis publica confessione
eos refellit, qui Ioannem *omisso Iesu* sectabantur, deque
eius nomine dici se uolebant. καὶ κέκραγε) *atque ma-
gna uoce confirmavit.* Pertinet hoc uerbum praecipue ad
publicum testimonium. ὃν εἶπον) *De quo dixi*, nimirum
iam ante baptismum eius. ὁ ὀπίσω μὲ ἐρχόμενος ἔμπροσθέν
μὲ γέγονεν) *Qui me sequitur, me praecit*, i. e. qui post me
munus suum auspiciatur, mihi est praefendus. Ἐμπροσθέν
μὲ, uel de tempore, uel de dignitate, uel de utroque
intelligi potest. *Chrysostronus* explicat: λαμπρότερος, ἐντιμώ-
τερος. Est species aenigmatis, cuius solutio exhibetur in
sequentibus: *quia me prior est.* Qui nomen suum profite-
tur in numero discipulorum meorum, quem ego baptizauī,
quem uidistis ad me audiendum uenisse, ille multis parti-
bus me superat; etiam antequam ad me accederet, me
multo erat praestantior. Venit quidem ad me, sed mihi,
ut ab ipso baptizer, opus est; is dum baptizaretur uoce
coelesti declaratus est filius Dei. ὅτι πρῶτός μὲ ἦν)
quia me prior est. Nam πρῶτος est pro πρότερος, ut apud
Aristophanem in locis a Grotio laudatis; ἢ, pro est. De-
inde πρῶτος non temporis aut loci antegressum, sed dig-
nitatis eminentiam notat, ut saepe. Cur autem dignior Ie-
sus,

fus, patet ex superioribus, quia filius unigenitus. *Matthaeus* dixit ἰσχυρότερός με εἶναι, c. III, 11. cf. *Marc.* I, 7. *Luc.* III, 16.

16. καὶ (leg. ὅτι) ἐκ τῆ πληρώματος αὐτοῦ) *Ex copia, abundantia eius, i. e. ex copiis beneficentiae eius.* Πληρωμα, *copia.* Dicitur etiam de iis proprietatibus, quae rei uel personae infunt. Vid. Ven. *STORRI* diff. de sensu uocis πληρωμα. ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν) *Nos omnes (Apostoli nimirum) accepimus.* καὶ χάριν αὐτὶ χάριτος) *et quidem maximam gratiam, i. e. maxima beneficia.* καὶ aliqui non male transferunt; *et quidem.* χάρις αὐτὶ χάριτος, ἵνα ἕξ ἵνα *unum beneficium post alterum, insignia, maxima beneficia, salutaris sc. doctrinae, dona Spiritus Sancti extraordinaria etc.* Alii illud αὐτὶ referunt ad eam *gratiam*, qua populus Iudaicus olim acceperat legem, ut sensus sit: pro ea gratia, qua populus Iudaicus aliis praestare uidebatur, nos accepimus gratiam praestantiolem, Euangelii scilicet hoc munus. Sed lex nunquam dicitur χάρις.

17. ὅτι ὁ νόμος διὰ Μωσέως ἐδόθη) Haec ad discipulos *Ioannis*, seu ad *doctores* et *statos* legis referuntur. *Moses nobis LEGEM tradidit*; fauoris diuini participes nos reddere non potuit. ἡ χάρις — ἐγένετο) *Vera et maxima beneficia a Christo accepimus.* Ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια, ἡ ἀλήθεια καὶ ἡ ἀλήθεια χάριτος, *doctrina suauitatis ac dignitatis plena, religio perfectior.* Hoc certum est, meliorem perfectioremque doctrinam Christi, quae nobis uiam ad fauorem diuinum aperit, opponi imperfectiori legi *Mosis.*

18. *Θεν ἴδεις ἰώρακε πώποτε*) *Deum*, (eiusque arcana consilia) *hominum nemo perspexerat*. Nam *εἶδεν* non de sensu oculorum accipi hoc quidem in loco, sed idem denotare quod *intelligere, mente cogitationeque percipere*, vel ex uerbo *ἐξηγήσθαι, docere, demonstrare*, constat. Ne Moses quidem ita familiariter cum Deo uixit, ut eius consilia peruideret. *ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρὸς εἰς pro εἰ.* *In sinu esse est proximum et intimum esse.* Luc. XVI, 22. Sentius est: qui patris intima consilia cognouit, qui ei est carissimus, uel familiarissimus. *ἐκεῖνος ἐξηγήσατο*) *ἀτεκάλυψε*, Matth. XI, 27. Consilia Dei tot seculis abcondita, mundo patefecit.

19. *καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ μαρτυρία τοῦ Ἰωάννου*) Hoc autem est illud, de quo dixi, testimonium Ioannis, non ex occasione prolatum, sed ad legitimam interrogationem. Iudaeorum proceres, nouarum rerum cupidi eam ob causam legatos ad Ioannem misisse uidentur, quod hac opportunitate abuti uellent, Romanorum potestati se subducendi. *Ἰεσδαῖοι ἐξ Ἱεροσολύμων*) i. e. Synedrium magnum, cuius confessus erat Hierosolymis, cuius notio erat de uero ac falso propheta. *Ἱερεῖς καὶ λευῖτας*) Miserant doctissimos sui coetus; nam hi, quibus e publico uictus erat, liberius studiis uacabant. *ἵνα ἐρωτήσωσιν αὐτὸν, σὺ τίς εἶ;*) Compendio rem dicit, quae ex superioribus plenius intelligitur. Non enim tantum interrogarunt, quis esset, i. e. quò munere fungeretur, sed et, an esset Christus? Est autem mos Hebraeorum mandata exprimere oratione directa.

20. καὶ ὠμολόγησε καὶ ἐκ ἠρήσατο, καὶ ὠμολόγησε) Sine ulla haesitatione, palam, libere falsus est. Negatio oppositi addi affirmationi solet, ad omnem exceptionem elidendam. Repetitur autem ὠμολόγησε, ut significetur, illum bis terne idem magna constantia atque asseneratione dixisse, quod eo magis erat necessarium, quia illa falsa opinio Ioannem esse Messiam, multos iam inuaserat, Luc. III, 15. ὅτι ἐκ ἐμοῦ ὁ Χριστός) Professus est, se non esse magnum illum Messiam, qui circa ea tempora expectabatur.

21. Ἠλίας εἶ σὺ;) In terras demissus ex eo loco, in quem raptus est. Iudaei in ea erant opinione, *Eliam* paullo ante Messiam esse uenturum, uncturum eundem, i. e. adiuturum eius publicam auctoritatem. Cf. Matth. XVI, 14. Qui hoc interrogant, ostendunt, se nescire, quo patre, qua matre natus esset *Ioannes*, aut de eo dubitare. ἐκ ἐμοῦ) Hoc nimirum sensu, quo interrogabatur. Nam alio sensu Elias nominari poterat, Luc. I, 17. ὁ προφήτης εἶ σὺ;) ὁ προφήτης, sc. ὁ ἄλλος, ille Messiae alter adiutor, qui non est Elias. *Jeremias* intelligi uidetur, de cuius reditu rumor quidam inter Iudaeos uagabatur. Eum putabant abscondisse urnam Mannae, arcam foederis, et alia ab ipso restituenda Iudaeis.

22. τίς εἶ;) Post negatiuas responsiones affirmatiuam uolunt elicere, qualem officio se diceret.

23. ἐγὼ Φωνὴ βοῶντος) Recta locutio fuerat: ἐγὼ ὁ βοῶν: sed uerba ipsa prophetae Iesaeae afferre uoluit. Vid. Matth. III, 3.

24. ἐκ τῶν Φαρισαίων) Non mirum; maior enim synedrii pars eius erat sectae, ut uidere est Act. XXIII.

25. τί ἔν βαπτίσει;) Hoc ius, per baptismum nouam colligendi religionis societatem, concedebant Iudaei Messiae, eiusque adiutoribus, Eliae et Ieremiae, non autem aliis. Qui enim baptizabantur, nouam subibant obligationem, et quodammodo seiungebantur a reliqua Iudaeorum societate sacra.

26. ἐγὼ — ἐν ὕδατι) Sola aqua, ut alii etiam Iudaei profelytos baptizabant. Nolite putare, inquit, rem totam esse in meo baptismo. Quod ego facio, praeparatio tantum est et initium functionis ipsi mandatae. μέσος δὲ ὑμῶν ἔσται) *Inter uos est.* Is, quem requiritis, Messias, inter uos iam est, muneri suo paratus. Ἐξήκει, aut loco *praesentis*, aut loco *futuri*: Paulo post publice inter uos comparebit. Ἐν ὑμέτερις ἐν ὕδατι) Nempe exacte et accurate. Potest etiam sensus esse: Quem uos esse reiecturos scio.

27. ἀπίσω με ἐρχόμενος) *excipiens me*, in gerendo munere. Cf. supra comma 15. et Matth. III, 11. Ceterum uarie hoc comma legitur, sensu fere eodem manente.

28. ἐν Βηθαβαρᾷ) Alia uetusta exemplaria legebant ἐν βηθανίᾳ. Quia autem Bethania nec trans Iordanem, nec in deserto erat, sed non longe ab Hierosolymis, alii ἐν Βηθαβαρᾷ legendum esse statuerunt. Sed nomen Bethaniae duobus uicis commune esse potuit. Et *Bethabara* et *Bethania* significant domum transitus, domum nauis.

29. Τῇ ἐπαύριον) *Die sequente.* Quum autem nulla temporis mentio antea facta sit, intelligendus est dies, qui secutus est baptismum Christi a Ioanne administratum. Omissit nempe Euangelista Ioannes historiam de baptismo Christi,

inferendam ex aliis Euangelistis. Hoc non temere dici, ex eo recte colligitur, quod in omni reliquo loco de Christo baptizato fermo est. ἔρχόμενον πρὸς αὐτὸν) Videtur Iesus ad Ioannem uenisse, quod eius praedicationem uellet cohone-
 nestare, sicut antea ad eius baptismum honoris causa uene-
 rat. Ne quis autem suspicaretur, Iesum eadem causa qua
 alii, uenisse ad baptismum, ut scilicet peccata confiteretur,
 idcirco tollit Ioannes eiusmodi suspicionem, dicens: ἴδε—
 κςμς) Ecce eum, qui tanta excellit puritate, ut aliorum, ut
 uniuersi generis humani peccata possit abluere. Ὁ ἀμνὸς
 τοῦ θεοῦ) *Seruator diuinitus missus, ille Deo gratissimus agnus,*
 de quo Iesaias c. LIII, 7. Genitius θεῶν h. i. ita est ex-
 plicandus, ut ἔργον θεῶν Ioh. VI, 29. *sacrificia Dei* Ps.
 LI, 19. *Agnos* quum Christum comparat Ioannes, respexisse
 uidetur ad cit. Iesaias locum c. LIII, 7. Alii eum respe-
 xisse putant ad agnum paschalem, alii potius ad agnum sa-
 crificii iugis. Quum enim agnus paschalis a solis Iudaeis
 comederetur: agnus sacrificii iugis totus comburebatur offe-
 rebaturque pro salute non Iudaeorum solum, uerum totius
 humani generis. *Ioseph.* de B. I. L. II, c. 10. §. 4.
 Antiq. III, 10. 1. aliisque locis. Quicquid sit, agnum ap-
 pellant Christum, quod maectandus esset, et mitis et innocens
 esset. Ὁ ἀίρων τὴν ἀμαρτίαν τοῦ κόσμου, *ferens auferens,* ex-
 pians peccata *humani generis,* non Iudaeorum tantum, sed
 et omniam aliorum hominum ex aliis gentibus, 1 Io. II, 2.
 homines e pernicie in felicitatem uindicans.

30. Cf. comma 15.

31. ἐκ ἕδου αὐτοῦ) Multi putant, Ioannem uidisse qui-
 dem Iesum saepius, sed ignorasse, eum esse Messiam. Alii
 autem

autem rectius, ut mihi quidem uidetur, statuunt sensum esse: *Antea non uideram eius uultum.* Recte Chryso-
 stomus: τὸν ἔμπροσθεν λέγει χρόνον, ἢ τὸν ἔγγυς τῷ βαπτίσματι
 Indicat his uerbis Ioannes, se non humanae familiaritatis
 gratia, sed ex diuina reuelatione hoc de Christo testimonium
 proferre. Dissentire uidetur a nostro Matthaeus, c. III, 14.
 ubi Ioannes dicitur recusasse Christum baptizare, sine dubio
 quod sciret, eum esse Messiam. Sed tollitur difficultas in
 loco Matthaei, si sumamus, Christum plura locutum esse cum
 Ioanne, illique dixisse se esse Messiam. ἀλλ' ἵνα φανερωθῇ
 τῷ Ἰσραὴλ κ. τ. λ.) Etenim ut populo Israelitico manifestum
 fieret, quod ille adesset, ideo ego accessi ad baptismi munus.
 Breuiter dicit, quod mox u. 32. sqq. explicatius dicet, se
 occasione baptismi didicisse, Iesum esse Messiam. Quum
 nempe Ioannes primum ad baptizandi munus accederet, fe-
 cit id quidem eo consilio, ut populum moneret, iam esse
 Messiam prae foribus; sed quis ille esset, ipse tunc ignorabar.
 Hoc Deus ipsi reuelauit, quum Iesus ipse baptizaretur.

32. τῷ βάπτισματι) Sc. quum Iesu Nazareno baptismum im-
 pertirem. Ad reliqua uide dicta ad Matth. III, 16.

33. καὶ γὰρ οὐκ ᾔδειν αὐτὸν) Nesciebam quis esset, quum
 ad me ueniret. Videtur tamen Iesus de religione collo-
 cutus esse tum Ioanne, antequam baptismum ab eo peteret.
 Ex his eius sermonibus cognouit Ioannes, Iesum esse exi-
 mium hominem, ut patet ex Matth. III, 14. Ex quo signo
 autem cognouerit, eundem hunc esse Messiam, statim de-
 clarat sequentibus uerbis. ἀλλ' ἵνα τίμωσας — ἀγίω) Hoc
 igitur signo cognouit Ioannes, Iesum esse Messiam. Cf.
 Matth. III, 11.

34. *μειρατύρηκα*) *Et testatus sum et testor: more Hebraeo, quo uox praeteriti etiam permanentem actum significat.* ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ) *Messias.* Vid. dicta ad Luc. I, 32.

35. τῇ ἑκατέρῳ — δύο) Τῇ ἑκατέρῳ, sc. *γενομένην ἡμέραν, sequenti die.* Ἐιρήνη, eodem nempe loco, muneri suo intentus. Ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ δύο. Plures nempe discipulos habuit Ioannes; sed isto die nonnisi duo apud eum erant. Vnus eorum erat Andreas, comm. 41. Alterum fuisse Ioannem, Euangelii huius scriptorem, plurimi interpretes recte statuunt.

36. καὶ ἀμβλέψας — τῷ Θεῷ) Eadem sententia, quae u. 29. Commendat his uerbis Ioannes discipulis Iesum.

37. καὶ ἠκολούθησαν τῷ Ἰησοῦ) Eo consilio secuti sunt eum, ut eius disciplinae se traderent.

38. τί ζητεῖτε;) Rogat eos eo consilio, ut eos bona spe confirmaret, ne erubescerent, haesitarentque.

39. ῥαββί — τῷ μένει;) Interpretatur Ioannes uocem *Rabbi*, sicut pleraque uocabula hebraica, propter Graecos, quibus praecipue Euangelium suum destinauerat. Cur autem interrogant discipuli: πῶς μένει;) *ubi diuerteris?* Bene respondet *Chrysostomus*: μετὰ γὰρ ἡσυχίας καὶ εἶπεῖν τι πρὸς αὐτὸν καὶ ἀκίσαλ τι παρ' αὐτοῦ, καὶ μαθεῖν ἡθέλον. διόπερ ἔδδ' ἀνεβάλλοντο ἔδδ' εἶπον· ἡξομεν πάντως αὐριον — ἀλλὰ τὴν πολλὴν σπουδὴν ἣν εἶχον περὶ τὴν ἀκράσιν ἐπιδείκνυνται.

40. καὶ παρ' αὐτῷ — ἐκεῖ.) Statim ab eo die Christo adhaeserunt, relicto magistro suo, Ioanne.

41—43. Videtur haec narratio pugnare cum Matth. IV, 18. sqq. et Luc. V, 1. sqq. sed reuera non pugnat. Nam plane diuerfis locis et temporibus contigerunt, quae Ioannes, et quae Matthaeus et Lucas narrant. Andreas fratrem Simonem adduxit ad Iesum in *Iudaea*; nam sequenti demum die Iesus profectus est in Galilaeam, u. 44. Iesus autem utrumque uocauit περιπατῶν παρὰ τὴν Θάλασσαν τῆς Γαλιλαίας, Matth. IV, 18; coll. Luc. V. Quum Iesus Andream et Simonem uocaret, Ioannes in carcerem iam erat coniectus, Matth. IV, 12. 18. Marc. I, 14. 16. Sed post illam historiam, quam Ioannes hic narrat, Iesus ex Iudaea in Galilaeam profectus est, u. 44. et ex Galilaea Paschatis celebrandi causa Hierosolyma rediit, c. II, 13. uiuo adhuc et libere docente Ioanne, c. III, 24. Credibile itaque est, Andream, Petrum, aliosque aliquamdiu ufos quidem esse institutione Christi, sed uitae sustinendae causa artem etiam piscatoriam exercuisse, et post expressam demum uocationem ipsi adhaesisse *perpetuos* comites. Quum Christus *Simoni* nouum imponit cognomen, Κηφᾶς, Petrus, (a firmitate, Cf. Matth. XVI, 18.) ostendit, se eius ingenium et mores perfecte nosse.

44. τῇ ἐπέμυριον — γαλιλαίαν) *Postero die, ex quo Simon ad Christum accesserat, quum iam redire uellet in Galilaeam, uel in itinere iam constitutus.* Cap. II, 1.

45. ἐκ τῆς — Πέτρῳ) Hi omnes Ioannis discipuli fuisse uidentur.

46. τοῦ Ναθαναὴλ) Is *Nathanael* infra c. XXI, 2. nominatur inter alios Apostolos. *Bartholomaeum* fuisse multi

credunt. *ὁ ἐγραψε — ἀπὸ Ναζαρέτ*) *Inuenimus illum de quo scripsit Moses etc. Messiam nempe; is autem est Iesus etc.* Sicut *Iosephi* filium putabant ex vulgi opinione, sic et ortu Nazarenum, quia vulgo sic uocabatur.

47. *ἐκ Ναζαρέτ δύναται τι ἀγαθὸν εἶναι;*) *Ex Nazaret quid boni exspectari potest?* Ne Propheta quidem aliquis, nedum Messias. Solebant ceteri Iudaei spernere Galilaeae incolas, quia e gentium societate multa uitia contraxerant, et rari inter eos erant doctores. Matth. IV, 13 — 16. *ἔρχε καὶ ἴδε*) Locutio frequens in *Zohar*. Doctrinam eius ipse auribus et mente percipe. Certiora indicia ex ipsius sermone accipies, quam ex loco originis haberi possint.

48. *ἴδε ἀληθῶς Ἰσραηλίτης*) *Dignus hic est nomine ueri Israelitae.* Non omnes Israelis posterii digni eo nomine, sed qui Iacobi probitatem referunt, Rom. IX, 6. *ὁ δὲ λόγος ἐκ ἑστ*) Respicitur elogium Iacobo datum Gen. XXV, 27. *אֵת שׂוֹן*, ubi Graeci *ἀπλασος*, *Aquila ἀτλῆς*. Perhibetur autem Nathanaeli hoc testimonium, quia nihil gratiae dans dixerat, quod sacris litteris conueniens iudicabat. Neque eo tamen minus ueniebat, si quid posset, certius exploraturus.

49. *πρὸ — ὑπὸ τῆν σικκῆν*) Vnde eum Philippus solus, nemine conscio, auocauerat. Iudaeis in more fuisse positum, sub ficibus operam dare studiis, ex Talmude discimus. *ἰδὸν σε*) Vidi animum tuum et approbaui. Est autem Prophetae, et multo magis Messiae, plura scire, quam alii homines.

50. οὐ εἶ — Ἰσραήλ) Vide dicta ad Luc. I, 32. quae nostro hoc loco egregie confirmantur. Quanquam enim Nathanael Iesum uocat *filium Dei*, addito tamen ὁ βασι. τῷ Ἰσρ. confitetur ψαλδν ἄνθρωπον, ut recte obseruat *Chrysostomus* ad h. l.

51. μεῖζω τούτων) Quibus non Israelis tantum, sed et angelorum rex cognoscar.

52. ἀπ' ἄρτι — ἀνθρώπων) Sensus proprius esse uidetur: *Mox certis argumentis cognoscetis, me singulari frui prouidentia diuina.* Nempe, non proprie sed tropice intelligenda sunt haec uerba. Qui proprie explicant, ii nulla exempla proferre possunt, nisi Matth. IV, 11. et Luc. XXII, 43. Sed prior locus huc plane non pertinet. Nam loquitur Iesus de re futura; tentatio autem in deserto tum temporis iam erat res praeterita. Restaret igitur unum illud exemplum Luc. XXII, 43. Sed Christus loquitur de re, non semel, sed saepius, et quidem mox et perpetuo euentura. Est igitur tropus in nostro loco. Ministerium nempe angelorum indicat diuinam prouidentiam, et dicitur Deus mittere angelos suos ad eos homines, quibus singulari auxilio adest, quos singulari prouidentia tuetur. Ps. XXXIV, 8. XCI, 11. 12. Videtur igitur sensus uerborum Christi esse: *A nunc uidebitis me singulari frui prouidentia atque tutela diuina.* Exempla huius prouidentiae singularis satis multa occurrunt in uita Iesu. Saepe enim petitus infidiis, et ab hostibus cinctus, saluus euasit; cateruam mercatorum unus e templo eiecit, et nemo ei resistere ausus est; auditaе sunt interdum uoces coelestes, quibus filius Dei declaratus est etc.

CAP. II.

1. Τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ) Nempe post reditum in Galilaeam. Cf. c. I, 44. Alii supplent: *nuptiarum*, alii: *post legationem Hierosolymitanam ad Ioannem Baptistam.* γάμος) *Conuiuium, nuptiale* scilicet, ut recte uertit Syrus. Ceterum uidetur omnino sponsus aut sponsa fuisse e cognatis siue Mariae, siue *Nathanaelis*, qui fuit e Cana Io. XXI, 2. aut alicuius discipulorum Christi. ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας) Vicina fuit Cana Capernaumo, ita tamen ut a lacu Tiberiadis, ad quem Capernaum erat, remotior esset. *Ios. Vit. 16.* ἦν ἡ μήτηρ τῆ Ἰησοῦ ἐκεῖ) Videtur *Maria* gessisse partem curae et ministerii, atque iam antea quodam tempore hic uersata fuisse; nec enim fuit in societate Iesu perpetua.

2. ἐκλήθη δὲ καὶ ὁ Ἰησοῦς) Quia forte non longe ab erat. Non autem inuitatus est ut Propheta, sed ut popularis, cognatus, et notus. Nec qui cum publicanis et peccatoribus uersatus est, ad nuptiale conuiuium uenire recusauit. εἰ μαθηταὶ αὐτοῦ) Sectatores illi primo capite nominati.

3. ὑπερήσαντος οἴνου) Quum deficere inciperet, eoque infundi parcius. οἶνον ἢ κ' εἶχεσι) Personale pro impersonali: *Deficit uinum.* Quaerunt h. l. interpretes, quo consilio Maria haec dixerit? Nulla a Christo haecenus miracula edita fuisse, certum est. Cf. infra com. 11. Quum autem audiuisset Maria, Ioannem de eo testimonium perhibuisse, et discipulos iam uideret, recordata etiam, quae in pueritia eius euenissent, et praedicta essent, Luc. II, 19. I, 32. 33. maiora de eo sperare coepit. Alii ex hoc loco coniectu-

coniecturam ducunt, Christum interdum miraculoso modo subuenire solitum fuisse domesticae egestati, quae fuissent miracula priuata et domestica, quum istud in Cana primum fuerit inter publica miracula. Non uidetur quidem indignum fuisse Christo adhuc priuato, diuina sua uirtute aliquando uti in matris et suorum solatium. Sed res est incerta. Ceterum non male *Chrysostrmus*: Optabat (Maria) et ipsa clarior fieri per filium; καὶ τάχα τι καὶ ἀνθρώπινον ἔπασχε καθάπερ καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, λέγοντες· δεῖξον σεαυτὸν τῷ κόσμῳ, βεβλόμενοι τὴν ἀπὸ τῶν θαυμάτων δόξαν καρπίσασθαι.

4. τί ἐμοὶ καὶ σοί, γύναι) i. e. *quid negotium mihi exhibes? quid de ista re tu ad me refers?* 2 Sam. XIX, 22. XVI, 10. Fac me missum. Videtur haec sententia ex nostro loquendi more iusto asperior esse; sed reuera non est. Nam, ut *Dio* L. LI. refert, *Augustus* olim ad Cleopatram dixit: θάρσει, ὦ γύναι, καὶ θυμὸν ἔχε ἀγαθόν. Non poterat dicere: quid mihi tecum est mater? ἔγω ἤκει ἢ ὦρα μὲ) *Nondum mihi opportunum uidetur.* Nam ὦρα est καιρὸς, *tempestiuum tempus.* Tempus autem edendi miraculum erat, ubi plane omnibus constaret nullum superesse uinum, ne aqua uino admixta crederetur,

5. λέγει — ποιήσατε) Sperabat igitur Maria, filium *opportuno tempore* subuenturum esse amicorum inopiae ac uerecundiae. Quod pro indicio haberi possit, Christum domi suae nonnunquam edidisse miracula, ex quibus mater haberit exemplum. Si quis obiiciat, Christum tantummodo eo consilio edidisse miracula, ut ostenderet, se esse Messiam, responderi potest, Mariae etiam et cognatis Iesu fuisse opus argumentis, ex quibus cognoscerent eum esse Messiam. Sed nihil definiri potest.

6. ὄρθαι λίθιναι) Non in quibus sedentes laurentur, sed unde deprompta aqua uasis minoribus afferretur ad purgandas subinde non manus tantum, sed et calices. κατὰ τὸν καθαρισμόν) κατὰ non raro ualet eis et ita hic Syrus accepit. Vide Marc. VII, 3. 4. τῶν Ἰνδαίων) Hoc addit, quia Christianis scribit, quorum multi ex gentibus uocati. μετρητᾶς) IUVENAL. III, 246. *metretam*. Schol. *uas quod amphoram capit*. FANNIUS: *Attica praeterea dicenda est amphora nobis, seu cadus. Hanc facies, nostrae si adieceris unam*. Est mensura liquidorum apud Athenienses maxima, capiens choas XII. siue libras mensurales CVIII.

7. γεμίσατε) Quia crebris lotionibus depletæ erant. ὕδατος) Nullo alio liquore admixto, ut miraculo plena fides constaret: ita in ipsis hydiis, non in poculo facta, mutatio.

8. ἀντλήσατε οὖν) *Defundite in pocula*. τῷ ἀρχιτρικλίῳ) *Coniuii magistro*. Τρίκλινος οἶκος est conclaue ita dictum a tribus spondis seu lectis stratis ad accumbendum. Latini *triclinium* nominarunt. Et ἀρχιτρικλίνος est magister seu praefectus apparatus coniuii nuptialis, cui omnis instruendi ornandique triclinii cura incumbit. Alias *architriclinus* erat, qui coniuiis leges ferebat bibendi. Cic. Cat. Maj. 14. *Me uero et magisteria delectant*. SCHOL. *In omni coniuiio legebatur plerumque sorte magister coniuii, qui coniuiis ceteris leges ferebat bibendi*. Varroni Modimperator, Horatio arbiter, Plauto dictator, Graecis συμποσιάρχης, βασιλεύς et κρατηγός.

ΙΟ. πᾶς ἄνθρωπος) Ferme ita fit. Vniuersalis locutio pro τῷ ἐπὶ τοῦ. ὕταν μεθύσθῃσι) *Postquam large et ad satietatem biberunt.* Sic μεθύειν dicitur apud *Philonem* de Agric. p. 209. Ε. καλὸν εἶναι τοίχων ἐπιμελεῖσθαι, προσόδους ἐκλέγειν, ἐσιᾶσθαι, μεθύειν etc. *bonum est curare domesticos parietes, reditus colligere, conuiuari, potare etc.* Notandum est etiam, nihil approbari, sed narrari tantum consuetudinem hominum, qui nuptiis interfunt. ἐλάσσω) minus nobile uinum. σὺ τετῆρηκας) Sic existimabar, donec consentiente ministrorum testimonio patefactum est miraculum.

ΙΙ. ταύτην — τὴν ἀρχὴν τῶν συμπεῖων) *Ab hoc exorsus est Iesus signa sua.* Sic *Isocrates* in panegyrico: ἀλλ' ἀρχὴν μὲν ταύτην ἐποιήσατο τῶν εὐεργεσιῶν τροφὴν τοῖς δεομένοις εὐρεῖν. Recte affirmat *Chrysostomus*, post baptismum Iesum coepisse patrare miracula, antea nullum edidisse, nempe publice. Nam ante auspiciationem muneris supernacua fuissent. τὴν δόξαν αὐτοῦ) Maiestatem suam, unde Messias agnosceretur, tanto maior *Mose*, qui sitientibus aquam praestitit, quanto uinum aqua est potius. Et ex aqua uinum faciens, ostendit, se et huius et istius creaturae dominum. ἐπίσεισαν) Sc. firmiter. Confirmati sunt in ea fide, qua iam crediderant, eum esse Messiam.

Ι2. κατέβη εἰς Καπερναῦμ) In oppidum celebrius, qualia loca eligi a prophetis solebant. Cf. *Matth. IV, 13.* καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ) Videntur mater et consanguinei *Iesum* quasi a se abeuntem, profecuti; nam Nazarethi habitabant. ἔτι πολλὰς ἡμέρας) urgente, ut sequitur, paschate.

13. τὸ πάσχα τῶν Ἰουδαίων) τῶν Ἰουδαίων addit Ioannes, quia scribit ecclesiis quae maxima parte ex gentibus collectae erant. ἀνάβη) Haec Ioannis narratio interferi potest Matthaei c. IV, 23. Matthaeus nempe omisit *itinerata* Christi *Hierosolymitana*, quia scripsit praecipue in usum incolarum Galilaeae, quibus non multum consuetudinis fuisse uidetur cum *Hierosolymitanis*.

14. ὄρεν ἐν τῷ ἱερῷ τὰς πωλῦντας) *Iesus*, quum uenisset ad sacra emendanda, bis conspicuo signo testatum hoc fecit, templum, uelut sacrorum sedem, purgando, circa initium et circa clausulam sui muneris, ut, in quo inceperat, in eo se definire ostenderet. Alii semel Iesum hoc fecisse existimant, quod minus probabile est. τὰς πωλῦντας) Explicauimus ad Matth. XXI, 12. κερματιστὰς) *Nummularios, argentarios*. Vocantur κολλυβιστὰς Matth. XXI, 12.

15. φραγέλλιον) Latinum nomen *flagelli* ita pronuntiantur tunc, ut in Matthaeo uerbum φραγελλώσας. ἐκ σχοινίων) Quae facta ibi repererat.

16. τὰς περισερὰς πωλῦσιν) Quae inclusae non perinde eici poterant, sed amouendae erant. οἶκον ἐμπορίας) ἐμπόριον locus est mercaturis faciendis idoneus, i. e. forum rerum uenaliū.

17. ἐμνήσθησαν δὲ — — κατίφαγέ με) Leg. καταφάγεται με. *Stadium domus tuae me consumit*. Pf. LXIX, 10. BENGELIUS: *Reuera hostes Iesum postea ob Zelum domus paternae interfecerunt*. Sed uidetur potius his uerbis inesse descriptio ingentis feruoris, et ardentissimi Zeli pro honore cultus diuini: Indignatio e profanatione templi tui me prope modum conficit et enecat.

18. ἀπεκρίθησαν) ΠΠ̄ Hebraeum ut et Graecum ἀποκρί-
νοθαι saepe de eo dicitur, qui prior loquitur. ἢ τὸ σημεῖον
δεικνύεις ἡμῶν, ἔτι ταῦτα ποιεῖς) Poscebant *portentum, ostentum,*
rem inusitatam, e. c. ut statim ignem de coelo labi iube-
ret; ut aliquem statim morbo quòdam uehementi liberaret,
uel quid simile. Quia nempe Iesus castigabat in loco pu-
blico uitiosa, a synedrio et sacerdotibus tolerata, hoc pro
signo habebant, eum se pro Propheta gerere uelle. At
prophetae se tales ostendere debebant aut praedictionibus
aut ostentis.

19. λύσατε τὸν ναὸν τῆτον) Imperatiuus hic positus est
pro potentiali: *Destruite, i. e. si destruatís.* Negandum non
est, subobscuram esse hanc sententiam; sed eius ingenii
oratio solet haud raro uel ab optimis magistris adhiberi, ut
audientium facultas intelligendi excitetur. καὶ — ἐγερῶ
αὐτὸν) Ναὸν ἐγείρειν est, *templum aedificare, s. exstruere, re-*
ficere. Vid. infra u. 21. Vocat corpus suum templum,
quia de templo sermo fuerat, et dat signum se esse Mes-
siam, quia tertio die e mortuis resurrecturus erat. Cf.
Matth. XII, 39.

20. τεσσαράκοντα καὶ ἕξ ἔτεσιν ᾠκοδομήθη ὁ ναὸς ἕτος)
Iam XLVI. elapsi sunt anni, ex quo Herodes M. regis im-
pensis templum restaurare coepit; et ne nunc quidem per-
fecta sunt omnia quae ad eius ornatum faciunt. *Iosephi*
Antiq. XV. II. 11. Voluit nempe Herodes M. illud a
Serobabele conditum templum multo splendidius aedi-
ficare. Coepit anno XVI ante Christum natum. Quum
autem haec, quae h. l. narrantur incidant in annum 30 post
Christum natum, accurate 46 anni efficiuntur.

21. περί τῆς ναῦ τῆς σώματος αὐτοῦ) Genitiuus ἐξηγητικὸς, sicut fontem Timaii dicimus et alia multa, uice appositionis. Sensus est: *De templo illo, quod erat corpus ipsius.* Templum in quo habitat plena et perfecta θεότης, fuit enim σῶμα οὐ μονογενές. Hoc audientibus omnino fuit obscurum. Nec Christus iis explicauit, quia fidem non adhibuissent. Obscure autem hoc significauit, ἵνα διερχθῆ προειδώς ἀνωθεν τὰ μετὰ ταῦτα, ὅταν ἐξέλθῃ καὶ τῆς προβήσεως τὸ τέλος, ut *Chrysostomus* loquitur.

22. τῆ γραφῆ) *Iesaiæ*, ut qui praedixerat uitam Messiae gloriosam, postquam se in mortem pro peccatoribus dedisset. καὶ τῷ λόγῳ ᾧ εἶπεν ὁ Ἰησοῦς) Usitata et elegans apud Graecos articuli postpositiui constructio, quam Atticorum esse dicit Gaza. E. g. χαίρω τῷ λόγῳ, ᾧ εἶπας.

23. ἐπίστευσαν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ) Alii Messiam eum esse crediderunt, sed regnum expectabant felix in orbe terrarum, alii eum pro legato diuino habuerunt.

24. ἐκ ἐπίστευεν ἑαυτὸν αὐτοῖς) Allusio mutata significatione uocabuli. Non commisit se eorum fidei quotidiano conuictu, quia probe nouerat, eos nouas res moliri; sed rediit in Galilaeam. γινώσκειν πάντας) Et malos, et non satis bonos.

25. εἰ χρείαν — περί τῆς ἀνθρώπου) Non opus fuit ipsi exploratoribus, qui eum certiore facerent de ullius hominis consiliis et cogitationibus. Ὁ ἄνθρωπος hic est homo uisus. αὐτοῦ — ἀνθρώπου) Ipse enim satis perspexit, quo quisque animo in ipsum esset; plerosque nempe infirmos, et a meliori cognitione abuisse.

CAP. III.

1. **H**_v δὲ — Ἰουδαίων) Cohaeret haec historia cum c. II, 25. Declaratur enim exemplo illustri quodam sapientia Iesu et modus differendi cum aliis de rebus ad religionem pertinentibus. Thalmudici non raro loquuntur de *Nicodemo*, filio *Gorionis*, ut ostendit Wetstenius. *Altingius* (Schilo L. IV. 23. 24.) pluribus contendit, Nicodemum Thalmudicorum esse eum ipsum, de quo Ioannes in Euangelio scribit. *Pharisaeus* fuit; ergo non alienus ab expectando Messia, sed falsis opinionibus de regno Messiae terreno imbutus. *Αρχων, רב, unus τῶν סוֹרִיט, uel Synagogae praeses, uel Synedrii assessor. Malo consilio, et insidiandi causa Nicodemum accessisse ad Iesum, non est probabile. Infra VII, 50. 51. XIX, 39.

2. νυκτός) Ne offenderet Collegas, Iesu iam male uolentes. Est autem νυκτός pro διὰ νυκτός, noctu. ὀίδαμεν) aut alios comprehendit, idem cum Nicodemo sentientes, aut habet significationem singularis numeri, quasi ὀίδα μὲν. ὅτι ἀπὸ θεῶ ἐλήλυθας διδάσκαλος) Sc. ἀπεσαλμένος, te uerum esse *Prophetam*, doctorem diuinitus excitatum. εἰάν μὴ ἢ ὁ θεὸς μετ' αὐτῶ) *Nisi Deus eum adiuuerit*. Habuit quidem Nicodemus Iesum pro insigni doctore et Propheta, sed nihil maius homine in eo agnouit.

3. ἀπεκρίθη — αὐτῶ) Ioannes dubio procul *excerpta* modo colloqui Iesu cum Nicodemo instituti dedit, et multa omisit. Verbum ἀποκρίνεσθαι in principio sermonis saepe redundare, notum est. Quum autem Nicodemus, ut edoceret, ad Iesum uenisset, hic ad quaestionem quandam propositam, a Ioanne omittam, respondere uidetur. Nicodem-

mum enim plura locutum esse, nemo facile dubitauerit. Quid autem Nicodemus ex Iesu quaerere uoluerit, haesitant interpretes. Plerique statuunt, eum quaerere uoluisse *de modo salutis tenendae*. *Tittmannus* contra (Melet. II.) putat, Nicodemum ex Iesu rescire uoluisse, *quisnam futurus esset Messias*, (de quo uariabat multitudinis opinio,) *quidnam demum ab eo expectari posset?* Mihi utrumque uerum esse uidetur. Nam in illa Nicodemi quaestione, quidnam Messias esset praestiturus, quid ab eo expectari posset, inerat etiam altera illa quaestio, quaenam *salus* ab eo esset expectanda, et quo modo illa salus ab hominibus posset impetrari? Respondet Iesus: ἀὐτὸν — τῷ Θεῷ) *Sanc-
tissime tibi affirmo, neminem nisi denuo quasi natum par-
ticipem fieri posse bonorum et beneficiorum regni Messiani.* Recte monent interpretes, Dominum hoc toto loco *proxime* respexisse ad Iudaeos eorumque peruersas opiniones de Messia, et corrigere uoluisse falsam illam ideam, quasi ad posteros Abrahami solos pertinerent beneficia Messiae, et Iudaei iam propter Abrahamum, generis sui auctorem Deo esse gratos et acceptos. Cf. not. ad Math. III, 9. Quod autem nonnulli addunt, ad solos Iudaeos pertinuisse hanc Iesu institutionem Nicodemo datam de uia ineunda iis, qui uelint potiri felicitate regni Messiani, id falsum esse arbitror. Opus fuit Iudaico populo ingenti mutatione non tantum opinionum de Messia, sed etiam in uniuersum *ingenti mu-
tatione animorum, quoad uniuersam sentiendi uiuendique
rationem.* Hac animi mentisque immutatione omnibus omnium temporum hominibus praeue sentientibus opus esse, si uelint potiri felicitate per Christum parata, quis dubitet? Quaerunt interpretes de significato aduerbii ἀποθνήσκου, an h. l. uerten-

uertendum sit *superne*, an uero *denuo*? Interdum significat quidem et apud hunc Euangelistam et alibi, *superne*, ut mox com. 31. et infra c. XIX, 11. Sed hoc loco ualere uideatur *denuo*. Versio COPT. *Nisi homo genitus sit altera uice*. SYR: שֵׁן דְּרִישׁ. Ita etiam mox accipit *Nicodemus*, u. 4. qui significatu uocis dubio falli non potuit, quum in Hebraeo aut Syriaco non sit ea ambiguitas. Obscure loquitur Christus ad acuendam attentionem Nicodemi. *Denuo nascitur is*, cuius sentiendi ratio prorsus immutatur; quod fit institutione et religionis doctrina. Nicodemus hunc Iesu sermonem intelligere potuit; etenim non solum Iudaeis, sed gentibus etiam solenne fuit, sacrorum initiationem *regenerationis* uocabulo significare. *Talkut Rubenis* fol. 70. 4. R. Iose dixit: *Profelytus quis factus, est sicut paruulus modo natus*. ἢ δύναται ἰδεῖν τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ) *Non potest particeps fieri regni Dei*. Nam ἰδεῖν hic est participem fieri. Per *regnum Dei* uero intelligit beneficia cultoribus Messiae promissa, et in hac, et in altera uita. Sensus igitur est: Qui ciuis fieri uult regni illius diuini, quod non tantum ad Iudaeos, sed ad omnes homines pertinet, eum tanquam recens natum meliori doctrina oportet imbuī, et magnam experiri intellectus et uoluntatis emendationem.

4. πῶς — καὶ γεννηθῆναι;) Nicodemus uim phraseos γεννηθῆναι ἄνωθεν bene intellexisse uidetur; sed an fieri possit, ut homo, senex quoad uniuersam sentiendi uiuendique rationem immutaretur, id erat, de quo dubitabat. Est igitur sensus uerborum Nicodemi hic: *Quomodo fieri potest, ut homo senex factus, in cuius mente sensus prauī iam*

radices egerunt, se ita mutet, ut nouam plane sumat indolem, plane aliam sentiendi agendique rationem? Quemadmodum non fieri potest, ut aliquis physice renascatur, sic quoque impossibile est, ut aliquis moraliter renascatur.

ς. ἀπερίθῃ — τῷ Θεῷ) Respondet Iesus, necessariam esse hanc regenerationem uel mentis immutationem, et effici posse etiam per Deum. Sine ea nemo potest adire regnum Dei; hinc patet *necessitas*. Effici autem *potest* haec mutatio ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος, *per aquam et Spiritum*. Πνεῦμα, quum τῇ σαρκὶ opponitur, plerumque *infignem Dei potentiam* indicat, quae a nouitate efficiendi, effectusque rei magnitudine plurimum admirabilitatis habeat, auocetque hominem ad ea mente complectenda, quae naturae uniuersae hominisque conditionem longe superant. Vid. *MORI* differt. *de notione Spiritus practica* in dissertatt. theologicis et philologicis, (Lips. 1787. 8.) p. 332. f. Hinc, quicquid fit per πνεῦμα, per πνεῦμα ἁγίον s. τῷ Θεῷ, id spectatur semper ut res effectiois diuinae. Nostro igitur loco intelligitur uis diuina in animis hominum per doctrinam diuinam se explicans, adeoque *doctrina diuina ipsa*, uel *Christi religio*, per quam illa uis diuina se exferit. Sic Christus infra c. VI, 63. doctrinam suam expresse uocat πνεῦμα, eamque τῇ σαρκὶ opponit. Τὰ ὕδαρ est *baptisma*. Sic Nicodemus hanc uocem intelligere potuit. Nam Ioannes Baptista non multo ante baptizauerat, et baptisma suum appellauerat βάπτισμα μετανοίας, Luc. III, 3. Deinde etiam Christus ipse instituit baptisma, quo homines obstringerentur ad fidem religioni suae habendam. Vid. Eph. V, 26. Tit. III, 5. Ergo ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος *regeneratur*, qui

qui per baptismum se obstringit ad amplectendam doctrinam diuinam, et per eam ratione opinionum, sensuum morumque corrigitur et emendatur. Nempe homines sibi relicti sapiunt τὰ σαρκικά, quae sunt corporis; ea tantum quaerunt, quae auribus, oculis et corpori sunt grata. Doctrina Christi autem mentes nostras abducit a rebus corporeis, caducis, ad coelestia, aeterna, quae, utpote πνευματικά, non percipiuntur sensibus. Non satis idoneis rationibus utuntur, qui cum Ven. *Tellero* (im Woerterbuch des N. T. sub uoce *gebobren*) per aquam et Spiritum intelligunt *aquam spiritua-lem*, sc. Euangelium.

6. τὸ γεγεννημένον — πνεῦμα ἕσι) *Ex hominibus natus, homo est; sed per uim diuinam natus et immutatus, is demum habet diuinam ingenii indolem, ad tenendum regnum diuinum necessariam. Per carnem intelligitur natura hominis, homo, cum omni sua imperfectione morali, sensuum et cupiditatum corporearum imperio subiectus, infirmus. Natus ex talibus parentibus, in quibus est illa imperfectio moralis, est σαρκικός, similis eorum parentum. Alii haec Saluatoris uerba referunt ad eam Iudaeorum opinionem, quum iam propter natales ex maioribus se existimarent Deo esse carissimos et probatissimos, et per carnem intelligunt naturam hominis simpliciter, seu natiuitatem naturalem, ut sensus sit: *Ex solo natiuitatis beneficio nihil praecipui quisquam habet, praeter naturam humanam et iura propinquitatis externa.* Haec etiam interpretatio usui loquendi et contextui bene conuenit. τὸ γεγεννημένον, est neutrum pro masculino: πάντες οἱ γεγεννημένοι. Homines sibi relicti, licet a sanctis, et patriarchis adeo, ut uos Iudaei, genus deriuent,*

deriuent, homines sunt et manent, uitae huius uoluptates et commoda quaerunt. καὶ τὸ γεγεννημένον ἐκ τοῦ πνεύματος, πνευμά ἐστι) *Quicumque ex spiritu generati sunt, spirituales sunt*, exoptant et studiose quaerunt meliora, perfectiora bona, quae non percipiuntur auribus, oculis et aliis corporis sensibus; coelestibus et aeternis magis delectantur, quam terrenis et caducis huius uitae commodis et uoluptatibus. Neutrum γεγεννημένον, iterum pro masculino, et πνεῦμα pro πνευματικός.

7. μὴ θαυμάσης) Non debet incredibile tibi uideri quod dixi, ideo quod haec natiuitas in oculos non incurrit, ut ista naturalis.

8. τὸ πνεῦμα, ὅπως θέλει, πνεῖ) *Ventus nunc huc nunc illuc se mouet*. Perturbauerat Nicodemum sermo Christi de *Spiritu*, quia nihil huiusmodi sensibus unquam perceperat. Simili itaque rem illustrat Christus, desumpto a uenti impetu. Omittit nempe incorporea, quae ille capere non poterat, et exemplum sumit de eo, quod ueluti est medium quoddam inter corpus et incorporeum. Nam πνεῦμα h. l. est ἀνεμος, uentus, ut Gen. VIII, 1. Eccles. XI, 5. Ostendit Christus et alia esse, quae non conspiciantur, reuera tamen existant. Vento autem uoluntas tribuitur per Prosoopoeiam, quemadmodum et uentus et mare dicuntur *obsequi* Christo iubenti. Sensus est: Non potest prohiberi uentus, quin huc illuc feratur. φωνὴν αὐτοῦ ἀκούεις) *auditur sonus, strepitus*. ἐκ ἰδίας πόθεν ἔρχεται) *Non cernitur origo eius, unde oriatur*. καὶ πῶς ὑπάγει) πῶς h. l. est *quo*. Hoc uult: Nescitur, ubi desinat uentus; non magis exitus eius quam origo in conspectum uenit. Et si certum est uentum flare, tamen in hac

re

re quaedam mira et obscura esse solent. ἕτως — πνεύματος) Sic se emendatio nostra habet. Est certa; nam experimur eam, sed sunt in ea quaedam obscura et mirabilia. Nemo, qui se in melius mutatum sentit, describere potest, quo puncto haec mutatio coeperit, quomodo sit progressa, quomodo vires ad hanc vel illam uirtutem exercendam sint roboratae.

9. τῶς — γενέσθαι) Haesitantis est. Post tam manifestum exemplum nondum intelligit orationem hanc Nicodemus. Non repugnat quidem, sed sententiam sermonis non penitus assequitur, et planius exponi cupit.

10. οὐ εἶ ὁ διδάσκαλος τῆ Ἰσραήλ) Formula loquendi Iudaeis ualde usitata, e. g. *Midrasch Mischle IX. 2. Nedarim f. 49, 2.* Sensus est: *Magistri personam ad populum tuum sustines καὶ ταῦτα ἢ γινώσκεις;*) *Et ne haec quidem perspicis? Recte CHRYSOSTOMUS: ἔδαμῶ ποιηρίαν κατηγορεῖ τῷ ἀνδρὶ, ἀλλ' ἐνύθειαν καὶ ἀφέλειαν μόνον, stultitiam et simplicitatem. Malitiae indicium nec in eius obiectionibus, nec in Christi responsionibus ullum deprehendimus. Sed ignorantiam uiri iure reprehendit Iesus, quod non potuerit diiudicare hoc, nempe per Deum id fieri posse, quod non possit per homines. Nam in V. T. haud raro tale aliquid dicitur, e. c. quum Deus promittit, se nouum cor daturum esse, aut quum Dauides precatur: *Da mihi cor nouum.* Ps. LI, 12.*

11. ὃ διδάμεν, λαλοῦμεν) Christus de se in plur. num. loquitur. λαλεῖν autem h. l. est *docere.* *Ego doceo, quod ipse satis scio; uos ignoratis, ergo nec docere potestis*

spiritualia ista, καὶ ὃ εἰσάκαμεν μαρτυροῦμεν) *Rem certissime sic habere scio.* Res illas expono uobis, a Deo, Patre meo traditas, atque a me in coelo quasi uisas. Cf. supra c. I, 18. καὶ — εἰ λαμβάνετε) Tu cum popularibus tuis non admittis testimonium meum; uideris mihi non adhibere fidem.

12. εἰ τὰ ἐπίγεια — πικεύσατε;) *Si mihi de rebus humanis differenti fidem non habetis, multo minus fidem habebitis differenti de rebus coelestibus.* Quae sint τὰ ἐπίγεια, τὰ ἑπεράνια, dubitant interpretes. *CHRYSOSTOMUS* τὰ ἐπίγεια uult esse *Baptismum, qui in terra perficitur*; *GROTIUS*, *res diuinas, comparatione a rebus humanis* (naturali natiuitate, uento) *ducta, explicatas*; *SEMLERUS* *ea, quae iam tunc in terra inter homines fieri inceperant.* Videntur autem, ἐπίγεια esse, *quae in terra fiunt, quae experiri possunt homines e. c. regeneratio*, de qua in praecedentibus fuerat fermo; haec enim fit in his terris, et cognoscitur interiori nostro sensu. Τὰ ἑπεράνια autem uidentur esse, *quae in coelo facta sunt, et futura sunt*, ab hominum intellectu remota, e. c. quod filius Dei semper fuerit apud Patrem; arcana Dei consilia de salute humani generis procuranda per filium Dei etc.

13. Καὶ ἔδιδε — εἰσανῶ) *Nemo enim in coelo* (apud Deum) *fuit praeter eum qui e coelo descendit, qui nunc homo inter homines uersatur, sed* (antea) *fuerat in coelo.* De se loqui Christum, clarum est. Nexus horum uerborum cum praecedentibus a uariis uarie constituitur. Videntur autem cohaerere cum illis: (u. II.) ὅτι ὃ εἶδαμεν — μαρτυροῦμεν, et sequentia (καὶ τὴν μαρτ. — πικεύσατε;) parenthesi esse

esse includenda, ut sensus sit: *Ego solus haec talia perfectissime scio, quia praeter me nemo in coelo cum Deo uersatus est.* Alii καὶ h. l. uertunt: *exempli gratia*, ut Iesus exemplis nonnullis illustret id, quod dixerat com. 12. *Nemo ascendit in coelum*, i. e. nemo unquam mortalium in coelo, apud Deum fuit; ergo nulli mortalium arcana Dei consilia sunt nota et perispecta. Quoad sensum non differt eorum interpretatio, qui phrasin ἀναβαίνειν εἰς τὸν ἕρανον tropice intelligunt, ut denotet: *res abstrusiores et ueluti in gremio Dei reconditas penetrare ac manifestare*, ut Deut. XXX, 12, Rom. X, 6. Prouerb. XXX, 4. Baruch. III, 29. Ἐγὼ μὴ ὁ εἰς τὸν ἕρανον καταβὰς, nisi ego solus, qui e coelo descendendi, ut nempe illa ἐπεράνια doceam et explicem. In phrasi, *Christum e coelo descendisse*, inest, eum omnes homines superare originis et naturae praestantia, et Deo familiarem ac amicum pura a sensuum inquinamentis praeditum esse rerum diuinarum noticia, ut adeo solus citra errorem arcana Dei consilia hominibus aperire possit. Vid. D. IO. CHRISTOPH. DOEDERLEIN Commentatio de ui et usu formulae, *Christum e coelo uenisse*, in opusc. theologicis (Ienae 1789.) p. 59. s. De phrasi ὁ εἰς τὸν ἕρανον uide dicta ad Matth. VIII, 20. Ὁ ὢν ἐν τῷ ἕρανῳ, i. e. ὁ ἦν, ut c. I, 18.

14. καὶ καθὼς — ἀνθρώπου) *Verum simili fere consilio, quo Moses suspendit serpentem in deserto, ego (filius hominis) suspendar.* Explicat nunc Iesus Nicodemo, quis et quidnam Messias sit? Data opera nolebat propriis uerbis uti et dicere: *Messias cruci affigetur*; itaque usus est exemplo: *suspendetur ut serpens ille.* Non autem dixit

Dominus serpentem illum suspensum esse, ut praefiguraret mortem Messiae, aut Israelitas de morte Messiae eiusque effectis adspectu illius admonitos fuisse et cogitasse; nec Iesus hoc loco se cum serpente, sed mortis genus cum suspensione serpentis comparat. Καθώς, ἕτως praecipue causam et consilium indicat, quo et serpens et Iesus est suspensus. Imposuit nempe Moses ex mandato diuino serpentem aeneum perticae, ut morfi a basilicis, eum aspicientes, sanarentur, et in mortali hac uita conseruarentur. Num. XXI, 6 — 9. Suspensus est Christus in cruce, ut credentes in eum uitam aeternam consequerentur, u. 15. Verbum ὑψέν significat *suspendere*, ut infra c. VIII, 28. XII, 32. 34. Pertinet hoc ad τὰ ἐπεράνια, (u. 12.) arcana Dei consilia, omnibus mortalibus adhuc ignota, soli filio perspecta, et ab eo hominibus reuelanda.

15. ἢ αὐτῶς — ζωόντων) *Ut, quisquis ei confisus fuerit, non percat, sed felicitatem aeternam consequatur.* Πιστεύειν εἰς τὸν υἱὸν h. l. haud dubie est *confidere filio*, firma fiducia ab eo expectare salutem. Nam respiciunt haec uerba ad u. 14. Sicuti a serpentibus morfi, qui aeneum serpentem aspicerent, et crederent se sanatum iri, conualuerunt: ita peccatis miseri, qui filio Dei confidunt, non tantum ab aeterna miseria liberantur, sed et aeternam felicitatem consequuntur. Intelligitur autem fiducia cum suo effectu, spe et obsequio. Ἀπόλλυσθαι, *miserum, infelicem esse*; cuius oppositum est ἔχειν ζωὴν ζωόντων, *aeternam salutem consequi*.

16. ἕτως — ἔδωκεν) *Tanto enim fauore complexus est Deus humanum genus, ut (ei) filium suum unigenitum traderit.* Monet Christus, ea, de quibus locutus erat u. 15.

bene-

beneficia, deberi singulari Dei fauori; ab eo paratum esse hominibus tantum remedium. *CHRYSOSTOMUS*: 'Ἐκάστη λέξις πολλὴν ἔχει τὴν ἔμφασιν' τῷ τε γὰρ εἶπεῖν ἕτως ἠγάπησε, καὶ τῷ, ὁ Θεὸς τὸν κόσμον, πολλὴν δείκνυσι τῆς ἀγάπης τὴν ἐπίτασιν. Fauor Dei, (ἡ ἀγάπη τῆς Θεῶ) hic laudatur, quo commotus filium suum miserit. Ergo uix locum habere potest formula, iustitiam ultricem postulasse, ut Deo irato satisfaceret. Maluit Deus filium unigenitum mittere, et in certam mortem tradere, potius quam ut homines errantes et perituros destitueret. Rom. VIII, 32. Verbum δῶναι, pro quo Paulus l. c. παραδῶναι utitur, obscure mortem Christi innuit. Τὸν κόσμον, uniuersum genus humanum, non tantum Iudaeos, sed et omnes reliquas gentes. Hoc ideo dicit, quia Nicodemus falso sibi persuaserat, beneficium Messiae ad solos Iudaeos, et praecipue ad eorum Sacerdotes, Leuitas et Scribas pertinere. Eadem de causa uox fidei saepius iteratur comm. 12. 15. 16. 18. ut intelligeretur, beneficia Christi non conferri propter genus et proauos, sed omnibus, iisque solis, qui animum honestum, ueri amantem et docilem haberent. Valeat itaque *Augustini* et asseclarum Iudaicus Particularismus!

17. ἵνα κρίνῃ τὸν κόσμον) *ut poenas exigeret ab hominibus, ut eos infelices, miseros redderet.* Nam κρίνειν h. l. κατακρίνειν, damnare et poenas exigere, oppositum τῷ σώζεσθαι quod statim sequitur. Ὁ κόσμος, ut u. 16. Hoc contra Iudaeos. Hi enim putabant, Messiam, quum aduenerit, gentes omnes nouis suppliciorum generibus et portentis inusitatis in lacum ignis perpetui esse deiecturum. Hoc fuit *illud odium humani generis*, quod solent Scriptores

res graeci et romani Iudaeis tribuere. Ceterum per se patet, de primo aduentu Christi hic esse sermonem. Ἰωσωθῆ) idem est ac antea, *ne pereat*, sed uitae aeternae particeps esse possit.

18. ὃ κριταί) *non fit miser*, sed felicitate potitur. ὃ δὲ μὴ πικρῶν, ἤδη κέρταται) *iam nunc miser est, et culpam contrahit*, dum oculos claudit, et sibi uiam salutis, quam monstratum ueneram, praeccludit. Dicitur est uetus: *Illo nocens se damnat, quo peccat die*. Sic in legibus Romanis: *ipse te poenae subdidisti*. ὅτι — τῷ θεῷ) *Eam ipsam ob causam, quia unigenito Dei filio fidem non habet*. Non homini, sed Dei filio, ipsi Deo denegat fidem; quod est facinus maxime indignum.

19. αὐτὴ δὲ — ἢ τὸ φῶς) *Haec autem est causa, cur homines (multi) miseri fiant, quod, quum lux orta uenisset, tamen tenebras luci praetulerunt*. αὐτὴ δὲ ἴσιν ἢ κρείσιν, *haec est miseriae causa*, uel: haec est causa, cur magna pars hominum puniatur. Solet Ioannes demonstratiuum pronomen siue euidetiae, siue illustrationis causa saepius usurpare, ut infra c. XVII, 3. Verba ἠγάπησαν οἱ ἄνθρωποι μᾶλλον τὸ σκότος, ἢ τὸ φῶς, uerte: *Praetulerunt homines, (i. e. magna pars hominum, ut supra I, 2.) tenebras luci*. μᾶλλον hic oppositionis est, non comparationis, et tota comparans propositio simpliciter negat. Non male *CHRYSOSTOMUS*: διὰ τὸτο κολάζονται, ὅτι σκότος ἀφείναι καὶ φωτὶ προσδραμεῖν ἢ κρείσθησαν. Τὸ φῶς est doctor ille diuinus, Iesus, tanquam sol nouus progressus, uel etiam cognitio religionis melior et plenior, quae per Christum innotuit hominibus. Τὸ σκότος, *inscitia et animi prauitas*. Dicit itaque

que Christus: *Causa, cur grauiſſima poena digni ſint huiusmodi homines, haec eſt quod ſcientes in inſcitiae et uitiorum tenebris perſeuerare uolunt.* Qui nempe in tenebris uerſatur eo tempore, quum lumen deeſt, aliqua uenia eſt dignus: qui uero exorta luce tenebras ſectatur, malum proſecto prauumque animum prodit. Cf. infra XV, 22. ἦν γὰρ — ἔργα) Ratio redditur, cur hominum magna pars doctorem illum diuinum, (τὸ φῶς) admittere nolit. Amant ſua uitia; fauent morbo, et reſpuunt medicinam. Sic Iudaei praeferebant doctrinae Ieſu ſuas opiniones de Meſſia, ſpem ſuam et exſpectationem uanam, idque *propter male facta ſua*, i. e. propter mores ſuos peſſimos, propter opiniones et cupiditates terrenas, quibus irretiti tenebantur.

20. πᾶς γὰρ — τὰ ἔργα αὐτοῦ) *Qui enim uitiiſ ſuis delectatur, odit lucem, (doctorem, qui uirtutis ſtadium commendat,) nec uenit ad lucem, (fugit potius doctorem,) ne uitia eius reprehendantur.* Ὁ φαῦλα πράσσειν eſt, qui in prauitate ſua perſeuerare uult, ut recte monet *CHRYSOSTOMUS*; qui ita deditus eſt uitiiſ, ut conſuetudo iam facta ſit altera natura. Vniuerſaliter autem enuntiatur, quod de plerisque ualeat. Οὐκ ἔρχεται πρὸς τὸ φῶς, ideo ad me uenire, et doctrinam meam audire detreſtat, quoniam rectam fornicat uitam. Ita Phariſaei et νομικοὶ nonniſi inſidiandi cauſa ad Ieſum, diuinum doctorem accedebant. Ab hac interpretatione quoad ſenſum non differt altera illa: *Qui male agit, auerſatur (non admittit) meliorem cognitionem et inſtitutionem, ne denudentur eiſ facinora turpia.*

21. ὁ δὲ ποιῶν — τὰ ἔργα) *Qui autem ueritati et honeſtati ſtudet, libenter me doctore utitur, ut, qualis ſit eiſ uiuen-*

uiuendi ratio, manifestum fiat (sibi.) Ποιεῖν τὴν ἀλήθειαν, *studere ueritati et honestati.* Nam uerba actiua saepe conatum exprimunt. Accedit ad doctorem diuinum eo consilio, ut ab eo discat, quid agendum, quid fugiendum, et an uitam his doctrinis consentaneam egerit. ὅτι — ἐργασμένα) *Nam solet componere uitam ad Dei uoluntatem, sibi cogitam.* ἐν Θεῷ, i. e. *ex Dei uoluntate, sic ut Deo placeant eius actiones; ut recte conueniant uerae notioni de Deo.* Eo autem consilio accedit ad doctorem, ut uoluntatem diuinam accuratius ab eo discat.

22. εἰς τὴν Ἰουδαίαν γῆν) in regionem circa Hierosolyma; nam colloquium illud cum Nicodemo in ipsa urbe Hierosolymorum habitum erat. *Terra Iudae* uocatur, ut *desertum* Iudae, pars illa, quae sic diuiditur a Galilaea, Samaria etc. ἐβάπτισεν) per discipulos, c. IV, 2. Sic et Paulus Euangelium praedicabat, baptizabat autem plerumque per alios.

23. ἦν δὲ — Σαλείμ) Hieronymus: *Salem oppidum est iuxta Scythopolin, quod usque hodie appellatur Salem.* Iudith IV, 4. Eo autem iuit Ioannes, non alio, ut uidetur, consilio, quam ut pluribus locis officio suo fungens populum ad poenitentiam et baptismum inuitaret. Aliis Salem uidetur esse is locus, qui Ios. XV, 32. uocatur Schilchim, et Aenon is, qui ibidem uocatur Ain, ad confinia Edomitaeorum. ὕδατα πολλὰ ἦν ἐκεῖ) Intellige non riuos multos, sed simpliciter aquae copiam, tantam scilicet, in qua facile corpus humanum merfaretur, quo tum more baptismus peragebatur.

24. ἥτις γὰρ — ὁ Ἰωάννης) ostendit, eas hic a se res narratas, quae Ioannis captiuitatem antecesserunt, quum ceteri Euangelistae miraculorum Christi inde ferme initium faciant.

25. ἐγένετο — καθαρισμῷ) Orta est igitur disputatio a discipulis Ioannis cum Iudaeis (s. Iudaeo) de baptismo. Post ἐγένετο ἔν nonnulli suppleunt τισὶν, eo sensu, quod nonnullis tantum Ioannis discipulis orta sit disputatio. Sed phrasis ἐγένετο ἐκ τινὸς notat: Orta est ab aliquo ueluti ab auctore. Pro μετὰ Ἰουδαίων plerique Codd. graeci legunt Ἰουδαίῳ, ut sensus sit, Iudaeo cuidam, puto a discipulis Christi baptizato, hanc quaestionem mouisse Ioannis discipulos. Περὶ καθαρισμῶν, de baptismo sc. Ioannis et Iesu, sicut et Iosephus uerbo καθάρσει utitur, in narrando baptismo Ioannis. Discipuli Ioannis praeferebant magistri sui baptismum, et fortassis etiam uolebant efficere, ut is pro Messia haberetur. Saltem inuidebant Christo et discipulis eius, atque populo persuadere conabantur, praeceptoris sui baptismum esse dignitatis maioris baptismate discipulorum Iesu, quippe ipse a Ioanne fuerit baptizatus. Vide supra ad c. I, 6. annotata. Tales etiam fuisse uidentur ii, quorum fit mentio Act. XIX, 1 — 5.

26. ὃς ἦν μετὰ σοῦ) Qui nuper erat apud te, qui tecum uersabatur; quem tu baptizabas. πέραν τῆ Ἰορδάνης) i. e. in traiectu Iordanis, ut hic Syrus, in Bethabara, c. I, 28. ὃ σὺ μεμαρτύρηκας) Quem tu pro tua modestia elogio tuo ornasti. ἴδε, ἕτος βαπτίζει,) Quasi dicant: in tuas partes inuolat, adeo ut hoc ipsum nobis ad extenuationem tuae auctoritatis obiiciatur. καὶ πάντες ἔρχονται πρὸς αὐτὸν)

Hyper-

Hyperbole: plures ad eum ueniunt, quam ad te, quasi nouitatis studio. Indignabundi ista narrant. Quanquam enim Ioannes commendauit iis alium, post se uenturum, sc. Iesum, hi tamen eius mentem non accurate intellexisse uidentur.

27. ἢ δύναται — ἕρανῶ) *Nemini licet sibi ipsi aliquid arrogare, nisi ipsi a Deo concessum fuerit.* λαμβάνειν, *sumere sibi.* Ἐκ τοῦ ἕρανῶ, *a Deo*, ut Luc. XV, 18. Non arrogo mihi, inquit Ioannes, maiorem auctoritatem, quam Deum mihi concessisse scio. Alii putant, de Iesu loqui Ioannem, quasi dixisset: Non arrogaturus esset sibi Iesus munus baptizandi, nisi id ei a Deo esset concessum. Potest utraque interpretatio locum habere. Bene *Tittmannus*: (Melet. III. p. 41.) Hac sententia uniuersali et usu uulgari trita innuere uoluit (Ioannes) nec se sibi sumere posse, quae Deus non dederit, nec Iesum, quae a Deo non habeat; itaque quae ab illo gerantur, contingere auctore Deo.

28. Ipsi hac ipsa, qua me compellastis, oratione, professi estis, me agnouisse, Iesum esse me maiorem, et quidem immense, me non esse Messiam, sed tantum eius praecone. Cf. c. I, 29. f.

29. Similitudine rem illustrat. Comparat Iesum sponso, se autem paranymphe. ὁ ἔχων τὴν νύμφην, νυμφίος ἐστίν) Cui ius maritale in sponfam quaesitum est, principem in nuptiis locum obtinet. Sic etiam Messias, cuius sponsa est ecclesia, merito iam mihi longe antefertur. Recte autem sponso Christus comparatur, ad exemplum Dei, qui populi Hebraei maritus dicitur prophetis. Cf. Matth. IX, 15. c. XXV,

XXV, 1 — 10. ὁ δὲ φίλος — συμφίς) Amicus autem sponsi, paranympus, ministrans sponso, tantum abest ut ei inuideat, ut potius maximopere gaudeat. Ὁ φίλος τῷ συμφίς est *Paranympus*, Hebraeis dictus פִּרְשֵׁי שֵׁשׁ, qui in gratiam desponsatorum cum iisdem nuptiarum tempore, et post aliquantisper commorabatur, praecipue quoque honori sponsae et nouae maritae consulturus. *Cetuuoth* f. 12. 1. Olim in Iudaea duos paranympus constituebant, unum sponso, alterum sponsae, ut illis ministrarent, quando in Chuppam ingrediuntur. Multa loca ueterum Iudaeorum laudat *Wetst.* Ὁ ἐς ἡκῶς, ministrans sponso; nam נָשָׂא stare, est interdum *ministrare*. Alii subintelligunt: ἐπὶ τῇ θύρᾳ, ut sit sensus: qui adstat cubiculi foribus. καὶ ἀκούων αὐτοῦ audiens blandimenta eius ad sponsam. χαρᾷ χαίρει, ualde gaudet. αὐτῇ ἔν ἡ χαρὰ ἢ ἐμὴ πεπλήρωται) Hic tacita est apodosis. *Consummatum est gaudium meum*, quia tanquam pronubus populum Iudaicum Christo tradidi. Gaudio eum a multis agnosci pro Messia. Declarat igitur Ioannes his uerbis, non sibi, sed Christo primarias partes deberi, sicuti in nuptiis sponso primum locum obtineat; tantum abesse, ut ex rebus Christi praeclare gestis dolorem sentiat, ut potius de eo florente ac inclarescente gaudeat.

30. ἰκαίνον δὲ ἀυξάνειν) Fama, et quod uos inuidetis, discipulorum copia, et auctoritate. ἐμὲ δὲ ἐλάττωσθαι) *Meam famam iam minui oportet*. Lubens a prouincia mea abeo. Aequum est, ut auctoritas et fama Iesu in dies magis magisque illustretur, discipulorumque copia augeatur, meum autem nomen minuatur atque obscoretur.

31. ὁ ἄνωθεν ἐρχόμενος) i. e. *filius Dei*, qui nimirum *Dei iussu* e coelo uenit, ad homines nouis beneficiis afficiendos. Sunt qui uerba sequentia a uersu 31 — 36. ad Euangelistam referunt auctorem; plerique uero Baptistae orationem continuatam statuunt; et recte quidem, ut mihi uidetur. ἐπάνω πάντων ἐστίν) Superat omnes alios, etiam prophetas. ὁ ὢν ἐκ τῆς γῆς — λαλῶ) i. e. *Qui nihil aliud est quam homo, ea tantum docet, quae his in terris didicit.* In uerbis ὁ ὢν ἐκ τῆς γῆς, ἐκ τ. γ. ἐστὶ est *πλοκή*. Verbum εἶναι cum ἐκ constructum originem declarat. *Ex terra est*, qui terrenae faecis est opificium, in terra natus, *χοῖκος*, 1 Cor. XV, 47. Possunt itaque phrasae ita distingui, ut ὁ ὢν ἐκ τῆς γῆς sit is, qui terrenae est originis; sequentia autem uerba: ἐκ τῆς γῆς ἐστὶ, significant incommoda, quae originem sequuntur, *imbecillitas, ignorantia* etc. Ἐκ τῆς γῆς λαλεῖν, ea docere, quae homo infirmus, humi natus, docere potest. Talem Ioannes se esse fatetur. ὁ ἐκ τῆς ἕρανθεν ἐρχόμενος, i. e. ὁ κύριος ἐκ ἕρανθεν, ut Paulus loquitur l. c. Ego, inquit Ioannes, qui nil nisi homo sum, exigua tantum et paucula doceo; ille autem, qui est originis coelestis et de coelo missus, excellentiora et maiora docet, et quidem ea, quae accuratissime habet cognita.

32. καὶ ὃ ἐώρακε καὶ ἤκουσε) (sc. ἐν τῷ ἕρανθεν, uel πρὸς τὸν Θεόν, quod in coelo quasi oculis auribusque usurpauit; quod plene et perfecte cognitum habet. τὸτο μαρτυρεῖ) Hoc docet, prodit hominibus. καὶ τὴν — λαμβάνει) Vulgo interpretantur: *Doctrinam eius nemo fere recipit. Nemo*, i. e. pauci. Ἡ μαρτυρία τῆς Χριστοῦ, *doctrina Christi*. λαμβάνειν, *recipere, fide et obsequio amplecti*. Haec interpretatio contex-

contextui bene respondet. ΚΥΡΚΕ explicat: *Et testimonium eius nemo suscipit*, i. e. non obstante summa personae Christi eminentia, doctrinaeque eius praestantia et certitudine, nemo fere reperitur, qui munus illud in se suscipiat, de illo diuinaeque eius origine et missione publicum dicendi testimonium; nondum habet μάρτυρας αὐτῆς, uti postea Act. I, 8. Io. XV, 26. 27. Μαρτυρία αὐτῆς, *testimonium de illo*, sc. Iesu. λαμβάνειν *suscipere*, uti Matth. X, 38. Hebr. VII, 5. Sed nimis artificiosa uidetur esse haec interpretatio.

33. ὁ λαβὼν — ἀληθῆς ἐστίν) *Qui autem doctrinam eius assensu suo comprobat, ille confirmat Deum esse ueracem.* Deo credit, qui Christo credit. Christo habere fidem idem est, atque ipsi Deo habere fidem. Ἐσφραγίσεν CHRYSOSTOMUS interpretatur: ἔδειξεν, *ostendit, confirmat, profitetur.* Sic etiam ἐπισφραγίσασθαι, *confirmare*, haud raro est apud Philonem, e. g. de Ios. p. 556. E. missus a Iosepho domesticorum quidam ad persequendos in itinere fratres, ἀσθματος πλήρης, ἐπισφραγίσασθε, εἶπε, καὶ τὰς πρωτέρας καθ' αὐτῶν αἰτίας, *anhelus cursu, confirmatis, inquit, priora crimina.*

34. ὃν γὰρ ἀπέστειλεν ὁ Θεός) *Subaud. ille, Iesus, Messias, quem Deus misit, diu antea promissum.* τὰ ῥήματα τῆ Θεοῦ λαλεῖ) *Nihil nisi diuina loquitur; doctrina eius tota diuina est.* ἢ γὰρ ἐκ μέτρου δίδωσιν ὁ Θεός τὸ πνεῦμα) *Non enim huic admetitur Deus spiritum; i. e. non ad tempus uel restricte ei confert dona Spiritus, sicuti Prophetis aliisque doctoribus.* Δίδωσιν sc. αὐτῷ, filio. *Vajikra R. XV. Rabbi Achan dixit: etiam spiritus sanctus non habi-*

tauit super prophetas, nisi mensura quadam: quidam enim librum unum, quidam duos uaticiniorum ediderunt etc. Ἐκ μίτρος itaque est *restrictæ*, sicut Deus cognitionem sui dedit prophetis. Sed huic, Christo sc. Deus dat spiritum sine mensura, quia Deum solus perfectissime cognouit, ut alios circumspicere adiutores ei non opus sit.

35. ὁ πατήρ ἀγαπᾷ τὸν υἱόν) Quippe unicum. Nihil eum celat. καὶ πάντα δέδωκεν ἐν χειρὶ αὐτοῦ) χειρ, ut 7^o Hebraeis, est *plena potestas*. Nempe omnia mysteria regni coelestis ipsi dedit pro ipsius arbitrio dispensanda; potestatem adeo felicitate aeterna donandi uel puniendi homines.

36. ὁ πισύων εἰς τὸν υἱόν) Proprie: *qui filio confidit*, nempe ut uolenti et potenti salutem praestare. ἔχει ζωὴν αἰώνιον) Ius habet ad uitam aeternam. C. I. 12. ὁ δὲ ἀπειθῶν τῷ υἱῷ) *Qui inobsequens est filio, qui dicto non est audiens*; nam ἀπειθεῖν respondet הרה Hebraeo, ut ex multis locis apparet. ἐκ ὄψεται ζωὴν) Non erit particeps uitae aeternae. ἡ ὀργὴ τῷ Θεῷ μένει ἐπ' αὐτόν) *Dei ultionem experietur*. Nam ὀργὴ est ultio Dei, et familiare est Ioanni μένειν ponere simpliciter pro *esse*. Poenas luet ὁ ἀπειθῶν, i. e. Deus eum non reddet felicem.

CAP. IV.

I. Ὅτι ἠμίσαν οἱ Φαρισαῖοι) Supple: et quod id aegre ferrent; quod operam daturi essent, doctrinae illius impediendae. Pharisaeorum nomen hoc loco ut saepius apud Ioannem sumitur latius, de summo magistratu Iudaico. Ὅτι Ἰησοῦς) Ἰησοῦς positum pro *ἀντὶς*, ut saepe apud Hebraeos.

πλείονας μαθητὰς ποιεῖ καὶ βαπτίζει) Plures haberet discipulos, et solemniter eos initiaret. ἢ Ἰωάννης) Tanto maior in Iesum invidia erat, quam in *Ioannem*, quanto plures habebat sectatores.

2. καίτοιγε — μαθηταὶ αὐτοῦ) Non baptizabat Iesus, ne ipse sibi dignitatem arrogare uideretur. Sed instituerat Iesus nouum Baptismum; et hoc magistratus Iudaicus aegre ferebat. Nam maioris momenti erat instituire baptismum quam administrare.

3. ἀφῆκε τὴν Ἰουδαίαν) Ne ipse aut discipuli iam comprehenderentur. (c. VIII, 1.) *Synedrui* enim auctoritas Hierosolymis multum ualebat. Iesus igitur ei se subduxit, et secessit in Galilaeam, ubi minor religionis publicae cura fuit.

4. ἴδει δὲ αὐτὸν διέρχεται διὰ τῆς Σαμαρείας) *Iosephus* Ant. XX, 6. 1. refert, morem fuisse Galilaeis, in diebus festis Hierosolyma euntibus, per regionem Samariae iter facere. Et in Vita §. 52. *Omnino necesse erat*, (παντῶς ἴδει) uolentibus celeriter Hierosolyma proficisci, per eam (Samariam) transire; sic enim tribus diebus e Galilaea Hierosolyma peruenitur.

5. εἰς πόλιν τῆς Σαμαρείας) i. e. prope urbem aliquam Samariticam, aut in suburbia. Cf. infra com. 8. 28. 30. λεγομένην Σιχάρ) Alii codices habent Σιχάρ. Variis nominibus ista urbs appellata fuit. In V. T. est *Sichem*, in portione tribus Ephraim, *Iosuae* XX, 7. Sita fuit haec urbs ad montem *Garizim*, *Iud.* IX, 7. Postea uocata est *Salem*, *More*, *Mabortha*, et *Neapolis*. *Ioseph.* de B. I. IV, 8. 1. Hinc Samaritani, qui *More* incolebant, per contemptum uo-

cabantur ὁ λαὸς ὁ μωρὸς ὁ κατοικῶν ἐν Σικήμοις. Porro quum Habac. II, 18. idolum uocetur שקר מורה, Iudaei occasionem inde arripuerunt inflectendi uocem Sichein in *Sychar*, uel ex Ies. XXVIII, 1. 7. שכרי אפרים. Hoc nomine, tum usitate utitur Ioannes. Testatur etiam *Iosephus* Ant. XI, 8. 6. hanc urbem, (quae ibi uocatur *Sicima*,) fuisse aliquando μητρόπολιν Samariae, et incolas illius seriem generis sui duxisse a Iosepho, Iacobi filio. De odio Iudaeorum in Samaritanos res est nota. Reliquiae gentis Samaritanae in Palaestina et Aegypto hodie supersunt. Memorabiles sunt litterae Samaritanorum ad *Iosephum Scaligerum*, et Sicheuitarum ad *Iobum Ludolfum*. Vid. Repert. Litterat, bibl. et orient. Tom. XIII. 257. sqq. πλησίον τῆς χωρῆς — τῷ ὕψι ἀυτῆς) Gen. XLVIII, 22.

6. πηγή τῆς Ἰακώβ) Puteus est situs ad austrum ab urbe, ut notant locorum periti. A Iacobo effossum hunc puteum, ex sacris scriptis non constabat, sed uetere fama, ut alia multa. Hodie peregrinantibus adhuc ostenditur, ut referunt itinerariorum scriptores, *Maundrell*, *Thompson* et alii. ὁ ὕψι — τῆς πηγῆς) Iesus igitur fatigatus ex itinere confedit ad eum fontem. Κοπιᾶν significatu neutrali est fatigari, fatigatum esse. Particula ἔτως h. l. est plane otiosa et illatiua. Nostri dicunt: So setzete er sich nieder. Ita saepe *Iosephus*, e. g. Ant. V, 1. 26. et ib. VIII, II, 1. ἐπέσεισέν με μέγαν ἐκ μικροῦ καὶ μηδὲν ὄντος ἐποίησα — ἔτως σε κάλιν καθαιρήσω, quia te magnum e paruo et de nibilo feci — te e medio tollam. Ἐπὶ τῆς πηγῆς, ad, iuxta puteum. ὄρα ἦν ὡσεὶ ἕκτη) Causa affertur, cur ad cibos ex urbe afferendos discipulos amandauerit Iesus; (u. 8.)

(u. 8.) nam ordinaria prandii hora apud Iudaeos erat hora sexta.

7. γυνή ἐκ τῆς Σαμαρείτας) *Mulier Samaritana*, Σαμαρείτις, ut mox loquitur *Ioannes*, u. 9. nam ἐκ h. l. ponitur ut D Hebraeum, significans originem. Veniebat e proxima urbe. ἀντλήσαι ὕδωρ) Cum hydria scilicet, ut moris erat; infra comm. 28.

8. εἰ γὰρ μαθηταὶ — ἀγοράσωσι) *Emere* necessaria a Samaritanis licebat Iudaeis. Vid. comm. 9.

9. Ἰουδαῖος ὢν) Ex uestitu haud dubie id colligi poterat. εἰ γὰρ συγχρῶνται Ἰουδαῖοι Σαμαρείταις) *Non amice utuntur*, i. e. non est consuetudo uictus, esus et potus Iudaeis cum Samaritis, *Emere* quidem necessaria licebat, non autem beneficium a Samarita ullum accipere. *Hieros. Auodah Zara.* fol. 44. 4. Tam atrox erat Iudaeorum in Samaritanos odium, ut eos ne salutare quidem permetterent, atque adeo nomen Samaritani instar conuicii esset. Huius odii plures erant caussae; praecipua tamen ducta erat a cultu religioso Samaritanorum, quem instituerant in monte Garizim. Ceterum Samaritanorum alii *Cuthaei* erant, i. e. ex *Cutha* oriundi, quos $\text{C}''\text{N}$ uocant; alii Iudaei, qui ex Iudaeis ad illos defecerant. Hi fere Sicimam incolabant.

10. εἰ ἤδεις τὴν δωρεὰν τῷ Θεῷ) *Si intelligeres*, quantum hoc sit beneficium — occasio nempe, quam tibi nunc Deus praestat, quantumuis Samaritidi. τίς ἐσιν) *Quis-quantusque*. ὕδωρ ζῶν) *Aquam uiuam*, i. e. optimam, praestantissimam. Sic Hebraei $\text{י}''\text{ן}$ dicunt uinum optimum. Allegorice Iesus intelligit doctrinam suam, quae eorum, qui

ueritatem et uirtutem sitiunt, appetitum fatiare, quae animo uim suppeditare, eumque exhilarare atque beare possit. Sic enim solet Iesus a rebus corporeis uenire ad *res morales*. *Targum* in Cantic. IV, 15. Occupantur in *uerbis legis, quae comparantur puteo aquae uiuentis*. Vnde patet, in usu fuisse eius generis *allegoriam*; atque quum hic *puteus* iam constaret *aqua uiua*, eo facilius mulier ad sensum improprium inueniendum duci poterat.

11. κύριε — ζών) Mulier non intellexit sermonem Iesu. Videtur credidisse, esse eum uirum magni nominis et honoris, a quo si gloriari possit, aquam ipsi (e puteo) haustam et impertitam fuisse, operae esse pretium. Itaque honorifice iam appellat: *Domine*.

12. μείζων εἶ) Sapientior ad inueniendas aquas circa hunc locum. ὃς ἔδωκεν ἡμῖν τὸ φρέαρ) Monstrauit posteris, tanquam quo nullum in his locis esset melior. καὶ αὐτῷ — τὰ θρέμματά αὐτοῦ) Probat aquae et salubritatem et copiam. Θρέμματά αὐτοῦ, ἸΗΣ, uel *domestici eius*, serui et ancillae; nam *θρέμμα* a *τρέφω*, *alumnos* proprie notat. De *domesticis* autem usurpari hanc uocem, multis probat *Kypkius* ad h. 1.

13. πᾶς ὁ πίνων — διψήσει πάλιν) Non contemno patriarcham illum; sed illam aquam cur tandem tanti facis? Nonne intelligis, me improprie sic loqui?

14. ὃς δ' ἄν — εἰς τὸν αἰῶνα) *Qui autem biberit ex ea aqua, quam ei dabo, is nunquam sitim posthac sentiet*. Qui mea imbutus est doctrina, inquit Christus, is alios doctores haud desiderabit; fruetur eiusmodi bonis, quae ani-
mum

num reficiunt et beatum reddunt. Haec bona continentur notitia Dei salutari, animi tranquillitate, uirtute integra, spe certa felicitatis aeternae etc. Hanc aquam *bibit*, qui doctrinam discit, ei conuenienter uiuit, et bona illa appetit, atque sibi acquirit. Is igitur, qui hoc facit, *nunquam post-hac sitiet*; non indigebit alia institutione ad uitam tranquillam et beatam; possidebit potius eiusmodi bona, e quibus nascetur felicitas uerissima et perfectissima. ἀλλὰ — εἰς ζωὴν αἰώνιον) Continuatur Allegoria. Sicuti qui fontem intus habeat, nunquam sitiret; ita qui hanc aquam (doctrinam meam) habuerit, Fruetur bonis copiosissimis, perpetuis et aeternis, quibus efficitur felicitas copiosissima et aeterna. Emphasis est in uoce *saliet*; solent enim aquae salire ad altitudinem usque suae originis. Est etiam *Latinismus*; Latini enim *salientem aquam* dicunt.

16. Φώνησον τὸν ἄνδρα σὺ) Vt utrique porro copiosius loquar. Alia nunc ratione Iesus mulierem a corporeis ad altiora erigere studet, quia priorem sermonem non intellexerat. ἄνδρα) nomen hoc honestatem et legem ciuilem secum fert; itaque admonetur mulier de uitae suae genere.

18. ἔκ εἰς σὺ ἄνθρω) Forfan, quia alii uiro obligata ad huc tenebatur, non accepto libello dimissionis.

19. Θάρσῳ ὅτι προφήτης εἶ σὺ) Quia scilicet mihi in memoriam reuocas uitam meam, cui tamen nec tu, nec alius Iudaeorum interfuit. Prophetarum est, abdita reuelare. Ergo mulier quaestionem ei proponit, uelut inexplicabi-

lem de loco modoque adorandi Deum, atque ab eo edoceri cupit.

20. δι πατέρες — προσκύνησαν) *Maiores nostri in hoc monte sacra publica fecerunt.* Προσκυνεῖν h. l. est *sacra publica facere.* Nam Deum adorare precibus licebat ubique et Iudaeis et Samaritanis; sed dissensus inter utramque gentem erat de loco ubi sacra publica essent facienda. Quum mulier dicit: ἐν τῷ τῷ ὄρει, digitis monstrat montem *Garizim*, ubi templum Sanbelletes struxerat *Alexandri M.* temporibus; et quanquam id templum diruerat Hyrcanus, sacra tamen ibidem eodem more fieri non desierant. Cf. *Iosephi Ant.* XIII, c. 2. et 3. In codicibus Hebraicis Deut. XXVII, 4. legitur: erigite lapides istos, quos ego praecipio vobis hodie, in monte *Ebal*; Samaritani habent pro *Ebal*, *Garizim*. Mulier defendit cultum Samaritanorum auctoritate maiorum. Per maiores intellexisse videtur Samaritana Abrahamum, Isaacum et Iacobum. Hos enim Samaritani maiores suos iactauerunt. In illo monte Iacobus aram extruxit, et oblato sacrificio Deum adoravit. Gen. XXII, 2. XXXIII, 20. Alii innui putant maiores Samaritanorum, qui in illo monte temporibus *Manassis* cultum religiosum constituerint. καὶ ὑμεῖς — προσκυνεῖν) Iterum intellige adorare oblati victimis, aliisque ritibus publicis, quod uno tantum in loco, in eo nempe quem suo tempore designaturus esset ipse, fieri Deus uoluerat. Deut. XII, 14. 26. Cf. 1 Sam. VII. 1 Reg. IX, 3.

21. τίθεισόν μοι) Quando me pro Propheta habes; in quo non falleris. ἔρχεται ἕρα) Praefens pro proxime futu-

futuro. ἔτε ἐν τῷ ὄρει τρίτῳ, ἔτε ἐν Ἱεροσολύμοις προσκυνήσατε) Nempe, eximio quodam ritu. Instat iam insignis sacrorum minus ingenuorum commutatio, sublata legis illius auctoritate, quae necessitatem atque officium cultus certo loco adstringendi introduxerat. Mox intelligent homines, nec monte Garizim nec templo Hierosolymitano opus esse ad colendum uerum Deum, omnium Patrem. τῷ πατρὶ) Tacite noui foederis suauitatem innuit, quum Deum *patrem* uocat. Rom. VIII, 15. Gal. IV, 6.

22. ὑμεῖς — ὃ ὀδαμεν) Est modus loquendi plane singularis, cuius uix extant exempla. Ergo ex natura rei sensus constituendus est; fortassis in hunc modum: *Vos colitis (Deum) pro uestra ueri ignorantia, nos autem eum colimus pro nostra ueriore cognitione.* Hanc explicationem historia suadet; constat enim, Samaritanos Pentateuchum tantum accepisse, repudiatis ceteris V. T. libris, adeoque multa quae sunt in Prophetis de Messia et de propagatione religionis ignorasse et repudiasse. Consentiant plerique ex antiquioribus quoque interpretibus, qui τὸ ὃ de Deo intelligi iubent, quem Samaritani nec recte cognitum habuerint, nec legitimo modo coluerint. Alii malunt Iesum nonnisi de loco cultus publici locutum esse, eiusque mentem fuisse hanc: *Vos sacra facitis eo in loco, de quo deserto aliquo praecepto diuino non constat; nos autem sacra facimus in tali loco, eoque in templo, quod iussu diuino in hanc rem destinatum est.* Priori sententiae fauent uerba sequentia: ἡ σωτηρία ἐκ τῶν Ἰουδαίων ἐστίν) *Messias*, (quem utrique expectant, uos ex Mose, Iudaei praeterea ex aliis prophetis edocti,) *e Iudaeis originem habiturus est.* Ἡ σωτηρία

τηρία idem est ac δ σωτήρ, ut Luc. II, 30. et Gen. XLIX, 18. Additur causa, cur credendum sit, apud Iudaeos potius, quam apud Samaritanos esse uerum cultum. Quia nempe e Iudaeis, non e Samaritanis oriturus est Messias, per quem uerior religio propagabitur, igitur non est credibile, in Iudaica gente falsum omnino esse cultum, falsam religionem.

23. ἀλλ' ἔρχεται ἔσρα, καὶ νῦν ἐστίν) Nῦν significat tempus de proximo imminens, quasi dicat: *erit, imo iamiam erit*; Ἄλλὰ refer ad id, quod praecessit, de adoratione neutri templo adstringenda. Ostendit Christus, lites de loco, ubi Deus publice colendus esset, nullius esse momenti. Non *locum* tantum, sed et colendi *modum* mutandum esse. δι' ἀληθεῖνοι προσκυνῆται) *perfectiores, digniores* adoratores. Sic ἀλήθεια haud raro etiam in *Clementis Al.* et *Origenis* scriptis, ex usu Platonicorum. Intelligentur igitur cultores Dei, qui non faciunt sacra uel in templo Hierosolymitano, uel in monte Garizim, sed qui Deum colunt modo perfectiori. Προσκυνεῖν autem nunc non amplius de publico cultu dicitur, sed de eo, qui proprie est cultus. ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ) *Non externis ritibus, sed ex animo, mente pura.* Πνεῦμα, *animus, mens.* Ἐν πνεύματι, i. e. πνευματικῶς, atque sic demum ἀληθῶς, ita, ut nobis firmiter persuadeamus, pios animi sensus et uerae uirtutis studium praecipue placere Deo. τοιάυτης ζητεῖ) *Tales summe amat et desiderat*; ἀσπάζεταιται, ut dixit *Philo.*

24. πνεῦμα δ θεός) Inuersa propositio, pro: δ θεός ἐστὶ πνεῦμα, *Spiritus*, ab omni compositione, materia ac corpore, uel subtilissimo, liber. Itaque corporeis rebus, templis, sacri-

sacrificiis etc. non eget. Cf. supra u. 20. 21. Deus est mens, ut Cicero inquit, *soluta et libera ab omni concretionem mortali.* ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν) Cf. u. 23. Duplici sensu uocabulum πνεῦμα sumitur, hoc commate. Deus est πνεῦμα, i. e. ἀσώματος. Eum colere debemus ἐν πνεύματι, i. e. τῷ νῷ, mente τῷ ἐν ἡμῖν ἀσωμάτῳ, non ablutione et ornatu corporis, non sacrificiis et externis ritibus, ut Iudaei et Samaritani solebant. Hic enim erat imperfectus, non uerus et perfectior cultus. Cf. Rom. XII, 1. *Mente* autem colimus Deum, mentem, naturam intelligentem, dum menti nostrae insunt rectae sententiae de Deo, creante, conferuante aliudque beneficium per religionem libere tribuente, itemque recta iudicia de nobis ipsis, qui sumus, cur sumus, quid agendum, quo tendendum sit; dum porro his sententiis et iudiciis congruos sensus erga Deum, nos et alios sumimus, hisque conuenienter agimus. Has tales sententias ubique colligere, ac inde ortos sensus ubique exprimere possumus, nec necesse est per Dei hominisque naturam, ut eos per adspēctabilia signa expromamus. Deus enim est omniscius, ideoque ei omnium hominum recti sensus, recte facta, et horum cum illis nexus patent. Sic ostendit Iesus, non esse, quod mulier se de ueteri illa controuersia torqueat, quum breui cessaturum sit omnino id priuilegium, de quo certabatur.

25. ὀίδα, ὅτι Μεσσίας ἔρχεται) Quum Samaritae libros tantum Moſis habuerint pro sacris, uidetur praecipue respicere Gen. XLIX. et Deut. XVIII, 15. sed et *traditionem.* ἀναγγελεῖ ἡμῖν πάντα) *Maimonides* tr. de Regibus; Tunc (quum Messias uenerit) res occultae et profundae apertae erunt

erunt omnibus. Ad hunc Messiam, inquit mulier, disceptationem nostram deferemus. Videntur igitur Samaritani eo tempore multo rectius de Messia statuisset, quam Iudaei ipsi; expectabant enim ab eo bona spiritualia, cuiusmodi erat uberior rerum diuinarum scientia.

26. ἐγὼ εἰμι) *ego is sum*, ut infra XVIII, 5. Bene *Bengelius* obseruat: Nusquam directius ipsis discipulis de se dixit.

27. ἐπὶ τᾷ τῶ) sc. τῶ πράγματι, βήματι. *Dum loquitur Iesus*, ut Syrus interpretatur. ἰθαύμασαν, ὅτι μετὰ γυναῖκος ἐλάλει) Solent Rabbini praecipere, non fas esse doctore cum muliere solum loqui, e. g. *Ioma* f. 240. 2. *Ne colloquatur quis cum femina in platea, imo nec cum propria uxore.* Plura loca *Wetstenius* laudat. Fortassis autem discipuli mirati sunt, quod Christus loqueretur cum femina paupercula, uel, ut uisum est aliis, cum Samaritide, quod tum nefas duxissent discipuli ex sententia Iudaeorum. Accedit, quod discipuli non poterant conicere sermonis materiam. Nam Iesus nihil nisi coelestia solitus est loqui, quorum discendorum auidam esse Samaritidem credere non poterant. ἕδεις μόντοι εἶπε) Reuerentia uetabat esse curiosos. τί ζητεῖς;) *Quid ab ea poscis?* cibum an potum?

28. ἀφῆκεν ἔν τῆν ὑδρίαν) Ostenditur animus accensus rerum diuinarum studio ita, ut id ipsum obliuisceretur, ob quod uenerat.

29. πάντα ὅσα ἐποίησα) Vitae meae seriem, quam scire humanitus non potuit. De praecipua parte haec intelligenda esse, in promptu est.

30. ἤρχοντο) sc. paulo post, aliquo tempore interiecto.

31. ἡρώτων) ἐρωτᾶν pro *rogare* passim occurrit, ut c. IV, 40. 47. XVI, 19. Attulerant discipuli ex urbe prandium: itaque inuitant, ut uescatur, non dubitantes quin ex multo itinere famem contraxisset.

32. ἐγὼ βρωσιν ἔχω φαγεῖν) ἔχω φαγεῖν, *edendum habeo*, ut ἔχοντα λαλήσαι, *qui habebat, quid dicendum*, Act. XXIII, 18. *Animi cibo uescor*; magnā uoluptate fruor ex eo negotio, quod uos ignoratis, et nihil curatis, ἢν ὑμεῖς ἐκ δίδατε. Sic Cic. Tusc. V, 23. Mens (Archimedis) rationibus agitan- dis exquirendisque alebatur, cum oblectatione sollertiae — qui unus suauissimus patus animorum. *Plaut. Cistellar. IV. 2. 54.* Istuc mihi cibus est, quod fabulare.

33. μήτης) An quis ex urbe, nobis insciis? Hoc ideo dicunt, quia mirantur differri prandium.

34. Ἐμὲν — τῷ πρέσβυτέρῳ μου) *Mihi suauissimus cibus est, morem gerere uoluntati eius qui me misit.* Huius obsequio non minus exfatior quam stomachus cibo. Tanta se cum uoluptate peragendis Dei mandatis intentum esse, dicit Iesus, ut cibi potusque se capiat obliuio. καὶ τρελιώσω αὐτῷ τὸ ἔργον) Quidam *Futurum* interpretantur, sed uidetur simplicior constructio per ἵνα. Ἔργον θεῷ uocat Christus negotium sibi a Deo demandatum. Hoc quidem loco intelligitur negotium *docendi*. Caussa enim, cur nunc cibum capere recusaret, haec erat, ne cum Samaritanis mox aduenturis colloqui, eosque docere impediretur.

35. ἐκ ὑμῶν — ἔρχεται;) Quae sequuntur, ea cohaerent cum proxime antecedentibus. Dixerat nempe Iesus, nihil sibi iucundius esse negotio docendi a Patre sibi demandato. Nunc exemplo suo discipulos ad simile studium excitat, et quo eos alacriores redderet, amoenissimos laborum fructus iis ob oculos ponit. Comparat autem laborem docendi cum *semente*, et praemia laborum cum *messe*. Quare sic exorditur: *Vos dicitis post quatuor menses instare messem.* Possunt haec uerba ita accipi, ut tum, quum Iesus haec diceret, quatuor menses fuerint ad messem. Possunt etiam posita esse pro: λέγουσι, uulgo dicunt, ut sensus sit: *Vulgo dicitur, inter sementem et messem esse interuallum mensium quatuor;* quod ex loquendi consuetudine populari esset explicandum, in qua uerba non semper ad ἀκριβειαν usurpantur; constat enim interuallum inter sementem et messem esse mensium sex. Quicquid sit, hoc certum est, Christum haec ideo dixisse, quia suum et discipulorum laborem cum semente, praemia autem laborum cum messe comparare uoluit. Sicut agricola laborum molestias lenire solet spe praemiorum proxime futurorum, ita, inquit Iesus, nos etiam spe praemiorum alacres in gerendis rebus nostris esse oportet. ἰδὲ — περιουδὺν ἤδη) Quae hic dicuntur de *agris ad messem flavescentibus* non posse accipi proprie, in promptu est; nam antea dictum erat, post quatuor menses instare messem. Ergo *agri* erunt homines tum temporis uiuentes, inprimis uero Iudaei et Samaritani; *messis* autem, conuersio hominum ad religionem. Videbat nempe Iesus Samaritanos a muliere euocatos ex urbe aduentantes, comm. 30. Hos digitis monstrans discipulis, dicit: Considerate quaeso hanc turbam aduentantium ad nos. Iam nunc spes est

est largae messis. Multi horum olim doctrinam meam amplectentur etc. Quod hic de agris dicitur, ὅτι λευκαὶ εἰσι πρὸς θερῖσμον, id Latinis est *albescere, flavescere*. *Quid.* *Faît.* V. 357. An quia maturis *albescit* messis aëthio? *Virgil.* *Ecl.* IV. 28. Molli paulatim *flavescet* campus arista. *Seruius:* *albescet*. Praedicatio Evangelii comparatur iactui sementis; conuersio uero hominum messi. *Matth.* IX, 37. XIII. 3. etc. Vid. inprimis *Marc.* IV, 27.

36. ὁ θερίζων — ἀιώνιον) Miscetur ἀπόδοσις comparationi, ut *Luc.* IX, 62. et alibi saepe. Nam plena oratio esset: *Sicut messor mercedem accipit: ita et uos, Apostoli mei, hoc praemium reportabitis, ut (per doctrinam meam) homines perducatis ad felicitatem aeternam.* Quod in comparatione est συναγείν καρπὸν, *colligere fruges*, id in apodosis est homines perducere ad religionem, cuius finis est aeterna salus. ἴνα — ὁ θερίζων) *Ita et sator et messor pariter gaudebunt.* Sator est Christus, qui semen doctrinae primus sparfit. Messores sunt Apostoli, qui perfecerunt quod Iesus multo labore inchoauerat. Cf. u. 38.

37. ἐν γὰρ — ἀληθινός) *Nam et hic illud prouerbium applicari potest.* Ἐν τούτῳ ἴσ. πράγματι. Ὁ λόγος ἐστὶν ἀληθινός, *Dixerum illud uetus locum habet.* Ita et Latini loquuntur. *Ter. Eun.* IV, 5. 6. *Verbum hercle hoc uerum est* etc. ὅτι ἄλλος ἐστὶν ὁ σπειρών, καὶ ἄλλος ὁ θερίζων) *Alius serit, alius metit.* Prouerbium, quod et apud Graecos obtinuisse notatum est. *Aristoph.* *Equit.* 391. τ' ἀλλότριον ἡμῶν θέρως, *alienam metens segetem.* Prouerbium hoc de se etiam uerum esse, Christus statim commun. seq. ostendit.

38. ἐγὼ — κερκοτιάνκατε) *Ego uos iam mitto in messem, quae sine uestro labore succreuerat.* His uerbis eos magis excitat. Facilius enim fructus colliguntur, quam feruntur. ἄλλοι κερκοτιάνκασι) *Aliorum* (meo et Ioannis) multo labore semen iactum est. εἰς τὸν κόπον αὐτῶν) i. e. *in aruum ab ipsis laboratum.* Antecedens pro consequente. Quomodo apud Poëtam: *Sata laeta, boumque labores.* 2 Cor. X, 15. Vult Christus dicere: Ego seminavi, primus docui, nullum laborem subterfugi, uos iam operarios ad metendum conduxī, ut mecum gaudeatis. Christus sementem fecerat fundamenta religionis et ecclesiae in his terris ponendo; neque tamen metebat, i. e. non uidebat, dum in his terris uiueret, fructus laboris; non uidebat ecclesiam in ipsa Iudaea, multo minus latam propagationem doctrinae suae extra Palaestinam. Sed haec omnia uidebant Apostoli, qui missi a Christo metebant fructus, quos non conseruerant.

39. ἐπίσευσαν εἰς αὐτὸν) *Iesum habuerunt pro Messia.* Nam alia multa de ratione muneris eius adhuc ignorabant. Bene monet ad h. 1. *Wetstenius*: Samaritae credunt mulierī peccatrici: Iudaei *Ioanni* Baptistae, uiro sancto fidem non habent. Illi recte. Quum enim ea diceret mulier, quae sibi parum erant honorifica, et quae etiam loquacissimae mulieres filere, imo negare solent, fide erat digna.

40. μῆναι παρ' αὐτοῖς) *Vt apud se diuerteret.* καὶ ἔμεινεν ἐκεῖ δύο ἡμέρας) Non plus biduo illis indulsit, ut rem temperaret, ne aut Samaritas discendi auidos contemnere, aut Iudaeis praeferre uideretur. Discipulis antehac uetuerat morari in Samaritanis oppidis, sed ad tempus. Ipse nulla lege eos adire uetabatur.

41. διὰ τὸν λόγον αὐτῶ) Sine miraculis, quod magnam in Samaritis docilitatem monstrat, praesagium eius, quod a gentibus erat expectandum. Iudaei ne miraculis quidem credebant.

42. ἕκ ἔτι διὰ τὴν σὴν λαλίαν) i. e. non tam ob sermonem tuum; loquendi genere et in aliis et in his maxime scriptoribus usitato. καὶ ὀιδάμεν) ex rebus salubribus auditis. ὁ σωτὴρ τοῦ κόσμου) Messiam esse Seruatorem τοῦ κόσμου, humani generis, Samaritani fatentur; rectius quam Iudaei, qui Messiam tantum suae gentis Seruatorem fore sperabant.

43. εἰς τὴν Γαλιλαίαν) Sed non abiit in oppidum Nazaret seu in πατριδα, Luc. IV, 16. Vel: abiit in agrum Galilaeae, non in oppida, sicut νοῦχ Ἰουδαία sumitur supra c. III, 22.

44. αὐτὸς γὰρ Ἰησοῦς ἐμαρτύρησεν — ἕκ ἔχει) Ratio in his uerbis redditur, cur Iesus in reliquam Galilaeam, non uero Nazaretham, urbem patriam profectus sit. Ideo nempe Nazaretham non iuit, quod ibi se contemni sciret, ob memoriam humilis educationis; sicut ipse interdum praedicare solebat. Ἡ πατρις, patria urbs, ut fere semper in N. T. non regio natalis. Illud ἐμαρτύρησε non habet certi temporis notam: itaque nihil obstat, quo minus id post aliquanto Christus dixerit. Matth. XIII, 57. Marc. VI, 4.

45. ἠδέξαντο) Hospitaliter acceperunt. Neque enim tantum illis testimonium redditur, quantum Samaritis. πάντα ἑωρακότας) Tardiores Samaritis, qui, nullis conspectis miraculis, fidem ei adhibuerant.

46. καὶ ἦν τις βασιλικὸς) Repetenda est ἀπὸ τῆ κοινῆ uocula ἄκς, hoc sensu: *ubi ex aqua uinum fecerat, et ubi regius ille Capernaumo ad Iesum quaerendum profectus, tum forte aderat.* Βασιλικὸς non denotat eum, qui e familia regia oriundus, sed tantum, qui in famulatio et ministerio Regis fit. Apud Iosephum certe, ubi sexcenties haec uox occurrit, nunquam aliter usurpatur, e. g. Ant. XVII, 10. 3. τῶν βασιλικῶν τὸ πλεῖστον ἠυτομόλησαν πρὸς αὐτὸς. *Maxima pars militum regionum ad eos (Iudaeos sc.) se conferunt.* De uita Iosephi §. 72. προεκαλέμην τῆς βασιλικῆς εἰς μάχην. Plura loca habet *Krebsius*. Si Iosephus, (notante eodem Viro doctissimo,) e familia regia oriundos indicare uult, aliis uocibus utitur, e. g. De B. Iud. II, 5. 3. οἱ τῆ βασιλείως συγγενεῖς, *Regis cognati*, et προσήκοντες Ἡρώδη κατὰ γένος, *consanguinei Herodis*, nunquam autem iidem βασιλικὸι a Iosepho uocantur. Βασιλικὸς igitur h. l. est *regius minister*. ἐν Καπερναῦμ) Siue hoc ad patrem, siue ad filium referas, siue ad utrumque, omnino tenendum est, hunc regium ministrum non in Cana, sed Capernaumi habitasse, unde mox ipsi famuli occurrunt.

47. ἠρώτα) Itaque declarat hac fiducia rogandi, se id iam firmiter itatuere, quod Iesus hoc efficere posset et uellet. ἡμελλε γὰρ ἀποθνήσκειν) *Proximus erat morti*, ut uertit Syrus. Est autem ἡμελλε Attico augmento; nam commune est ἔμελλε.

48. εἰάν σήμεῖα — πισεύσῃτε) Videtur Christus hoc ideo dixisse, quod fortassis crederet homo, eum praesentem quidem, non uero absentem sanare posse aegrotos. Credebat, sed non firmiter, non integre, non sine miraculis sicut Samari-

maritani. Fortassis etiam hoc uoluit dicere Iesus: Vos precibus a Deo expetere potestis sanitatem, et credere eum uos esse exauditurum. Hoc autem non facitis, sed miracula expetitis. Denique, quod praefero, sensus esse potest: Nisi uidissetis miracula (Hierosolymis a me facta) non crederetis. Contemserant nempe Galilaei Iesum primo docentem, u. 44. Quum autem miracula, quae in Iudaea fecerat, conspexissent, u. 45. maiorem opinionem de eo concipere coeperunt.

50. πορεύς) Quod Iudaei dicunt, *Vade in pace*, i. e. *bono animo esto*. ζῆ) sc. ἀπὸ τῆ νόεσ τέτς, *ualet*; locutione Hebraeis usitatissima.

51. ἀπήνησαν αὐτῷ) In itinere Cana Capernaumum.

52. τὴν ὥρην) Vt intelligeret, an congrueret in id tempus, quo Christus ipsum bono animo esse iusserat. κομψότερον ἔσχε) *meliuscule se habuit*. *Hesychius*: κομψότερον, βελτιώτερον, ἑλαφρότερον. Cf. *Arrian. Epictet.* III, 10. κομψῶς ἔχεις. ἀφῆκεν αὐτὸν ὁ πυρετός) Non paulatim reualuit, sed subito eum reliquit febris.

53. ὅτι ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ) Sc. *id factum fit*: ac proinde non scientiam tantum eius, sed et potentiam agnoscit. ἐπίστυσεν αὐτὸς) ipse eum pro Messia habuit.

54. τῆτο πάλιν δεύτερον) Refer ad id quod sequitur: ἐλθὼν ἐκ τῆς Ἰουδαίας εἰς τὴν Γαλιλαίαν. Nam Hierosolymis plura fecerat.

CAP. V.

I. Ἐπρτῆ τῶν Ἰουδαίων) Quis hic dies festus fuerit, de eo inter doctos non conuenit. *Irenaeus* L. II, c. 39. paschale

hoc festum ait. Hoc nomine designatur Pascha Matth. XXVI, 5. Abest quidem articulus ἡ in Editionibus, sed habent codices nonnulli; et εὐρησθῆναι sine articulo, pascha significans, reperitur Marc. XV, 6. Luc. XXIII, 17. Sed obstare uidetur c. VI, 4. ubi iterum Pascha appropinquasse dicitur; non autem est uerisimile res integro anno gestas uno cap. V. esse comprehensas. Quapropter alii h. l. intelligunt Pentecosten. τῶν Ἰουδαίων) Sic supra c. II, 13.

2. εἴς τε δὲ — ἐπὶ τῇ προβατικῇ, κολυμβήθρα) Alii: ἐπὶ τῇ προβατικῇ κολυμβήθρα, ut intelligatur *piscina ab ouibus dicta*. Sed rectius κολυμβήθρα sumitur casu non tertio, sed primo, et προβατικῇ suppletur πύλη, ut sit sensus: *Est autem apud portam ouariam piscina, uel balneum. Ouiaria, uel probatica dicebatur haec porta, propter forum ouium, tum quoque, quia oves per eam portam ad templum deductae sunt. Memoratur Nehem III, 1. et XII, 39. et uidetur fuisse in parte urbis Bezetha dicta, quae erat ad septentrionem templi, ad occidentem oliueti. Κολυμβήθρα proprie est piscina a κολυμβᾶν natare; sed h. l. piscina uocatur catachrestice, (ut Grotius interpretatur,) lauacrum. Habuit enim quinque porticus, adeoque non tam pecudibus, quam hominibus lauandis adhibita est haec κολυμβήθρα. Verosimilis est eorum sententia, qui *thermas*, siue aquas medicatas fuisse existimant, quae ex uoluntate Dei uim suam nonnisi statis temporibus exseruerint. ἡ ἐπιλεγομένη Ἰβραϊτικῶς Βηθσεδὲ) Syrus exprimit בית חסדא, domus beneficentiae, et *Nosocomium* uidetur intellexisse. Nec in *Iosepho*, nec in aliis scriptoribus Iudaeorum huius nominis fit mentio. In *Latinis* antiquis libris legitur *Betzetha**

et *Belzetha*, forsitan ex Iosepho, cuius loca uero huc non pertinere uidentur. De B. I. Lib. V, c. 4. § 2. II, c. 15. V, 8. I. etc. Hodienum ostenditur piscina Bethesda ad Septentrionem templi, contigua areae templi et portae Stephani, teste *Maundrello* p. 106.

3. ἐκδεχομένων τὴν τῆς ὕδατος κίνησιν) *expectantium aquae commotionem*. Haec aquarum commotio est haud obscurum indicium *thermarum*; fuisse autem thermas Hierosolymis, ostendit Lightfootus, in Chorographica Matthaeo praemissa, Cap. LXXIV. Ceterum locus hic ἐκδεχομένων — νοσήματι uarie legitur. A codicibus nonnullis totus abest, *asteriscis* notatur in tribus codicibus; *obelis* notatur in duobus, abest a MS. *coptico* et *armeno*, a codice *latino brixienfi* et duobus aliis; in Syra posteriore est partim asteriscus, partim obelus. *SEMLERIUS* itaque putat esse hunc Versum ex additamento eorum, qui aquarum medicarum miraculum exornare studuissent.

4. ἄγγελος γὰρ) Non quod conspiceretur angelus, sed quod persuasum esset Iudaeis, talia a Deo non nisi per angelos agi; si enim oculis conspectus esset angelus, Sadducaei uix potuissent negare angelorum existentiam. Iudaei ad potestates inconspicuas, i. e. ad angelos omnia referre solebant, etiam quae ex causis naturalibus oriuntur. *Vajikra* R. VI. in Exod. XXIV, 6. *Schekalim* Hier. V, 5. *Ioannes* autem cum uulgo loquitur. κατὰ καιρὸν) Rom. V, 6. opponitur παρὰ καιρὸν Hebr. XI, II. Denotat igitur *in tempore, opportune, certo tempore* circa pascha, ut Veteres crediderunt. Est et hoc multarum thermarum, ut uim suam non nisi stasis temporibus exferant. κατέβαινον

ἐν τῇ κολ.) i. e. εἰς τὴν κολυμβήθραν. ἐτάρασσε τὸ ὕδωρ) Angelo tribuitur, quod ex causis naturalibus oriebatur. Fontium medicatorum uis maxime tum se exserit, quum aqua ebullit, aut quum bullae e uenis subterraneis protruduntur.

5. ἐκεῖ) pertinet ad ἦν, non uero iungitur cum sequentibus, quasi isto in loco et porticu expectauerit annos XXXVIII, sed tot annos laborauerat morbo.

6. κατακείμενον) *Iacentem*, quod se mouere nequiret. πολλὸν ἤδη χρόνον ἔχει) Supple τὸ ἀσθενήματος. Θέλεις) sc. licet sit *Sabbatum*, ut Lightfootus iam suppleuit. Cf. comm. 9.

7. κύριε, ἄνθρωπον ἐκ ἔχῳ) Hebraismus est: pro: *neminem habeo*. Tacite plus responder, quam si expresse respondisset, quasi dicat: imo hoc unicum ago, ut saner, sed neminem inuenio, qui mei misereatur. Ad morbum accedebat inopia, ut nec comitem sibi comparare posset. ἐν ᾧ δέ) *Simul ac*. Subauditur χρόνον. Sic *Plato* in *Coniuiuo*: ἐν ᾧ δ' αὖ ἐγὼ λέγω.

8. ἄρον τὸν κράββατόν σου) *Mos erat Christi*, ut perfecto miraculo, aliquid testimonii causa imperaret. Idem hic fecit. Hoc autem testimonio diuinae potentiae sabbatum sanctificabatur, non profanabatur.

10. Ἰουδαῖοι) Ex primoribus, ut et infra comm. 15. ἐκ ἑξῆσί σοι ἄραι τὸν κράββατόν) Hoc dixerunt more suo cauillantes circa ritus. Sed recepta erat apud eos sententia, ad imperium prophetae posse uiolari *Sabbatum* exemplo eorum,

eorum, qui ad Iosuae imperium Sabbato Ierichuntem oppugnauerunt. *SANHEDRIN* fol. 90. 1. *Dixit R. Abbu, dixisse Ioannem: Omnino si tibi dixerit propheta, transgredere uerba legis, audi illum, excepta idololatria etc.* Ad hanc magistrorum sententiam homo sanatus tacite 'pro-uocare uidetur comm. seq.

13. ὁ γὰρ Ἰησοῦς ἐξένευσεν) *Iesus inde declinauerat, siue deflexerat, secesserat*, quod multitudo hominum illo in loco efflet. Ἐξένευσεν non deriuandum ab ἐκνεύειν, sed potius ab ἐκνεύειν, cuius prima et propria significatio est *enatare*; deinde est etiam *ex malis emergere, instantique periculo liberari*; tertius denique significatus, isque huic loco conueniens, hic est, ut simpliciter *abire, secedere* denotet. Sic *Ioseph. Ant VII, 4. 2.* ὁ Δαυὶδης — ἐκνεύσας εἰς τὴν χώραν, *Dauides quum in agrum quendam secessisset.* Notat tamen doctissimus *Loesnerus*, νέειν etiam et ἀνακίπτειν eadem notione poni, e. g. *Philo L. III, de uita Mosis p. 666. C. 690. E.*

14. μετὰ ταῦτα) incertum, an aliquot dies post; de eodem die uix uidetur posse intelligi. μηκέτι ἀμαρτάνει) sc. isto modo tam indigno et insigni; apud Iudaeos enim ἀμαρτάνειν fere de peccato eminenti sumitur, ut c. VIII, II. χεῖρον τι) *Infanabilis morbus, aut moriendi quaedam foeda necessitas.*

15. τοῖς Ἰουδαίοις) sc. primoribus. Quo animo ille homo id indicatum iuerit, incertum est. Bono tamen consilio, ut nempe grato animo celebraret beneficii auctorem, id eum fecisse, credibile est. Quare recuperatam

sanitatem laudat, non autem mandatum de tollendo grabato commemorat.

16. ἐδίωκον) Nam putabant, eum uel morte dignum esse, quod talia facturum Sabbati religio nulla reuocasset.

17. ἀπεκρίνατο) sc. ad uerba factum suum accusantium, quae subtrahuntur, sed intelligi facile possunt. ὁ πατήρ μου — ἐργάζομαι) Particula καθὼς deesse uidetur: *Sicut Pater meus usque in hunc diem diuinæ potentiae opera edit, (Sabbatis etiam) ita et ego diuinæ potentiae opera edo.* Deus ἐργάζεται, dum omnia conseruat et gubernat. Nullum est ei Sabbatum; id tantum ad homines pertinet. Hoc Patris mei exemplum, inquit Christus, ego imitor. Vti illi nulla quies est, nullum Sabbatum, ita nec mihi. Ergo se Deo equiparat, seque legi Iudaeorum eximit.

18. ἔλυε τὸ σάββατον) Ipsorum iudicio. De locutione cf. Matth. V, 19. ἀλλὰ καὶ — θεῶν) Recte Iudaei existimabant, Iesum uelle pro filio Dei haberi sensu quodam eximio; se esse Deo familiarem, et accuratissime eius consilia nosse; imo eadem praeditum esse potentia. ἴσον ἑαυτὸν ποιῶν τῷ θεῷ) Sibi licere praedicans, quicquid Deo licet, et eadem facere posse, quae Deus potest.

19. ἔ δύναται — ὁμοίως ποιεῖ) *Non potest a se impetrare filius, ut quicquam faciat suo arbitrato, iniussu Patris; quin potius in omnibus Patrem imitatur.* Illud ἔ δύναται moraliter est intelligendum, et recte a Chrysostomo explicatur: ἀδύνατον καὶ ἀνεγκλήρητον ἐστὶν ἐμὲ ποιῆσαι τι ἐναντίον τῷ πατρὶ, Ἄφ' ἑαυτοῦ, i. e. iniussu, suopte arbitrato. Sic
infra

infra c. VII, 17. XII, 48. Ὁ υἱός, *filius* ille μονογενής, patri intimus, c. I, 18. qui eius uoluntatem perfectissime nouit. Is non potest abuti suo iure, aut contra Dei uoluntatem consiliumque aliquid hominibus docendo praeire. Verba εἰάν μὴ τι non excipiunt, sed εἰάν μὴ hic est pro ἀλλὰ, ut Matth. XII, 4. Gal. II, 16. aliisque locis, et supplendum est ex praecedentibus ποιῶν. βλέπειν h. l. est *scire*. Duae propositiones in hoc commate insunt, quae si absolute ponantur, sensum recludunt, nimirum hae: *Nil in iussu Patris a me suscipitur; omnia iussu Patris a me suscipiuntur*. Continetur itaque his uerbis oppositio contraria, et uerba εἰάν μὴ τι omnes Christi actiones complectuntur affirmando, uti praecedentia omnes actiones negando. Vid. Cl. G. H. TZSCHUCKII *Commentar. Logico-Rhetor. de Sermonibus Iesu Christi*, p. 42.

20. ὁ γὰρ πατὴρ φιλεῖ τ. υἱόν — αὐτὸς ποιῶν) *Pater enim tanto amore fertur in filium, ut eum instruat faciendi, quicquid ipse facit*. Comparatio a magistro, qui discipulum unum prae ceteris intimum habeat, cui omnia artis suae arcana aperiat. Sic ΠῚ hebraeum interdum per διδάσκεις, interdum per δεικνύειν uertunt Graeci. Humano more loquitur Christus, ad captum audientium se accommodans. Significat autem, traditam sibi esse a Patre potestatem, perficiendi opera, quae non nisi Deus perficere possit; quorum nonnulla statim u. 21. 22. nominat; Patrem eum reddidisse participem omnium suorum consiliorum. καὶ μείζονα — ἔργα) i. e. peragam eius iussu multo maiora negotia iis, quae hactenus a me peracta sunt. Nam hactenus tantum aegrotos sanauerat.

21. ὡσπερ γὰρ — ζωοποιεῖ) Exemplis nonnullis declarat Iesus, cuiusmodi sint opera, quorum perficiendorum potestatem a Patre accepisset. Sicuti, inquit, Pater meus e mortuis resuscitare atque uita donare potest, quoscumque uoluerit, ita et ego parem potestatem habeo. ὁς θέλει, ζωοποιεῖ, in uitam reuocat quoscumque uoluerit, et nunc, (quum e. g. Lazarum resuscitaret,) et in fine seculi, quum omnes mortuos resuscitabit.

22. ἕδὲ γὰρ — τῷ υἱῷ) Alio exemplo illustrat id quod u. 20. dixerat. Idem ille filius, qui resuscitat et resuscitabit mortuos, tandem denique iudicabit uiuos et mortuos. *Iudicare mundum* Dei est, Gen. XVIII, 25. Κρίνειν autem h. l. est poenas et praemia decernere, praesertim in futuro seculi. Κρίνει, Praesens pro Futuro ob certitudinem. Ἀλλὰ τὴν κρίσιν — υἱῷ, iudicariam potestatem totam filio tradet. Act. XVII, 31.

23. ἵνα πάντες — τὸν πατέρα) Et filium pariter omnes colant, atque Patrem. Τιμῶν autem h. l. praecipue est obsequio nenerari, ut statim com. 24. docet, auctoritatem alicuius agnoscere. ὁ μὴ τιμῶν — τὸν πέμφαντα αὐτὸν) Qui legatum, praesertim cum plenissima potestate missum, iniuria afficit, is iniuria afficere eum censetur, cuius personam legatus sustinet. Ergo, qui filii auctoritatem respuit, nec doctrinam eius admittit, is etiam Patri obsequium denegare censendus est. Tacite ostendit Christus, quam intimus sit patri. Nam Deus honorem suum extraneo non concedit.

24. ὁ τὸν λόγον — τῷ πέμφαντι με) Qui doctrinae meae obsequitur, et Patri fidem habet. Ὁ λόγος τῷ Χριστῷ, doctrina Christi.

Christi. Ἀκούειν saepe, ut hebr. שָׂמַע connotat *obtemperare, obedire*, ut infra VIII, 47. *Fidem autem habere Patri* h. i. idem est ac firmiter credere, uera esse, quae Pater per filium de felicitate alterius uitae promittit. ἔχει ζωὴν — ἔρχεται) *Consequetur felicitatem aeternam, et non punietur*; nullam experietur calamitatem et miseriam. Ἐἰς κρίσιν ἔκ ἐρχεται, i. e. ἢ κολάζεται, ut recte Chrysostomus. Sicuti κρίνειν saepe est *condemnare, punire*, ita etiam κρίσις est *condemnatio, poena*. Hoc autem loco innuitur etiam miseria et calamitas cum poenis coniuncta, ut ex sequentibus patet. ἀλλὰ — ζωὴν) *Sed transit e misero statu in feliciorum*. Nam ὁ θάνατος est omnis miseria, quae ex peccato oritur, animi perturbationes, metus a conscientia culpae oriundus, post hanc uitam futura infelicitas. Qui religionem Christi amplectitur, eique obsequitur, is liberatur ab hac miseria, atque transit εἰς τὴν ζωὴν, *in feliciorum statum*; potitur maximis beneficiis, peccatorum uenia, animi tranquillitate, futura felicitate.

25. ἔρχεται ὧρα — ζήσονται) Sensus est: *Prope adest tempus, quo mortui iubente filio in uitam redibunt*. Verba ἀκούονται τῆς φωνῆς τῆς υἱοῦ τῆς θεοῦ referunt se ad morem Christi, uoce utentis et iubentis in excitando mortuos. Marc. V, 41. Luc. VII, 14. Io. XI, 43. *Mortui audient praeceptum filii Dei*, i. e. *filius Dei praecipiet mortuis*. Ὁ νεκροὶ, indefinite intelligendum est de iis, quos Christus in his terris uiuens reuocauit in uitam, filia Iairi, uiduae Nainitanæ filio, Lazaro. Hoc probant uerba: ἔρχεται ὧρα καὶ οὖν ἔστι, coll. u. 28. 29. ubi de uniuersali resuscitatione mortuorum sermo est. καὶ οἱ ἀκούσαντες ζήσονται, *et illi, simulac*
audie-

audierint, uiuent. Eodem modo *οἱ ἀκούσαντες* legas Matth. II, 9. Marc. XIV, 11. Iudaei ueteres in ea fuerunt sententia Messiam suscitaturum esse mortuos. *Bereschit R. LXXIV, 1.* Tu es portio mea in terra uiuentium *Pi. CXLII, 6. i. e. terra, ubi mortui uiuent primum in diebus Messiae.* Similis locus est in *Pirke Eliefer XXXII.* Idem Iudaei etiam recentiores Messiae tribuunt. Alii haec uerba allegorice interpretari malunt. Ven. *SEMLERUS* statuit, Christum hic ut alibi, duplicem ancipitemque sententiam dixisse, quae quidem potius improprie, de mortuis significatione morali intelligenda sit, ut c. II, 19. de templo diruendo.

26. ἔχει ζωὴν ἐν ἑαυτῷ) habet uim et potestatem, rebus aliis existentiam uitamque conferendi. Haec enim h. l. est ζωὴ, *fons uitae.* ἔδωκε καὶ τῷ υἱῷ ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ) Filio etiam concessit ius dandae uitae, ita ut cui uelit, eam dare possit.

27. καὶ ἐξουσίαν — κρίσιν ποιεῖν) *Sed iudicandi etiam* (homines) *potestatem ei dedit,* puniendi eos, qui eius doctrinae non obtemperauerint, et remunerandi morigeros. ὅτι υἱὸς ἀνθρώπου ἐστὶ) *Quia Messias est.* Nam ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου est titulus Messiae, ut ostendimus ad Matth. VIII, 20. Messias est dominus a Deo nobis constitutus, cui nos subesse debemus. Is a Patre potestatem accepit nos resuscitandi et iudicandi.

28. μὴ θαυμάζετε τῆτο) Eruditi interpretes, etiam inter antiquiores, *Chrysostomus, Cyrillus Al.* alique iuniores graeci hanc sententiam ad comma 27. retrahunt, ut tentus sit: Nolite mirari, quod

quod filius hominis sit; etsi enim filius hominis est, filius est tamen etiam Dei. Itaque iudicii potestatem merito habet, tanquam filius Dei. Sed haec interpretatio uix locum habere potest. Sensus est potius: Nolite mirari, quod dixi (com. 25-27.) dicam admirabiliora. Ἐρχεται ὥρα, ueniet aliquando tempus. Non additur καὶ νῦν ἐστίν, ut supra u. 25. quia hoc tempus abest longius. ἐν ᾗ — φωνῆς αὐτοῦ) Quo omnes mortui eo iubente resurgent. Πάντες, non unus et alter, sed omnes plane. De uniuersali resurrectione esse sermonem, nemo non uidet. Οἱ ἐν τοῖς μνημείοις, demortui, qui in sepulchris fuerunt diutissime, opponuntur iis, qui in lectulo aut feretro, mortui iacebant, quum Christus eos suscitaret.

29. οἱ τὰ ἀγαθὰ — κτίσεως) Qui uirtuti operam dederunt, (nempe prodibunt ex monumentis) ut resurgant ad aeternam felicitatem (fruendam,) qui autem scelesti uixerunt, ut resurgant ad poenas luendas. Ποιήσαντες, πράξαντες, studium et contentionem hominis includit, ut etiam uoluntas et inclinatio in censum ueniat. Ἀνάστασις ζωῆς, resurrectionis ad felicitatem fruendam. Κρίσις, i. e. κλάσις.

30. ἡ δύναμις ἐγὼ ποιῶν ἅτ' ἐμαυτῷ ἐδέν) Nihil quicquam ego perago ex mea sententia, quae diuersa sit a uoluntate patris. Ὁυ δύναμις hic sumitur ut supra u. 19. Ἄφ' ἐαυτοῦ agit, qui proprio arbitrio agit. Omnem honorem Christus refert ad Patrem a quo missus erat. καθὼς ἔκεῖνος) sc. patris iubentis sententiam. κρίνω) Praesens pro Futuro; id enim praecedentia uidentur exigere. Est aeternum Dei decretum et consilium, ut bonis bene, malis male sit in illo iudicio. Huic decreto obtemperabit filius; malos malis afficiet, bonos bonis. Administret iudicium ad normam diuini decreti,

creti, non suo arbitrato. καὶ ἡ κρ. — δικ. ἐστίν) *ideo iudicium meum est iustum.* Copula καὶ pro rationali. ἢ ζητῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν) *Non enim tam quod mihi placeat, quam potius quod ei qui me misit gratum est, peragere studeo.* Epexegetis ante dicti. Iudices, qui suis affectibus student, commodis, gloriae, ultioni, saepe ab aequo transuersi aguntur. Nihil tale ego; non ducor a meis affectibus, sed id curo, quod patri gratum esse scio. ζητεῖν enim est *curare*, praecipuum habere.

31. εἰδὼν ἐγὼ — ἀληθείας) *Si ego ipse me commendarem, commendatio mea uana esset.* Occurrit obiectioni, neminem in sua caussa debere esse testem. Μαρτυρεῖν περὶ ἑαυτοῦ, *de se ipso aliquid laudabile praedicare.* Apud omnes gentes receptum est axioma: neminem de re sua testem ualidum esse posse. Cic. pro Roscio 36. *Itaque more maiorum comparatum est, ut in minimis rebus homines amplissimi testimonium de sua re non dicerent.* Plura loca habet *Wetstenius.* Quanquam testimonium illud, quod Christus de se perhibebat, omni fide erat dignissimum, Iudaeos tamen sine ratione credere noluit.

32. ἄλλος ἐστὶν ὁ μαρτυρῶν περὶ ἐμοῦ) *Alius est, qui me meamque auctoritatem commendat.* Nonnulli intelligunt Ioannem, ob comma sequens. Sed repugnat comma 34. ut mox uidebimus. Designatur potius Deus pater, cuius auctoritatem reuereri uidebantur Iudaei. Dixit autem testimonium pater, per res mirabiles a Christo gestas. οἶδα, ὅτι ἀληθείας ἐστίν — ἐμὴ) Sufficit mihi illa Dei commendatio; est enim testimonium omni exceptione maius.

33. ὑμεῖς ἀπεσάλλατε πρὸς Ἰωάννην) Publica auctoritate misistis ad Ioannem, quem ipsi fecistis plurimi. Itaque nec humanum testimonium deest.

34. ἐγὼ δὲ ἐκ παρὰ ἀνθρώπου τὴν μαρτυρίαν λαμβάνω) ἐ λαμβάνω, non capto, non aucupor hominis alicuius, quicumque tandem sit, commendationem. Licet Ioannes negarit, se esse Messiam; licet me idem haud obscure commendauerit, ego tamen humana hac auctoritate et commendatione ad uos non utar, quia et uos Ioannem contemnitis, postquam intellexistis eum uestris consiliis, studiisque prauis operam dare nolle. ἵνα ὑμεῖς σωθῆτε) Amolitur a se gloriae cupiditatem. Nihil mihi uindico nisi uestri causa. Admoneo uos illius testimonii Ioannei, ut uos lucrifaciam, ut uos a contumacia uestra abducam ad me audiendum. Σώζεισθε h. l. omnino est abducere aliquem a prauitate sentiendi et agendi, ut I Cor. VII, 16.

35. ἐκεῖνος ἦν ὁ λύχνος ὁ καιόμενος καὶ φαίνων) Erat ille similis lucernae ardenti et lucenti, i. e. doctor ueritatis magnus et clarus. λύχνος uocatur Ioannes, non τὸ φῶς, ut distingua- tur a summo doctore, Messia. Vide supra c. I, 8. 9. λύχνος est exigui temporis, et spatium minus illustrat; τὸ φῶς τῷ κόσμῳ, sol, cui Christus similis, lucet uniuerso orbi. De Elia propheta Sirac. XLVIII, 1. ἀνίστη ὡς πῦρ, καὶ ὁ λόγος αὐτοῦ ὡς λάμπαρ ἠκαίετο. ὑμεῖς — ἀγαλλισασθῆναι πρὸς ὄραν ἐν τῷ φωτὶ αὐτοῦ) Vos autem uix ad breue tempus uoluptatis quasi causa eius lucem admittebatis, ut pueri, qui delectantur uisu lucis, sed usum eius non habent. Ostendit Iesus Iudaeorum in- constantiam, qui Ioannem aspernari coeperunt, postquam intellexerunt, eum consiliis eorum non prodesse. πρὸς ὄραν;

ad breue tempus, ut 2 Cor. VII, 8. Gal. II, 5. 1 Theff. II, 17. *Bereschit* R. LXX. כּוּלְיָוֶטֶט et לְשׁוֹבֵט opponuntur. Iam cohaeret u. 36.

36. ἐγὼ δὲ ἔχω τὴν μαρτυρίαν μείζω τῆς Ἰωάννου) i. e. μείζω τῆς μαρτυρίας τῆς Ἰωάννου. Licet illam Ioannis commendationem nolitis admittere, eius quippe iam aduersarii, maiori tamen et summa hac alia utor aduersus uos. τὰ γὰρ ἔργα — ἀπέσταλκε) *Negotia illa, quae mihi Pater peragenda demandauit, ea ipsa negotia, quae ego perago* (prospero successu) *comprobant, me a Patre esse missum.* Saepe aduocat operum mere diuinorum testimonium, aduersus quae nulla erat cauillatio. Cf. infra c. IX, 32. 33. X, 25. 37. 38. XIV, 10. 11. XV, 24. In uerbis αὐτὰ τὰ ἔργα est elegans anaphora, qualis illa: *Palles te hoc uulnere, Pallas immolat.* Habet enim emphasin istud loquendi genus.

37. μεμαρτύρηκε περὶ ἐμοῦ) Per prophetas iam olim de me perhibuit testimonium. Nisi malis referre ad praecedentia, et particulam καὶ ab initio commatis explicare: *Itaque, ergo*, ut sensus sit: Ergo pater omnino mihi testimonium perhibet. Μεμαρτύρηκε, pro praef. ἔτε φωνῆν — ἐωράκατε) *Et si eum nec uidistis nec audistis.* Commendauit me uobis pater meus, nempe per Prophetas V. Testamenti. Huic Dei testimonio fidem habere deberetis, et si eum non uidetis, et si uobis non adest ad spectabili modo. Aliud testimonium Iesus affert, uaticinia V. T.

38. καὶ τὸν λόγον αὐτοῦ ἐκ ἔχετε μένοντα ἐν ὑμῖν) *Sed institutionem eius non admittitis in animum.* *Institutio* intelligitur, quae continetur in libris Veteris Testamenti. Huius

ius diuinæ doctrinæ fere oblii erant Iudæi. Μένειν Ioanni est *in esse, infigi*. Humilia et σαρκικὰ quaeritis ex uestris sacris libris, non Dei ueram indolem. ὅτι) est hic ἀποδεικτικὸν — Apparet, uerum esse, quod dico; nam ei, qui a Deo missus est, fidem habere pertinaciter recusat.

39. ἐρευνᾶτε τὰς γραφὰς) Plurimi interpretes in Imperatiuo explicant, et putant, uocis ἐρευνᾶν eam uim et emphasis esse, ut denotet, *aliquid cum maxima ἀκριβεῖα, animi attentione, et cum magno animi conatu quaerere*. Sed hoc falsum est; nam uox ἐρευνᾶν *quamcunque inquisitionem, siue remissiore illam, siue accuratiorem*, denotat. Sic est apud Iosephum Ant. II, 6. 7. de scypho Iosephi, in sarcinis satrum illius quaerendo. Itaque Scriptores, studium inquirendi paullo accuratius expressuri, adiecta aliqua uoce id indicant. Sic Philo de Mundi Opif. p. 14. de naturae perscrutatoribus paullo diligentioribus: διὰ τὰς φύσεις τῶν πραγμάτων, ἀκριβέστερον ἐρευνῶντες. De Sacrif. Cain et Abel. ἐρευνᾶν μετὰ πάσης ἀκριβείας. Plura loca uide ap. Loesnerum. *Indicatiuus* omnino intelligendus est ex orationis ipsa serie: *Multum quidem studii in Scripturas V. T. collocare uide mini*. Haud obscure Christus reprehendit falsas interpretationes Phariseorum, qui dicebant, infelicem populum tantum eo labi, ut Christi sermonibus aurem praebeat, propterea quia non γινώσκει τὸν νόμον. ὅτι ὑμεῖς — ζωὴν αἰώνιον ἔχειν) i. e. Quia putatis in illis extare promissionem maioris, quae uobis instet, felicitatis, cuius Deus per Messiam auctor futurus sit; monstrari in illis uiam ad perpetuam felicitatem. Ἡ ζωὴ αἰώνιος, uia ad aeternam felicitatem. καὶ ἐκείναι — πρὸς ἐμὲ) *Atqui illae ad me uos reiciunt,*

reiciunt, nempe in omnibus iis locis, in quibus de auctore nouae religionis, de regno sempiterno etc. uaticinantur. καὶ hic est *atqui*. Confirmat Christus eam uulgatam thesin: Iudaei uti debent Scriptura S. ad inuenienda religionis capita; sed iam Iudaei negabant, ea, quae de Messia legebantur, conuenire in Iesum.

40. καὶ ὁ θεὸς εἰλετο) καὶ h. l. est *nihilominus, tamen*; qua notione quoque occurrit c. VI, 36. Matth. X, 20. Iac. III, 5. neque aliter apud Iosephum Ant. II, 6. 11. εἰθεῖν πρὸς με) *Doctrinam meam admittere*. Nam *uenire ad aliquem* describit obsequium discipulorum. Sensus est: Ipsi statuitis, scripturas S. id promittere, Deum olim hominibus cunctis aditum ad salutem per Messiam patefacturum; ego uero omnibus hominibus gratiam Dei et salutem offero; nihilominus adeo prauī estis Scripturae defensores, ut negatis, fas esse eam rem a me fieri.

41. δόξαν — λαμβάνω) Ego quae dico de mea auctoritate, non dico appetitu honoris a uobis adipiscendi. Cf. cqm. 34. Non capto gloriam inter homines.

42. ἀλλ' ἔγνωκα ὑμᾶς) Sed ideo hoc dico, quod cognitum mihi sit uitium uestrum, quo laboratis, et quod uos ab itinere ad uitam aeternam impedit. Emphasis est in illo ὑμᾶς. Qualem me putatis, uos tales estis. ὅτι τὴν ἀγάπην τῷ θεῷ ἔκ ἔχετε ἐν ἑαυτοῖς) *Quod non fit in uobis charitas Dei*, quod ab honore eius diligenter ad alios augendo, fitis alienissimi. Ἀγάπη τῷ θεῷ est ἡ πρὸς τὸν θεόν, erga Deum, sicut: *patris pudor*.

43. ἐν τῷ δνόματι τοῦ πατρὸς μου) Patris mei iussu et auctoritate. καὶ ἐ λαμβάνετε μου) Non datis locum doctrinae meae, ut c. I, 12. III, 32. 33. ἐν τῷ δνόματι τῷ ἰδίῳ) *Propria auctoritate*; id enim ualet hic δνομα, ut Act. IV, 7. et alibi saepe. Talis fuit *Barchochebas*. ἐκεῖνον λήψασθε) Quia uitia uestra non deteget; uobis blandietur.

44. πῶς — δέξαν παρά ἀλλήλων λαμβάνοντες) *Qui fieri possit, ut mihi fidem adhibeatis, qui gloriam et fauorem hominum captetis?* Verba posteriora causam continent, cur fidem habere doctrinae Christi nequeant. Vanae gloriae cupiditas eos impediabat, quo minus meliorem Christi doctrinam admitterent. Nempe solemnes erant illae formulae: *Dixit Rabbi — quod dixerit illi Ras* etc. quae Doctorem nomina sancta et sacra esse solebant. Hic quis tandem locus esset nouo et meliori Doctori? Deinde etiam Pharisaeus a Pharisaeis uolebat laudari, assessor Synedrii ab assessoribus Synedrii. Nemo igitur audebat Christum sequi, non Pharisaeus, ne a Pharisaeis iudicaretur stultus, non assessor Synedrii, ne ab iisdem condemnaretur. καὶ τὴν δέξαν — ζητεῖτε) *Nec studiosi sitis eius honoris, qui a solo Deo impetratur?* Honor, qui a solo Deo proficisci potest, est is, qui cordi sincero redditur, cuius testis nemo est extra Deum.

45. μὴ δοκεῖτε — πατέρα) i. e. non eo consilio haec dico quasi apud Patrem accusare uos uellem, quasi iratus uobis essem. ἔσιν ὁ κατηγ. — ἠλπίζατε) Idem ille Moses, in quo uos spem ingentem collocare soletis, quasi in patronum uestrum, iam ante me uos reprehendit. Ex scriptis eius, quae a uobis leguntur, facile patet, uos esse inexcusabiles,

fabiles, dum mihi fidem non adhibetis. Ἐπιτίθειν hic est *confidere*, ut Matth. XII, 21. uel multum alicui tribuere. Quo sensu Moses eos accuset patet ex u. 46.

46. Μωσῆ) *Scriptis eius*, ut Luc. XVI, 31. ut statim com. seq. explicatur.

47. εἰς δὲ τοῖς — πικέουσεν) Γράμματα et βήματα opponuntur. Mosis praecepta litteris consignata habetis, ut ea decies legatis et consideretis; si tam inconsiderati estis in scripto expendendo, mirum non est, si uerba mea aures uestras praeteruolant. Si Mosi, cuius auctoritas apud uos summa est, et iam a multis seculis fuit non creditis, multo minus credetis Doctōri nouo.

CAP. VI.

1. Μετὰ ταῦτα — Τιβεριάδος) *Post haec Iesus inde discessit, et trans mare Galilaeae, prope Tiberiadem se contulit.* Μετὰ ταῦτα, aliquanto post tempore, quod non definitur. Lacus, qui Plinio et aliis Genesara, Hebraeis eo tempore dicebatur *mare Galilaeum*, ut Matth. IV, 18. et alibi. τῆς τιβεριάδος propius indicat lacus partem, quae ab adfīto oppido, ut fieri solet, nomen habebat proprium. Cf. u. 23. *Erachin* fol. 32. 1. Tiberiadi mare murus est.

2. Ἐτι ἰώρων τὰ σημεῖα) Partim, ut beneficio uterentur, partim, ut fruerentur spectaculo. Plurima Christi miracula silentio transit Ioannes; neque fortassis hanc de panibus auctis historiam narrasset, nisi id desiderasset sermo eximius hac occasione habitus.

3. εἰς τὸ ὄρος) *In regionem montanam quandam*, Luc. IX, 10. in uicinia urbis Bethsaidae. ἐκεῖ ἐκάθητο) *Disciplinae tradendae causa.*

4. ἦν δὲ ἐγγὺς τὸ πάσχα) *Haud dubie indicare uult Ioannes, homines multos, etiam peregrinos, confluxisse.*

5. πρὸς τὸν φίλιππον) *Non male Bengelius conicit: fortasse Philippus rem alimentariam curabat inter discipulos. Ut enim Iudas dicitur marsupium portasse, atque in eo collegisse, quod donabatur, ita fuit etiam haud dubie, qui cibis parandis prospiciebat.*

6. περιάγων αὐτὸν) *Vt apertum faceret, quousque profecisset.*

9. παιδάριον) *Galenus de Compos. Medicam. per genera V. sic nominat puerum XV. annorum. ἄρτις κριθίνης) significatur frugalitas Christi et Apostolorum, qui pane nonnisi uili uescebantur. Vid. Wetsten. δύο ψάρια) *Duos pisciculos. ὄψον* ita diminuitur, ut fiat ψάριον. Est autem ὄψον quicquid in macello uenit, quod προσφάγιμον siue προσφάγιον dicitur et προσέψημα, et de cibo lautiore exquisitioreque usurpatur, unde Grammatici belle deducunt nomen istud ἀπὸ τῆς ὄψης, i. e. sero; nam delicatis opiparisque cibis sero homines esse usos, quos prisca aetas ignorauisset. *Athenaeus* L. VII, 2. p. 236. ὄψον docet proprie appellari, quicquid cibi igne coquatur; sed διὰ τὴν ἐξαιρετικὸν ἰδωδὴν, i. e. quod cibus iste eximius fit, solos pisces istam appellationem obtinuisse. *Glossarium: ψάριον, pisciculus. Suidas: ψάριον τὸ ἰχθύδιον. τί ἐστὶν εἰς τοσούτους;)* *Quid sunt? Nihil, inquit, ad tam multos.**

10. ἦν δὲ χέρτος πολλὴς) Tempore ueris, comm. 4. uel χέρτος h. l. denotat spaciōsa pascua.

13. κοφίνος) Vide dicta ad Matth. XIV, 20.

14. ὁ ἐποίησε σημεῖον) Maius, quam quod Moses fecerat, panem non dans, sed impetrans de coelo, et quidem panem merum, sine obsonio, et cuius nullae superessent reliquiae. ὅτι ἔτος) ὅτι hic, ut alibi, πλεονάζει. ὁ ἐρχόμενος εἰς τὸν κόσμον) ὁ ἐρχόμενος, i. e. qui uenire debebat, et proprie intelligebatur Messias, Luc. VII, 19. quem eundem et maximum prophetam fore eo tempore sibi persuaserant. Ab hoc solo expectabantur maiora, quam Moses praestiterat.

15. γνῆς) Diuina uel introspectis ipsorum consiliis. ἀρπάξαι αὐτόν) ἀρπάξαι est, *celeriter aliquem arripere*. Sic de Abrahamo dicitur, Isaacum filium corripiente et arae imponente apud Philonem de Abr. p. 374. C. τάχις τὸν υἱὸν ἔξαρπάσας, ἐπιτίθει τῷ βωμῷ, *celeriter correptum filium arae imponit*. Eodem sensu Tacit. Hist. I. 26. 27. *rapere* dixit. Etiam inuitum arripere eum, et aliquo perducere uolebant, ubi inauguraretur, et quidem rex terrenus. ἀνεχώρησε) Videtur praecipue eo pertinere, ut interea illa multitudo, hac illac dilapsa, ob minorem sociorum numerum a regis prodendi consilio desisteret.

16. ὡς δὲ — θάλασσαν) De monte descendebant, mare transmissuri. Matthaeus addit, iussu magistrī id factum esse; c. XIV, 22. Cf. Marc. VI, 45.

17. ἤρχοντο πέραν τῆς θαλάσσης) *Transibant mare*, nam ἤρχεσθαι interdum pro *ire* ponitur. Hoc sensu h. l. accipiendum

piendum esse, inde patet, quod ea, quae statim narrantur, euenerunt nauigantibus in mari, et Capernauum tendentibus.

18. διηγείρετο) *Intumuit, concitabatur*, i. e. fluctus procellis uentorum excitabantur.

19. ἐλακύντες) *Quum propulissent nauem*, i. e. prouecti ad stadia XXV. Verbi significatio est proprie agitationis equestris, atque transfertur ad alia complura, sed aptissime ad nauigationem. περιπατῶντα ἐπὶ τῆς θαλάσσης) Non siccato mari, sed in ipso mari, ut hic quoque Mosen superaret.

21. ἤθελον ἔν λαβεῖν αὐτὸν εἰς τὸ πλοῖον) Atque, ut ceteri narrant, eum etiam in nauem receperunt. ἤθελον dixit Ioannes, quod cupide admodum eum receperunt, ut Syrus indicat. τὸ πλοῖον ἐγένετο ἐπὶ τῆς γῆς) Ἐγένετο dictum pro παρεγένετο, *peruenit*, ut infra u. 25. Sic apud optimos scriptores occurrit, e. g. Theophr. C. E. Cap. I. et apud Philonem saepius, ut patet ex locis a *Loesnero* allatis.

23. ἄλλα δὲ ἦλθε πλοῖον) Hoc ideo, ut intelligatur, quomodo ipsi transferint.

24. ὅτε ἔν εἶδεν ὁ ὄχλος) Repetitio eius, quod u. 22. praecefferat ἰδὼν, ob interiecta diuque tracta uerba; quod et in aliis historiis occurrit.

25. πότε ὅδε γέγονας) *Quando hic aduenisti? γέγονας*, pro παραγένεσας, ut supra u. 1. Etiam Latinis interdum esse est, quod *uenire*. Sueton. in August. c. 16. *Militibus in*

conspēctum fuisse, i. e. uenisse. Non dubitabant de miraculo, quia naui eum uenisse non constabat, pedestre autem iter erat longissimum.

26. ζητεῖτέ με — ἐχορτάσθητε) i. e. *non ingenuo consilio quaeritis me*. Saepe enim negantur res simpliciter, quae comparationem aut correctionem innuunt. Nonnisi utilitatem corpoream quaerebant ex miraculis Christi. Talem etiam optabant Messiam, qui huius uitae bonis eos ditaret, et efficeret, ut in otio et uoluptate uitam transigere possent.

27. ἐργάζεσθε — ἀιώνιον) *Comparete uobis potius alimentum, quod uobis ad aeternam felicitatem prodesse possit, quam cibum periturum, quo corpus tantum alitur*. Priora uerba comparete sunt intelligenda. Non enim Iesus omnino damnat uictus corporei curam, sed salutis aeternae curam, ut potiolem commendat. Ἐργάζεσθαι, quum de cibis usurpatur, saepissime denotat *concoquere*, quod multis probat *Wetstenius*. Sed hic significatus nostro loco haud conuenire uidetur. Est potius ἐργάζεσθαι τὴν βρωσιν h. l. *acquirere, comparare sibi cibum*, quo sensu ἐργάζεσθαι βρῶμα est apud Palaeph. c. 22. Victui quo corpus alitur, opponitur cibus animum alens, i. e. doctrina Christi, non ad breue tempus animum pascens, cuius potius fructus ad aeternitatem pertinet, ut supra de aqua dixerat, c. IV, 14. more suo ex occasione eorum, quae uidebat, aut audiebat, ad spiritualia animum attollens. Nec noua erat apud Iudaeos haec Allegoria. Philo Allegor. τὸ γὰρ φαγεῖν σύμβολόν ἐστι τροφῆς ψυχικῆς κ. τ. λ. ἦν ὁ υἱὸς τῶ ἀνθρώπου ὑμῶν δώσει) sc. docendo uos multo diuiniore, et ea uobis confirmando per mortem suam. τῶτον γὰρ ὁ πατὴρ ἐσφράγισεν ὁ θεὸς) *Hunc enim pater*

pater uoluit esse certis auctoritatis diuinitatisque documentis instructum, de quibus dubitari non possit. Chrysostomus: ἐπὶ τῆτις ἔπεμψε ταύτην ὑμῖν κομίζοντα τὴν τροφήν, uel secundum aliam interpretationem: τῆτον ἀπέδειξεν, ἐξεκάλυψε διὰ τῆς αὐτῆ μαρτυρίας. Vide supra c. III, 32.

28. τί ποιῶμεν, ἵνα ἐργαζώμεθα τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ;) Quid faciamus, ut efficiamus opera, apprime Deo grata? Τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ, opera quae Deus a nobis fieri uult, eique grata et accepta sunt. Non intelligebant quod dixerat Christus comm. 27. Illud uero perspiciebant, commendari illis curas, Deo acceptiores curis uictus corporis. Quaerunt itaque, quid faciendum ipsis esset, ut Deo placerent?

29. τὐτό ἐστὶ τὸ ἔργον τοῦ Θεοῦ) Hoc est illud quod Deus a uobis fieri uult. ἵνα πιστεύσητε — ἐκείνος) Vt ei doctōri fidem iam habeatis, eiusque doctrinam in animum admittatis, quem ille misit. Vnum hoc exigit Iesus, quia hoc, si solidum sincerumque sit, omnia alia Deo placentia secum trahit.

30. τί ἔν — πιστεύσωμέν σοι;) Ecquod miraculum edis, ut eo conspecto tibi fidem adhibeamus, et confidamus tibi? Recte perspiciebant, Iesum de se loqui, et maiora promittere, quam ea, quae Deus per Mosen dederat. Sed postulant miraculum aliquod perenne. τί ἐργάζη;) sc. ex illo genere, u. 28. Quanam nobis ostendis ἔργα τοῦ Θεοῦ, signa et portenta, illis in Aegypto atque in deserto, olim effectis per Mosen, similia?

31. οἱ πατέρες ἡμῶν) Patres illi nostri, qui sexcenties mille erant, et amplius. τὸ μάννα ἔφαγον) Procurante

Mose.

Mose. ἐν τῇ ἐρήμῳ, i. e. per totos annos 40. Christus eos semel tantum pauerat. ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἔδωκεν) Exod. XVI, 4. Pf. LXXVIII, 24. Videntur opponere illud Mosis beneficium, quasi longe maius, illi miraculo, quod ipsi confpexerant.

32. ὁ Μωσῆς δὲ δῶκεν — τὸν ἀληθινόν) *Moses uobis non dedit panem uere coelestem, non panem e coelo supremo, qui κατ' ἐξοχὴν panis coelestis dici mereatur, sed pater meus (iam nunc per me) uobis dat ueri nominis panem coelestem.* Argumentandi uis est in oppositione diuersi panis. Ministravit quidem Moses uobis seu maioribus uestris panem e coelo delapsum; nunc autem habebitis panem coelestem multo maioris pretii et efficacitatis. Alii putant, subiecta opponi, et Christum beneficii auctorem non Mosen, sed Deum praedicare. ὁ Μωσῆς, ἀλλ' ὁ πατὴρ μου. Sed uidetur negandi particula esse transposita, nec ad Mosen, sed ad rem datam pertinere. *Panem* se uocat Christus, quia a Patre constitutus est in terrarum orbe, ut per se doctrinamque suam uim quandam tribueret ad bene beateque uiuendum. Nam sicut in pane est uis nutriendi corpus, ita in doctrina Christi est uis confortandi laetificandi atque beandi animum. *Coelestem* autem panem se uocat Christus, quia e coelo, a Deo missus uenerat.

33. ὁ γὰρ — τῷ κόσμῳ) *Is enim est uere a Deo datus panis, qui e coelo descendens uniuerso humano generi uitam largitur.* Ὁ καταβάων refer ad ὁ ἄρτος. Nam Iudaei haec uerba non intellexerunt, comm. 34. Promittit Christus nutrimentum ad uitam aeternam, et ad totum humanum genus, non ad solos Iudaeos pertinens. Ζωὴ *felicitas*, ut saepe.

34. τὸν ἄρτον τούτου) eiusmodi panem, qui *uitam* hominibus cunctis largitur. Quod Christus comm. anteced. de *uita* dixerat, id intelligunt de uita hac humana.

35. ἐγὼ εἰμι ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς) Clarius nunc Christus loquitur: *Ego sum ille panis uiuificus*; largior uobis quae necessaria sunt ad uitam et felicitatem aeternam impetrandam, dans alimentum, quod non corpus, sed animum nutriat. ὁ ἐρχόμενος — πῶποτε) Miscetur comparatio et res comparata. Simplex oratio fuerat: Qui ederit me, nunquam esuriet; et qui biberit me, non sitiet unquam. Sed quia edere et bibere significat credere, ideo alterum exponitur per uenire, alterum per credere. *Ad Christum uenire* est ab eo *discere*, se in disciplinam eius tradere. εἰ μὴ πεινάσῃ — διψήσῃ, i. e. non opus erat ei aliis magistris parum fidelibus. Doctrinam meam cunctis uotis desideriiisque sufficere intelliget; nec erit, quod praeterea requirat. *Sitire* et *esurire* in allegoria est carere iis rebus, quae ad bene beateque uiuendum sunt necessariae. Ceterum ex uniuerso hoc loco facile cognoscimus, quod etiam aliunde notum est, Christum miraculis non diuinitatem *doctrinae* suae, sed hoc tantum demonstrare uoluisse, se esse legatum diuinum. Qui enim eius sermonem tum audiebant homines, miraculum nouum ab ipso petierant, u. 30. Ipse autem non dat miraculum, sed hortatur auditores, ut doctrinam *discant*, (u. 37.) tunc eos experturos esse uim doctrinae. (u. 39. 40. 50. seqq.)

36. ἀλλ' ἔτι — πιστεύετε) *Sed dico uobis: etsi uideatis me, tamen non creditis.* Καὶ, hebr. וְ ה. l. ualet *etsi*, ut Luc. XVIII, 7. In ἰσραήλ αὐτῶν est enallage temporis praes-

praeteriti pro praesenti. Non enim semel, sed saepe Iesum uiderant et audierant, et tunc etiam audiebant, nec tamen credebant. Videbant eum miracula edentem, et audiebant docentem. Cur autem ad fidem in eum nondum perducti erant? Quia nondum didicerant et in animum admirauerant *doctrinam*. Ergo eos ad discendum hortatur u. 37.

37. πᾶν — ἡξει) *Quis a Patre mihi* (in disciplinam) *traditus, libenter a me discet*, (discere debet,) amplectetur me felicitatis doctorem et auctorem. πᾶν, neutrum pro masculino aut communi. Sic τὰ μωρὰ 1 Cor. I, 27. Ὁ δίδωσι μοι ὁ πατήρ, *quem pater mihi tradit*, nimirum in disciplinam. Tradit autem Pater filio eos, quibus per providentiam suam uiam monstrat percipiendi doctrinam Christi. Hi igitur, si felicitate promissa potiri uelint, discere debent, et imperata facere. Respiciunt haec uerba ad comma 33. τῷ κόσμῳ. Tradit Pater filio non tantum Iudaeos, sed et magnam illam gentium multitudinem, quae per Apostolos luce Euangelii illustrata est. Desumpta est Phrasis ex locutionibus V. T. e. g. Ps. II. ubi Deus promittit Messiae: *Dabo tibi gentes. Venire ad Christum* sc. discendi causa, est discere doctrinam eius, ut monuimus ad u. 35. Iam pergit Christus: καὶ τὸν — ἕξω) *Si quis ad me uenerit discendi causa, non repellam eum a me; i. e. lubentissime eum in disciplinam recipiam, et felicem eum reddam*. In uerbis ἢ μὴ ἐκβάλλω ἕξω, est Litotes. Innuere uidetur Iesus, se non tantum Iudaeos sed gentiles etiam lubentissime recepturum esse in disciplinam, et felicitate aeterna donaturum. Simul uero etiam redarguit

focor-

focordiam et pertinaciam auditorum, qui se nondum in disciplinam eius tradiderant.

38. ὅτι καταβέβηκα — πέμψαντός με) Ex proposito sibi sine facit credibile quod dixerat. Quomodo, inquit, repellerem a me eos, quibus, ut dem uitam aeternam sum constitutus? Descendi de coelo ἕχ' ἵνα ποιῶ τὰ θέλημα τῶ ἐμῶν, non eo consilio, ut agam pro priuato arbitrio. Idem est, ac si dicat: Falso putatis, Messiae licere Iudaeis maxime studere, et gentes ceteras auersari atque negligere. ἀλλά — τῆ πέμψαντός με) Sc. ἵνα ποιῶ, ut omnia agam congruenter uoluntati paternae, qui omnes homines, non solos Iudaeos uult saluos fieri.

39. ἵνα πᾶν ὃ δέδωκέ μοι, μὴ ἀπολέσω ἐξ αὐτῶ) Est Hebraismus; nam πᾶν cum nullo uerbo cohaeret. *Vt nullum eorum, quos mihi tradidit, amittam*, perire sinam. Ἄπο- λέσω hic recte explicatur: ut non *amittam*. Nam *dare* et *amittere* sibi inuicem opponuntur, ut Io. XVIII, 9. et e nexu cum u. 40. patet, eos *amissos* a Christo tantum dici, qui *non obtinent uitam aeternam*, quibus tamen Christum causam perniciiei esse, dici nullo modo potest. Exempla huius significationis e Profanis uide ap. Kypkium. ἀλλὰ ἀνασῆσω αὐτὰ ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ) Desunt quaedam ad sententiam: sed, ut eos per doctrinam meam ad ueram felicitatem perducam, atque sic etiam uitae aeternae participes faciam, qua Iudaei putant se solos potiri.

40. τὸτο δὲ ἐστὶ) δὲ hic est explicatiuum; *nimirum*, uidelicet. Maioris perspicuitatis causa repetitur quod u. 39. dictum erat. Multi Codd. et Patres nonnulli rectius ha-
bent

dent γὰρ. πᾶς δ̄ θεωρῶν τὸν υἱὸν) *Omnis (sine populorum discrimine,) qui studiose intuetur, uel agnoscit filium.* Θεωρεῖν Cicero Tuscul. V. uertit *studiose perspicere.* Hebraeum, ΠΠ, quod et hic posuit Syrus, Graeci interpretes saepissime uertunt θεωρεῖν. Ergo *uidere* antecedit ipsum *credere*, nec ut incredulus damnabitur, nisi qui uiderit, i. e. cui rationes credendi subministratae sunt.

41. περὶ αὐτῆ) *Ob eam rem.* Nonnus masculinè accipit. ὁ ἄρτος ὁ καταβὰς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ) *Cum accentu pronuntiandum illud: ὁ καταβὰς ἐκ τ. οὐρ.* Nam id proprie erat, quod concoquere non poterant: non quod se panem dixisset, sed quod dixisset, se de coelo uenisse.

42. ἢ ἡμεῖς — μητέρα;) *offenderat eos, quod Christus dixerat, Patrem suum esse Deum; se de coelo uenisse. Non poterant sibi persuadere hoc uere dici posse de homine ex parentibus humanis nato.*

43. ἀπεκρίθη — μετ' ἀλλήλων) *Non explicat Iesus quomodo id, quod de se praedicauerat, consistere possit cum opinione eorum, qui humano tantum more eum natum esse putabant, sed priorem sermonem refert et prosequitur. Causa esse uidetur, quod haec res explicationem non admitteret, sed simpliciter credi deberet ob testimonia operum.*

44. εἰθεῖν πρὸς με) *Credere in me, ac proinde agnoscere in me coelestem illam excellentiam, quam indicaueram, quum dicerem, ex coelo me descendisse. εἰάν μὴ ὁ πατήρ — ἐλευσῆ αὐτὸν) Nisi pater eum ad me quasi deducat, et in disciplinam mihi tradat; cohaeret enim cum illo*

διδασκῶν τῷ Θεῷ, u. 45. Desumpta Phrasis a pueris, qui a parentibus uel amicis et cognatis in disciplinam tradi solent. Quia enim pueri propter pudorem, quem natura iis attribuit, a parentibus ad praeceptores maiore dignitate et auctoritate praeditos aegre et inuiti deducuntur, idcirco *trahi* commode dicuntur. Sic *Plato* multis locis, et *Epiet.* c. 68. *Cic. Lael. c. 1.* Hinc igitur extiterunt similes locutiones. *Plato* in *Ione*: ὁ δὲ Θεὸς διὰ πάντων τῶν ἄλλων τὴν ψυχὴν ὅποι ἂν βέλῃται τῶν ἀνθρώπων, *Deus autem per hos omnes* (Poetas et rhapsodos) *animum trahit hominum quocumque uelit.* Sic *Hebraicum* *רָשָׁה* saepe est *trahere* sine ullo sensu impositae necessitatis, ut *Ierem. XXXI, 3.* et alibi. Ergo *trahere* dicitur *Deus* hominem eum, quem docendo iuuandoque eo deducit, ut, quia didicit, et possit et uelit probare doctrinam Christi assensu et factis. Huius interpretationis ueritas confirmatur loco *Prophetarum*, quo *Christus* u. 45. usus est ad confirmandam rem ab se propositam. In loco autem illo praedictum est, fore, ut *edoceantur* omnes. Recte notat *Chrysostomus* *Manichaeos*, qui ex hoc loco efficere uolebant, nihil nos ex nobisipsis posse. A *Manichaeis* *Augustinus* accepisse uidetur suum dogma de gratia irresistibili et similia. *Christus*, aliis uerbis repetit, quod supra comm. 38. dixerat, se non suo arbitratu, sed ex mandato patris agere.

45. ἔσι — ἐν τοῖς προφήταις) i. e. Iam ipso euentu comprobatur, quod scriptum est in *Prophetis. Ies. LIV, 13.* Sensus idem est *Ierem. XXXI, 34.* aliisque locis. ἔσσονται πάντες διδασκῶν τῷ Θεῷ) *A Deo edoξί,* ut ἀποδιδασκῶν, διδασκῶν πνεύματος, *1 Cor. II, 13.* Haec *Prophetarum* effata

Iesus in se transfert. Nunc, inquit, Deus uos docet per me. Qui meam doctrinam audit, institutionem diuinam audit. ὁ ἀκούσας παρὰ τοῦ πατρὸς, καὶ μαθὼν) Qui Patrem ita audit, ut docilem se praebeat, ut ad discendum se comparet. ἔρχεται πρὸς με) Se mihi dedit, discipulis meis accedit; quia nempe Deus per me uos docet.

46. ἔχ' ὅτι τὸν πατέρα τις εἶώρακεν) Interpretatio uerborum commatis 45. ὁ ἀκούσας παρὰ τοῦ πατρὸς, καὶ μαθὼν. Quum dico, inquit, Patrem audiendum, et ab eo discendum esse, non hoc ita intelligo, quasi Patrem ullus mortalium oculis uidere possit. Ita familiariter nemo cum Patre uersari potest, εἰ μὴ — — πατέρα, *excepto eo, qui apud Patrem erat*, (ὁ μονογενής, ut c. I, 14. 18. c. III, 16.) *is familiarissime utitur Patre*, is ut intimus pernouit patris uoluntatem, et perfectissime perspexit ea, quae sunt Deo dignissima; docere igitur etiam saluberrime homines potest, quae sint illa religionis ingenuae capita.

47. ὁ πικεύων — αἰώνιον) Vide supra, III, 15. 16.

48. ἐγὼ εἰμι ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς) Supra u. 35. Destinavit me Deus, et meam doctrinam, quasi saluberrimum et medicum panem; cibum scilicet et pastum animi, per quem animis hominum felicitas et perfectio perennis impertitur.

49. τὸ μάννα ἐν τῇ ἐρήμῳ) Repetit ipforum uerba supra u. 31. καὶ ἀπέθανον) i. e. non potuit illis Manna praestare uitam, nisi ad breue tempus.

50. ἔτιδός ἐστιν — καταβαίνων) Seipsum designat Christus. Cf. u. 35. 48. ἵνα τις ἐξ αὐτῆ φάγη, καὶ μὴ ἀποθάνῃ)

Hebrais-

Hebraismus, pro: *Vt si quis ex eo ederit, non moriatur*; i. e. ut quiuis eo uescens liberetur a miseria et ad perennem felicitatem, ad uitam immortalem pertingat. *Vesci* autem est uti doctrina et beneficiis Christi; in succum et sanguinem, (ut aiunt,) uertere eius doctrinam.

§1. ἐγὼ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ ζῶν) i. e. ζωοποιῶν, *uitam afferens*, nempe felicitatem ueram et aeternam; nam Hebraei saepe Kal ponunt pro Hiphil; itaque ון ipsis est et זֶה et ζωοποιεῖν. εἰάν τις φάγη ἐκ τούτου τοῦ ἄρτου) *Et, quo modo diximus, sensu.* καὶ ὁ ἄρτος δὲ, — κόσμος ζωῆς) *Sensus est: Sed et mors mea, quam pro salute humani generis perpe- tiar, est panis, praebebit animis uestris incitamenta uirtutis, spem laetam felicitatis aeternae et solatium.* Σάρξ et σῶμα promiscue sumuntur pro hebraeo ושר. Clarum est, Christum de corpore suo loqui, quatenus occidendum illud praebere uolebat. Quapropter addit: ἢ ἐγὼ δώσω. Dare autem corpus dicitur, qui uexandum, qui occidendum prae- bet. 1 Cor. XIII, 3. Dabo, inquit, corpus meum ὑπὲρ τοῦ κόσμου ζωῆς, *ut felicitatem impetrem humano generi.* Κόσμος, uniuersum genus humanum, tam Iudaei, quam ceteri homines. Debemus igitur sic frui Christo, ut non tantum doctrinam eius recte percipiamus, eamque animis nostris infigamus, sed etiam memoriam mortis eius salutiferae pio sensu reco- lamus, tum in sacra coena, tum alias saepissime. Hic sermo non poterat non esse obscurus audientibus, omnia alia potius quam haec a Messia sperantibus. Sed uoluit Christus discipulorum et ceterorum auditorum excitare attentionem, ut post euentum sibi in memoriam reuocarent, quae is diu ante obscure praedixisset.

52. ἐμάχοντο) *Altercabantur, litigabant.* Alii enim putarunt subesse aliquid arcani Christi sermoni, pars maior ut plane absurdum reiecerunt λέγοντες) Pars eorum. πῶς δύναται) Quomodo id fieri potest, quod dicit: se daturum corpus suum nobis comedendum? Alii hac, alii alia ratione intelligebant.

53. εἰν μὴ — καὶ πίητε αὐτῶ τὸ αἷμα) Iterum affirmat Iesus quod dixerat, et iam addit etiam sanguinis mentionem, ad uiolentam mortem significandam. Vbi enim sanguinis a carne separati fit mentio, uiolenta morte mortuus intelligitur. *Edere carnem et bibere sanguinem Christi* h. l. est: mortis cruentae, quam Christus subiit, fructus ad se transferre, gratiarum actione, amoris excitatione, imitatione exempli etc. quod facere debemus non tantum in sacrae coenae celebratione, sed et alias saepissime. ἔκ ἔχετε ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς) Vitam, i. e. felicitatis aeternae spem iustam et certam non habebitis. Ἐν ἑαυτοῖς est Pleonasmus hebraicus.

54. ἀναστήσω αὐτὸν) Est epexegetis eius quod praecessit. Habet spem uitae aeternae, quia ego excitabo eum ex morte, ad uitam scilicet et gloriam.

55. ἡ γὰρ σὰρξ — πόσις) Sensus est: *Morte mea cruenta largior animis uestris uerissimum nutrimentum.* Corpus meum morti traditum et sanguis meus effusus eo sensu est *pastus animorum*, quo nulla alia res in rerum natura. Vide modo dicta ad u. 53.

56. ἐν ἐμοὶ μένει, καὶ γὰρ ἐν αὐτῷ) *Coniunctus est mihi, et ego illi, amore mutuo;* nam μένειν Ioanni est *esse, habitare*

tare in aliquo, quod figura satis usitata ad animum transfertur. Amans est, ubi amat. Frequentior mortis Iesu Christi recordatio amorem auget, et uirtutis studium. Non potest autem non amare Iesus eum amantes, et exemplum eius imitantes:

57. καθὼς — δι' ἐμῆ) Sicut Pater qui me misit ipse est beatus et beatificus, et ego sum beatus per Patrem: sic etiam qui amplectitur meam doctrinam, felix erit per me. Ex ultimo ζήσται apparet, uerbum hoc per totum hoc comma exprimere felicitatem. Ὁ ζῶν πατήρ, Pater beatus ipse et beatificus. Verba καθὼς ἀπέσειλῆ με ὁ ζῶν πατήρ, per enallagen posita sunt, pro: καθὼς ὁ ἀποσειλάς με πατήρ ζῆ. Nam ducitur comparatio ex uerbo opposito ζῶν, non ex uerbo ἀπέσειλε. Καὶ γὰρ ζῶ διὰ τὸν πατέρα, et ego beatus sum, et habeo uim beatificam per Patrem. Beatitudo Filii in eo erat, quod omnia consilia Patris ei erant nota, quod omnia, quae Pater, potest, quod excitat et iudicat mortuos etc. Erat beatus per Patrem; nam haec omnia, ut ipse saepe dicebat, ipsi a Patre erant tributa. Ὁ τρώγων με, qui me fruitur, doctrinam meam amplectitur. In uerbis: καὶ ὁ τρώγων με, καὶ κείνος ζήσται δι' ἐμῆ, particula καὶ hebraico more est comparans, sic; ut infra c. X, 15. XV, 9. Qui me, meamque doctrinam fideliter in animum suum admittit, uitae perpetuae particeps erit per meam uirtutem.

58. ὁ καθὼς) Hebraismus, pro: non similis ei panis. καὶ ἀπέθανον) Iterum Hebraismus, copulam ponens pro relatiuo. Non talis panis, qualis ille, quo manducato patres uestri mortui sunt. Continet hoc comma conclusionem

totius sermonis. Ex dictis, inquit, facile patet, me maiora uobis praestare iis, quae Moses maioribus uestris praestitit. Cf. supra u. 30. 31.

59. ἐν συναγωγῇ, διδάσκων) Palam, loco publico, ubi plurimi erant testes sermonis.

60. ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτῆ) Non ex duodecim, sed ex aliis, qui frequentiores erant Iesu sectatores. σκληρὸς ἔστιν ἕτος ὁ λόγος) *Dura est haec oratio, i. e. odiosa, auribusque molesta*, uel etiam difficilis intellectu, horribilis auditu. Ita etiam profani auctores loquuntur, annotante Κυρκιο ad h. l. Causae uero, quod *molestam* hanc orationem iudicarent, uariae esse potuerunt, siue quod absurda, siue quod impia et blasphemata illi inesse opinarentur.

61. σκανδαλίσει) Offendit tanquam incredibile.

62. εἰάν τις θεωρῆτε — πρότερον;) Quid dicetis, quid putabitis, *quum uidebitis me ascendere in coelum, ubi antea uersabar?* Tunc nempe percipietis uerba mea non posse ex usu populari intelligi; homines mortis meae fructus longe maximos, si uelint, percepturos. Ἐάν θεωρῆτε, si aut ipsi uideritis, aut aliorum certo testimonio cognoueritis; nam θεωρεῖν *cognoscendi* significationem habet, ut supra c. IV, 19. infra c. XII, 19. 45. Ὅτις ἦν τὸ πρότερον, in coelum, ubi ante fuit ὁ λόγος, quum esset πρὸς τὸν Θεόν, c. I, 1. nam Dei regio coelum. Tribuit Christus sibi, quod τῷ λόγῳ conuenit. Quid ni? quum et animam et corpus soleamus seorsim appellare hominis uocabulo. Est autem hic Apopiopefis, ut saepe apud quoslibet auctores, post *quid si*. Supplendum est: Quid tum puta-

putabitis? Vel: Nonne tum credetis, uos in maximo uer-
fatos esse errore?

63. τὸ πνεῦμα ἐστὶ τὸ ζωοποιῶν) *Doctrina diuina, per-*
fectior hanc uitam et felicitatem procurat. Τὸ πνεῦμα,
i. e. τὰ πνευματικά, *doctrina perfectior, ueritates coelestes.*
Hoc sensu Paulus haud raro σάρκα et πνεῦμα opponit.
Πνεῦμα generatim est id, quod est diuinum et excellens,
cui opponitur σὰρξ, humanum, uile. Πνεῦμα autem h. l.
esse praedicatum: doctrinae, ex eo apparet, quod Iesus sta-
tim addit: τὰ ῥήματα — ζωὴ ἐστίν. Ergo πνεῦμα est doctri-
na diuina et excelsa, perfectissima, diuinitus patefacta, de
qua homines, nisi admoniti, non cogitassent. Haec igitur
diuina doctrina felicitatem affert, et uiam ad ueram perpe-
tuamque felicitatem monstrat. Ἡ σὰρξ ἑκ ὠφελεῖ ἑδὲν,
(mere) *humana institutio non prodest, non sufficit hic, non*
potest humana ratio inuenire, quae maxime faciant ad salu-
tem. Σὰρξ uero uel oppositi est cognitio, quae paratur uiri-
bus humanis, sine diuina patefactione, iudicando, experi-
undo, et concludendo. Ea est uilis, imperfecta, limiti-
bus circumscripta. τὰ ῥήματα — πνεῦμά ἐστὶ καὶ ζωὴ ἐστίν)
Doctrinae, quas uobis propono, uim nouam, indolem diuinio-
rem atque uitam quasi animis uestris conferunt. Πνεῦμα
καὶ ζωὴ, i. e. πνευματικά καὶ ζωοποιῶντα.

64. οἱ ἑπίπισσον) Qui iam desinunt me habere pro
Messia; quia corporis uoluptates non polliceor. ἐξ
ἀρχῆς) *Ab initio, sc. ministerii sui publici; statim ex eo*
tempore, quo elegit XII. Apostolos, et discipulorum nu-
merum sibi adhaerere uidit. καὶ τίς — αὐτὸν) *Atque*

adeo et *illum* non ignorabat, qui traditurus esset ipsum in potestatem aduersariorum.

65. διὰ τὸ ἔργον) Ideo, quia iam praeuideo, multos uestrum mihi non habere fidem, quia alius indolis Messiam porro expectare uolunt. εἰδὼν μὴ ἢ δεδομένον αὐτῷ ἐκ τοῦ πατρὸς μου) *Nisi datum, (aut concessum) ipsi fuerit a patre meo.* Cf. u. 44. Illis autem Pater concedit, ut fiant discipuli Christi, et felicitate per ipsum parata potiantur, qui doctrinam discunt, et in animum admittunt. Hoc nolabant multi ex auditoribus, et haec erat causa, cur ueri nominis discipuli fieri non possent. Ergo non excusat Iesus eos, quasi non potuerint, sed accusat, quod noluerint se tradere in disciplinam. Christus opponit hanc sententiam falsae Iudaeorum persuasioni, qui putabant, ipsis ipsorumque genti id a Deo semel concessum esse honoris, ut omnis felicitatis a Messia sperandae sint participes, quamuis indulgere pergerent prauis suis opinionibus. Id Christus negat, et docet potius, illis tantum, qui aliam induerunt mentem, hanc felicitatem esse destinatum.

66. ἀπελθόντων — εἰς τὰ ὄπισθεν) *Discesserunt ex eius comitatu;* quia nimirum perspiciebant, Iesum non respondere ipsorum uotis et consiliis.

67. ὑπάγειν) sc. alium doctorem praeferentes, aut quae- rentes. Ostendit, se nullius ministerium sui causa quae- rere: ac ne uelle quidem discipulos, nisi uolentes.

68. πρὸς πάντα) scil. διδάσκαλον. ῥήματα ζωῆς αἰωνίου ἔχουσιν) *Doctrinas profert ad salutem aeternam consequendam efficacissimas.* Affirmat, idem se sentire, quod Christus
stus

stus modo dixerat, ipsius sermones duces esse ad uitam aeternam, quanquam non omnia iam perspexit atque plane intellexit.

69. *πεπιστεύκαμεν*) *καὶ ἐγνώκαμεν*) Imo certo quasi persuasi sumus, tum miraculorum conspectu, tum sermonis efficacia atque auctoritate. Sic et supra c. IV, 42. post *πιστεύομεν* ponitur *εἶδαμεν*. *ὅτι εὖ εἶ ὁ χριστός*) Ac proinde tibi in omnibus, tum quae capimus, tum quae non capimus, fidem habendam. *ὁ ὕδης*) Quidam *ὁ ἄγιος* legerunt, forte ex litterarum compendio.

70. *ἐκ ἐγὼ — διάβολός ἐστιν*;) Petrus illam confessionem protulerat nomine duodecim discipulorum. Christus autem hoc responso ostendit, se Iudam nosse. *Elegi uos*, nempe prae ceteris discipulis, ut mihi comites effectis perpetui. *Διάβολος*, i. e. diabolo similis, summe malus et improbus. Nullum enim foedius exemplum peccati et dissimilitudinis cum Deo habet Scriptura S. quam diabolum. Haec est causa, cur pessimi ingenii homines nominantur diaboli.

71. De Iuda Iscariote uid. Matth. X, 4. Sciuit igitur Iesus et praedixit, Iudam fore proditorem.

CAP. VII.

1. *Περικατέει*) *ἦλθ*, quod hic habet Syrus, frequentissime significat *in loco aliquo degere atque uersari*. Id *περικατέειν* uertunt Hellenistae. *μετὰ ταῦτα*) i. e. etiam postquam acciderant, quae modo narrata sunt, perrexit ninere

in Galilaea, ex quo eo uenerat: quod narratum est supra VI, 1. *οἱ Ἰουδαῖοι*) Intelligendi sunt Proceres Iudaeorum, ut patet ex u. 25. 26. Causa, cur Iesum interficere uoluerint, memorata est supra c. V, 18. Vitabat igitur Iesus Iudaeorum insidias, nec se per miracula tuebatur, quia media ordinaria aderant, et quia in Galilaea maiori cum fructu docere poterat quam in Iudaea.

2. *σκηνοπηγία*) Is nimirum dies festus, cui nomen Scenopugia, a figendis tabernaculis, *ἑορτὴ σκηνῶν*, feriae tabernaculorum, quas Iudaei in memoriam commorationis ipsorum sub tentoriis celebrarunt et adhuc celebrant. Leuit. XXIII, 34. Deut. XVI, 13. De hoc festo, Iudaeis *κατ' ἐξοχὴν* *Ἰῶ* dicto, insignis est Iosephi locus Ant. III. 10. 4. De ritibus, quos Iudaei a Graecis petierunt, et huic festo praeter institutionem diuinam immiscuerunt, dignus omnino est, qui legatur, *Lakemacherus* in *Obseruatt. Philolog. P. I. p. 17. seqq.* Ex Gentilibus hoc festum descripsit *Plutarchus* in *Symposiac. Lib. IV.* quanquam, ut ignarus rerum Iudaicarum, multos in hac re errores commisit. Cf. *Lightfootum* in h. l. et antiquitatum Iudaicarum Scriptores.

3. *οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ*) Consobrini et cognati eius. Vid. not. ad *Math. XIII, 55.* *μετάβησι*) Excitantium est. Excede ex his latebris; nam Galilaea ignobilis erat regio prae parte Hierosolymitana, ubi senatus, ubi tanta populi, tanta exterorum multitudo. *ἵνα καὶ μαθηταὶ σε — ἃ ποιῆς.*) *Vt etiam illi discipuli tui (in Iudaea) spectatores operum tuorum esse possint.*

4. εἶδεις γὰρ ἐν κρυπτῷ — εἶναι) *Nemo enim clam sua agit, qui celebris esse cupiat.* Est Hebraismus, copulam ponens pro relatiuo. Ἐν παβήσια εἶναι, *celebritatem consequi.* Bereschit R. XXII, 4. LII, 7. LXVII, 10. LXXIV, 5. כפרהסיא et במטמוניא opponuntur. Philo de uict. offi. p. 856. D. τοῖς τὰ κοινωφελῆ δρῶσιν ἔσω παβήσια, καὶ μεθ' ἡμέραν διὰ μέσης ἴτῳσαν ἀγορᾶς, *qui profunt publice omnibus, in clara luce uersentur in foro medio etc.* εἰ ταῦτα ποιεῖς) Ποιεῖν hic potestatem perpetuam faciendi significat. Si potes, inquit, et ubi, et quoties uis talia facere etc. τῷ κόσμῳ) Magnae hominum multitudini, qualis est Hierosolymis, ut infra XII, 19. Cognati eius ex eius celebritate gloriam quaerebant, optantes, ut credibile est ut ab ipso Synedrio pro Messia declararetur.

5. ἐπίστευον) Pro Messia eum non agnouerunt, quod regis instar se non gereret. Fortasse etiam ipsimet miracula eius nondum uiderant, quia, ut cognati et fratres haud raro solent, non operae pretium duxerant diligentius exquirere, qualia essent eius opera.

6. ὁ καιρὸς — πάρεστιν) *Nunc mihi nondum opportunum est, nempe ire Hierosolyma.* Non poterat hoc iter tuto facere eo tempore quo omnes uiae oppletæ erant hominibus proficiscentibus Hierosolyma ad festum celebrandum. Facile enim fieri potuisset concursus hominum. Quodsi comitante ista multitudine profectus esset, potuisset rebellionis suspicionem subire, et occasionem præbere, ut ipsi insidiae struerentur. ὁ δὲ καιρὸς — ἔτοιμος) *Vobis autem quaelibet hora opportuna est.*

Vos estis obscuri; nemo uos respicit; nihil uobis est metuendum. Potestis igitur semper tuto proficisci.

7. ἢ δύναται — πονηρά ἐσιν) Tacite causam indicat, cur ipsi non quoduis tempus opportunum sit proficiscendi Hierosolyma. Nihil est causae, inquit, cur homines improbi (ὁ κόσμος) uos odio prosequantur, (et uobis infidias struant,) me autem odio prosequantur, adeoque uitae meae infidiantur, quia uitia eorum reprehendo atque uitupero.

8. ἐγὼ ἔτιω ἀναβαίνω) Pro ἔτιω alii legunt ἐκ quae lectio uera uidetur, sed omnino explicanda per ἔτιω. ὁ καιρὸς — πεπλήρωται) *Tempus mihi opportunum nondum adest.* Noluit Iesus in magno comitatu hominum, nouarum rerum cupidorum Hierosolyma proficisci. Hoc enim poterat spectare ad seditionem, et eam ipsam ob causam concitare aduersus eum primores populi.

9. ἔμειναν) aliquamdiu, ut sequentia ostendunt. Igitur hi, qui proficiscebantur, omnino credebant, Iesum nolle Hierosolyma ire.

10. ἢ φανερώς, ἀλλ' ὡς ἐν κρυπτῷ) Vt alii homines ignorant, ne, si populi magno comitatu a Galilaea usque Hierosolyma ueniret, concitatos in se animos Procerum magis accenderet.

11. οἱ Ἰουδαῖοι) Iudaeorum proceres. ἑκατὸς) Contemtim; ut Matth. XXVII, 63.

12. καὶ γογγυσμὸς — ἑχλοῖς) *Sed et plebeii uaria de eo mustitabant.* Quia uidebant ei strui infidias, et ipsi ferrebant sententiam, an recte id fieret, an minus? οἱ

μὲν — ὄχλον) Alii bonum esse dicebant eum, non referendum in numerum falsorum doctorum; alii pro seductore populi eum habebant, quasi doceret contemnere sabbatum.

13. εἰδὸς — αὐτῷ) *Nemo* sc. eorum, qui Iesu fauebant *libere loquebatur de eo*, s. *pro eo*, in bonam partem. παρ-
 ῥησίας, *libere*, coram omnibus, aut multis. διὰ — Ἰουδαίων)
Quia metuebant Iudaeos, Iudaeorum seniores et principes.

14. τῆς ἑορτῆς μεσότης) Herodot. III, 4. μεσῶσα ἡ ἡμέρα.
 Ad festum medium pertinent omnes *inter* primum et ultimum festi dies. Hebraeis 517.

15. πῶς — μεμαθηκώς;) *Vnde huic eruditio, quum tamen litteris non dederit operam?* Γράμματα sine articulo est *doctrina*, eruditio, et h. l. praecipue *eruditio Iudaica*, quae in primum scripturae S. cognitione et interpretatione nitebatur. Sic in Tabula Ceбетis εἰδέναι γράμματα, et saepe alias, ut *Kypke* probat. Non didicisse eum litteras dicebant, quia nemo praceptor in discipulorum suorum grege eum uiderat.

16. ἡ ἐμὴ — πεμφαντός με) *Doctrina mea non tam mea est, quam eius qui me misit.* Dicit nempe Iesus, se non esse huius doctrinae primum auctorem, neque se, quum doctores ex hominibus non habuerit, ipsum sua praecepta excogitasse; se nihil docere quod uoluntati diuinae repugnet, sed ea tantum, quae ut legatus Patris proferre debeat. Idem indicat, quod u. 18. se non ἀφ' ἑαυτοῦ λαλεῖν. Cf. c. XIV, 24.

17. εἰάν τις θείῃ τὸ θεῖον ἀ. π.) Si quis ita animo comparatus sit, ut qualemcunque uoluntatem Dei sibi reuelatam, quantumcunque carnis affectibus contrariam, obsequenti animo complecti uelit. Ποιεῖν τὸ θείημα τῷ θεῷ, discere, quae Deus discenda proponit, et agere quae agenda docet. Ideo enim misit filium suum, ut nos per eum edoceret, supra c. VI, 28. 29. γνώσεται — λαλῶ) *Is usū et experientia intelliget, an doctrina mea Deum auctorem habeat, an uero instinctu meo, sponte mea doceam.* Γνώσεται, usū cognoscet, sc. cogitando, repetendo, examinando, agendo, uti in omnibus disciplinis et artibus hoc fit. Is igitur, qui se ad discendum agendumque dedit, experietur, doctrinam Christi a Deo auctore esse profectam, quia praestat id, quod inuentione humana superius et maius, et Dei procurationi adscribendum sit, nempe scientiam, quam aliunde haurire non possumus, quae nos emendat, tranquillat, et spe ultra hanc uitam pertinente replet. Inde concludet, Iesum non pro arbitrio, non iniussu diuino, ut famam sibi colligeret, hanc doctrinam protulisse. Λαλεῖν saepe est *docere*, ut 1 Cor. II, 6. 7. 13. et ἀπ' αὐτοῦ λαλῶν, doctoris diuini auctoritatem sibi arrogans; sua cogitata proferens, quum Dei mandata praeferat.

18. ὁ ἀφ' αὐτοῦ — — τὴν δόξαν τὴν ἰδίαν ζητεῖ) *Qui profert doctrinas suo ingenio excogitatas, is honorem suum et commoda uenatur.* ὁ δὲ — ἀληθῆς εἶσι) *Qui autem spectat honorem eius, a quo missus est, is fide dignus est.* Hoc est criterium externum, ex quo cognosci potest, Iesum esse doctorem fide dignissimum. Nunquam aucupatus est hominum laudem, sed semper honorem Patris spectauit. Professus

Professus est semper, se doctrinam suam accepisse a Patre; Patrem sibi dedisse potestatem iudicandi mortuos, imperandi hominibus etc. Ἀληθής, fide dignus, ut supra c. V, 31. καὶ ἀδικία ἐν αὐτῷ ἔκ ἔστιν) *Falsi crimen de eo credibile non est*, quum absit mentiendi causa. Nam ἀδικία et ἀλήθεια sibi opponuntur, ut 1 Cor. XIII, 6. et imposta uocatur ἀπάτη τῆς ἀδικίας, 2 Thess. II, 10.

19. Ὁν Μωσῆς — νόμον) Haec uerba cum praecedentibus non cohaerere, sed interrupto sermone paullo post addita esse uidentur. Grotius, Heumannus aliique putant, Iesum redire ad id, quod supra dixerat, doctrinam suam ideo damnari a Iudaeis, quod non haberent animum promptum, ut Deo obediant. Sed nouam sententiam hic inchoari, ex sequentibus patet. Sciebat nempe Iesus, insidias sibi strui ob aegrotum a se die Sabbati sanatum. Vide supra V, 16. Reprehendit itaque eorum superstitionem et malitiam, ostenditque legem Moysis a se non esse uiolatam; ipsos potius esse legis uiolatores. Moses ille eximius, quem magistrum iactatis. ἔδεις) Intelligendum est hoc de maxima parte. τὸ μὲ ζητεῖτε ἀποκτεῖναι;) Vel hoc ipso apparet, quam longe ab ipsius legis obseruatione, quum me, popularem uestrum innocentem, bene de uobis meritum, uultis morte afficere.

20. δαιμόνιον ἔχεις) *Tu insanis*, sanae mentis non uideris compos esse. Graeci dicerent: δαιμονῶς. Non erat credibile plebi, quenquam in populo esse, qui necem Iesu machinaretur. Ergo pro se respondebat, et ex se metiebatur etiam alios. Nesciebat, Primores Iesu struere insidias.

21. ἀπεκρίθη — αὐτοῖς) Non curat immeritum conuitium, sed coeptum sermonem persequitur. ἔν ἔργον ἐποίησα) Vnum, nec molestum opus, Sabbato feci, aegrotum uoce sanando. Θαυμάζετε διὰ τῆτο) Sic interpungendum est, ut iam *Theophylactus*, *Erasmus*, *Beza*, *Schmidius* aliique distinxerunt. Θαυμάζετε i. e. θορυβεῖσθε, παράττεσθε, ut recte *Chrysostomus*. Ἐμοὶ χολᾶτε u. 23. quasi Sabbatum uiolauerim.

22. Μωσῆς — περιτομῆν) Ex concessis disputat Iesus, et quidem ualidissime. Vos, inquit, Sabbato circumcidere pueros soletis, nec tamen putatis Sabbatum uiolari. Cur igitur mihi uiolati Sabbati crimen imputatis, quia hominem sanauit? Περιτομῆν esse legem de circumcisione, in promptu est. ἔχ ὅτι — πατέρων) Non quod a Mose primum sit instituta; iam enim Patrum tempore fuit in usu. Iam Abrahami, Isaaci et Iacobi tempore uiguit hic mos. Ἐκ pro παρὰ. περιτέμνετε) Laborem uarium peragitis, quo carere non potestis, ut perficiatur circumcisio. Sententia est Hebraeorum: מילה היתה את השבת *Circumcisio pellit Sabbatum. Tanchum* f. 9. 2. *Schabbat* f. 128. 130.

23. εἰ περιτομῆν — ἐν σαββάτῳ;) Est argumentatio a minori ad maius. Si salua Mosaicae legis auctoritate fieri potest, ut homo circumcidatur die Sabbati, (licet in hac caerimonia peragenda multa fieri debent, ne hominis sanitas in periculum adducatur,) quo iure mihi succensetis, quod Sabbati tempore totum hominem, non eius solum membrum aliquod sanitati restitui? ἵνα μὴ λυθῆ ὁ νόμος Μωσέως, ut maneat praeceptum illud, de circumcisione octauo die facienda, a Deo datum, a Mose perscriptum, com. 22.

βλον ἀνθρώπων, non solum eius membrum aliquod. Multa peraguntur Sabbato, ne vulnus circumcisionis homini mortem forte afferat; quanto magis licet, hominem, qui toto corpore laborat, etiam Sabbato restitui integrae ualitudini?

24. μὴ κρίνετε — κρίσιν κρίνατε) *Non iudicate secundum externam speciem tantum, sed secundum rei ueritatem.* Κατ' ὄψιν, *secundum externam speciem.* Deut. I, 16. 17. Ies. XI, 3. Lyfias Apol. in Senatu: ὡςτε ἐκ ἀξιῶν ἀπ' ὀψέως, ὡ βεβλή, ἔτε φιλεῖν ἔτε μισεῖν ἕδένα ἀλλ' ἐκ τῶν ἔργων σκοπεῖν. Δίκαια κρίσις, *uerum iudicium*, quod ueritati est consentaneum, quam notionem Κυρκε ex Profanis probat. Sensus est: Nolite iudicare de hoc opere curationis sabbaticae secundum solam speciem externam, sed accuratius in rem inquirete. Sic enim intelligetis, praeceptum de Sabbato suas pati exceptiones, et mihi, uera miracula edenti, dominium aliquod atque potestatem in ipsum Sabbatum competere.

25. εἰλεγον — ἀποκτεῖναι;) Hierosolymitani de hoc Procerum conatu atque consilio Iesum occidendi rescuerant, quod turbis aliunde confluentibus erat ignotum, u. 20. ζητῶσιν) Sc. nostri proceres, de quibus statim narratur.

26. λαλεῖ) *Docet*, iure et more magistri, publica in luce. ἀληθῶς ἔγνωσαν) ἀληθῶς, i. e. *certis indiciis*. Sic infra c. XVII, 8.

27. ἀλλὰ — πῶθεν ἐστίν) Ἄλλῃ correctionem indicat. Addunt causam, cur Iesum pro Messia agnoscere non possint. Πῶθεν ἐστίν, *quibus parentibus fit ortus*. Nam illud πῶθεν designat parentes, ut in illo *Homeri*: τίς, πῶθεν ἐστίν

ἀνδρῶν, ποῖα σοι πόλις, οἱ δὲ τοκῆες. ὁ δὲ Χριστὸς — πῶθεν ἔστιν) Putant multi, respici ad opinionem Iudaeorum de duplici manifestatione Messiae; primo enim appariturum esse eum in Bethlehemo, sed illico occultandum et latiturum, et tandem iterum se manifestaturum, non noto unde, et quomodo aduenerit. In apparitione sua prima in Bethlehemo nihil memorabile ab eo agendum; in secunda gentis expectatio. R. *Bechai* f. 68. I. *Schir* R. Cant. II, 9. Alii existimant, Iudaeos in ea fuisse opinione, parentes Messiae indicari non posse. Huic sententiae non obstat, quod Doctores consensisse dicantur *Math. II.* de loco, in quo natiuitas Messiae expectanda sit; res enim redit ad modum natiuitatis extraordinarium, qui, ut ipsi statuebant, humanum coniugium omnino excludere debebat. At Iesu parentes nosse se Iudaei sibi persuaferant, Iosephum scilicet et Mariam.

28. ἤκραξεν) Intendit uocem, ut omnes audirent. καὶ μὲ οἶδατε, καὶ οἶδατε πῶθεν εἶμι) Multi interpretes *ironice* dictum putant; sed *Grotius* aliique legunt cum interrogatione: *Itane uero me nostis, quo sim patre genitus?* Vos dicitis, et me et patrem meum uobis notum esse: utrumque falso; pater meus non est faber, ut uos putatis, sed Deus, cuius ego filius, legatus et interpres sum. καὶ ἀπ' ἐμαυτοῦ ἐκ ἐγγύθου) καὶ pro *at.* At sane ego me huic muneri non ingessi, sed qui me misit, is pater est meus. ἐληθιδος) Optima fide agit. ὃν ὑμεῖς ἐκ οἶδατε) Nescitis, quo sit ingenio, quo affectu erga genus humanum, quo cultu delectetur.

29. παρ' αὐτῶ ἐίμι) *ab eo ueni*, ex ipſius quaſi ſinu, c. I, 18. Alluſio eſt ad illud ſupra dictum: πῶθεν εἰςιν, alio ſenſu.

30. ἡ ὥρα αὐτῶ) Tempus paſſionis a patre electum, ut opportuniſſimum ſaluti humanae; id ſaepe ὥραν uocat Ioannes ut c. VIII, 20. et alibi.

31. ἐπίςτευσαν εἰς αὐτὸν) Non ut in Meſſiam, (nam de eo dubitabant,) ſed ut in hominem a Deo miſſum. *πάλιν σημαῖα*) Nam plurima ipſe etiam Ioannes ſubticuit, c. XX, 30. XXI, 25.

32. καὶ ἀπέςειλαν — αὐτὸν) Mandata dederunt miniſtris, ut *commoda occasione* eum caperent. Non enim ſtatim id eos feciſſe patet ex comm. 44. coll. comm. 37.

33. εἶπεν ἔν αὐτοῖς ὁ Ἰηςούς) Deeſt αὐτοῖς in melioribus codicibus, uerſionibus nonnullis et Patribus. Et recte. Non enim miſſis a Synedrio haec dixit Ieſus, quippe qui poſt aliquot demum dies mandatum exſequi ſtudebant, (comm. 44.) ſed auditoribus tum praesentibus, reipſa oſtendens, ſe non ignorare inimicorum improba conſilia. *ἔτι — πέμψαντά με*) Plerumque uerbo *ὑπάγω* utitur Chriſtus, quum de abitu ſuo ex hoc mundo obſcurius loquitur.

34. ζητήσετε — εὐρήσετε) *Si me quaeratis non comparebo.* Senſu haec uerba non uidentur differre a comm. 33. *ἔπει ἐίμι ἐγώ*) Noli cum Nonno εἰμι legere, quod poeticum eſt, et noſtris ſcriptoribus incognitum. Tam εἰμι hic eſt pro futuro, quam ſequens δύνασθε. Vbi tunc *ero*, uerſabor, poſtquam ſc. a uobis diſceſſi. *ὑμεῖς εἰ δύνασθε εἰλεῖν*)

Nimirum, me quasi e coelo reuocaturi, et meam prouinciam lubentius admissuri.

35. ὅτι ἡμεῖς ἐχ' ἐυρήσομεν αὐτὸν) *Vt* cum inuenire non possumus, ut hic optime uertit Syrus. εἰς τὴν διασπορὰν τῶν ἐλλήνων) *Ad Iudaeos graecos*. Nomine διασπορᾶς intelliguntur Iudaei, quia extra terram Israel inter gentes habitabant, qui et **לְפִנְיֵהוּ שְׂרָאֵל** dispersio Israelis uocantur, et duodecim tribus, qui ἐν διασπορᾷ, Jac. I, 1. Secundum alios διασπορὰ non ipsos Iudaeos dispersos denotat, sed regionem barbarorum, quam διασπαρέντες Ἰουδαῖοι inhabitant. Ἕλληνες sunt Iudaei, graece loquentes, et Graeca Biblia in Synagogis legentes. Sic *Paralipom. Ieremiae* MS. *Baruch* scripsit et misit εἰς τὴν διασπορὰν τῶν ἰθνηῶν, ad Iudaeos in Aegypto atque alibi uiuentes. Iudaei autem per totum terrarum orbem dispersi fuerunt, suosque sibi habuerunt in omnibus locis Synagogas et Profeuchas, quod quum aliunde, tum e Iosepho de B. I. Lib. VII, 3, 3. scimus.

36. τίς ἐστίν ὁστος ὁ λόγος, ὃν ἔειπε) Nam nisi hoc uult, quem sensum habet sermo ipsius?

37. ἐν τῇ ἑσχατῇ ἡμέρᾳ τῇ μεγάλῃ τῆς ἑορτῆς) Loquitur Ioannes secundum opinionem gentis; nam ex institutione Dei non apparet aliqua dignitas huius diei supra primum. Sed putabant Iudaei, ceteris diebus supplicationes et sacrificia fieri, non tam pro seipsis, quam pro reliquis gentibus; at die hac octaua solum pro seipsis. *Succab. Bemidbar Rabba*, Sect. 21. Cf. *Lightfoot*. ἴδαν τις διψᾷ) Respiciunt forsitan haec et sequentia uerba Saluatoris ad libationem istam

istam aquae, quae in hoc festo solum usitata erat, non ullis aliis anni temporibus. Ex multis locis a *Lightfooto* et *Wetstenio* descriptis, notamus praecipua tantum ex *Succah*. Ritus ita describitur: *Phialam auream, continentem tres Logos impleverunt ex Siloamo. Quum uenirent ad portam aquarum,* (portam templi, sic dictam secundum quosdam, quia per eam lata est haec aqua hausta ex *Siloam*,) *clangunt tubis — Ascendit Sacerdos per ascensum altaris, et inclinat ad sinistram: Erant ibi duo simpula argentea — unum aquae, alterum uini. Fundit de aqua in uinum, et de uino in aquam, et fungitur officio. Ibid. Quicumque non uidit laetitiam propter haustionem huius aquae, non uidit unquam laetitiam ullam.* Addunt, haustione et libatione denotari effusionem Spiritus S. *Haustio aquae* erat propter uerba *Iesariae* c. XII, 2. *laetitia* pro aquis ut simbolo legis, *expectatio Spiritus sancti* ex hac laetitia. Christus inde pro more suo capit occasionem docendi. Verba sumit ex *Iesariae* c. LV, 1. Sensus est: Qui desiderio felicitatis uritur, (nam id *sitire* uocant Hebraei, ut et aliae gentes,) ad me ueniat; ego sitim restinguam. καὶ πίψτω) Hic clauditur prima sententia. Alii coniungunt eam sequentibus: *qui credit in me;* quod omnino durius est.

18. καθὼς ἔειπεν ἡ γραφή) Ita saepe Ioannes, ubi non unum aliquem locum, sed multorum consensum indicat. Pertinent huc omnes loci, qui de effundendo spiritu agunt, e. g. *Ies.* XLIV, 3. *I. VIII,* 11. *Ioel.* III. etc. ποταμὸν — ζῶντος) *Is fluminibus aquae uiuae perfundetur.* Per aquam uiuam Iesus intellexerat suam doctrinam, solatii plenissimam, supra c. IV, 9. hic uero intelligit dona spiritus,

ut statim u. 39. declaratur, quae eandem ob causam aquae uiuae comparantur, quod nempe solatium et felicitatem afferant. Ἐκ τῆς κοιλίας, ex eo. Plerique putant respici ad uentrem amphorae, e quo aqua libabatur. Wetstenius: ex corde eius, addito loco ex *Tanchuma*: Quomodo Abraham didicit legem? Duo renes eius facti sunt tanquam *lagenae*, e quibus lex promanauit. Notetur ἀνακόλουθον, ut in *Aelian*. H. A. IV. 36. ἡ τῶν Ἰνδῶν γῆ φασὶν αὐτὴν δι' συγγραφεῖς πολυφάρμακον εἶναι.

39. περὶ τοῦ πνεύματος) De donis Spiritus Sancti, non tantum extraordinariis, sed et ordinariis. δι' ἐπιστεύοντες εἰς αὐτὸν) Non tantum Apostoli, sed credentium ingens multitudo, cuius rei initium in CXX hominibus factum est in Pentecoste. Act. II. Ἔγω γὰρ ἦν πνεῦμα ἁγίου) Cod. Vat. addit: διδόμενον, quod et Verff. nonnullae exprimunt, et Ambr. Aug. Victorin. habent. Sed non opus est hoc additamento, quum sit sensus: Dona spiritus sancti tum adhuc expectanda erant. ὅτι δ' Ἰησοῦς ἐδέεω ἐδοξάσθη) Nondum in coelum ascenderat; Regis enim est iam regnantis dona dare regia.

40. ἀπροφάτης) Vide supra c. I, 21.

42. ἔχλ — ἔρχεται;) Ergo ignota iis erat historia infantiae Iesu, nec uidentur multis innotuisse ea, quae de eius natiuitate a paucis narrabantur.

44. τινές δέ) Subornati a Senatoribus. Cf. u. 30.

45. ἦλθον ἔν οι ὑπηρεταί) Postquam per dies aliquot Iesum sectati erant, quasi eum prehensuri data occasione.

46. ἐδίποτε ἕτως ἐλάλησεν ἄνθρωπος) ἄνθρωπος, ὡς, pro-
 τος, ut et infra 51. Ingenuè loquantur. Non cauantur
 metum turbæ, sed animi conscientiam, uerbis diuinis com-
 motam: tanto magistratibus suis meliores.

48. ἐκ τῶν ἀρχόντων) Ex Senatoribus Magni Synedrii,
 qui ius habent cognoscendi de propheta. ἢ ἐκ τῶν
 Φαρισαίων) Qui et sanctitatis et eruditionis nomine excellent.
 Ita a duplici auctoritate argumentantur, iudiciali et magi-
 strali. Sic solent, qui ueritatem impugnant, pro argumentis
 afferre auctoritatem eorum, qui pro doctis habentur.

49. ὁ ὄχλος ἕτος) Populus terræ, ut loquebantur: faex
 populi. ὁ μὴ γινώσκων τὸν νόμον) Qui studium non po-
 nit, ut exacte legem discat, secundum scholarum interpre-
 tationes et traditiones. ἐπικατάρατοί εἰσι) ἤρω, quod
 sapissime Rabbini dicunt de populo terræ. Diris et male-
 dictione digni sunt; nosque non desinemus eos anathemate
 ferire. Dicere debebant: isti plebei homines credunt in
 Iesum, u. 31. sed malebant dicere quod putabant consequens
 fidei in Iesum, nempe execratione dignos esse, qui in eum
 credant, ut tanto magis ministros illos absterrerent.

50. εἰς ὧν ἐξ' αὐτῶν) Vnus e fenatu, ut apparet su-
 pra, III, I.

51. μὴ ὁ νόμος — ποιῆι;) *An lex nostra condemnat
 ullum hominem, antequam eum audierit et cognouerit quid
 faciat?* Caute locutus est Nicodemus, ut seipsum inuidiæ,
 Iesum autem periculo subtraheret. Iesum nec absoluit
 nec damnat. In eo tantum reprehendit collegas, quod
 Iesum inauditum damnarent, quum potius ex præscripto

legis (Deut. XVII, 8. XIX, 15.) ei locum et facultatem pro se dicendi et se defendendi concedere debuissent.

52. μή καὶ οὐ ἐκ τῆς γαλιλαίας εἶ;) Nōn, quod hoc crederent, sed quod significare uellent, non alios Iesum fautores habere, quam populares, Galilaeos. ἑρεύνησον) Reuolue tecum omnium temporum historiam. Loquantur ut erudito. καὶ ἴδῃ) Quasi dicant: Certum est; constat. ὅτι προφήτης ἐκ τῆς γαλιλαίας ἐκ ἐγγύερται) Non de uno, sed de quouis propheta accipe. Nullus, aiunt, Galilaeus unquam a Deo donatus est spiritu prophético: gens est Deo despecta. Vide supra I, 46.

CAP. VIII.

De historia adulterae, quae narratur a comm. 53. cap. praecedentis usque ad comma 11. huius capituli, iam olim fuit quaestio, et nunc est. Extat sane haec pericopa in permultis Codicibus graecis, Versionibus et apud Patres nonnullos. Abest uero a Codd. *Alex. Vatic. Regio, olim 1905. nunc 9. et Regio olim 2861. nunc 62.* sed spatio uacuo relicto, quod tamen totam pericopam capere non posset. Aut plane abest, aut in finem Euangelii uel ad calcem capituli 21. Lucae reicitur, aut adiecto Scholio adpiētisue obelis sine asteriscis tanquam dubia notatur in codice Basil. multis iunioribus, Regiis quibusdam et Euangelistariis. Graeci in lectione publica commati 52. capituli VII. iungunt comma 12. capituli VIII. In nonnullis autem Lectionariis libris festo Pelagiae aut Mariae aegyptiacae aut alio die festo praelegenda exhibetur haec historia.

Abest

Abest praeterea a Syr. utr. et editionibus syriacis primis, Copticis codicibus plerisque, Arabica e coptica translatione conuersa, Arm. teste Nicone, qui Armenos reieciſſe haec teſtatur; unde in fine Euangelii legitur in codd. arm. quibusdam Goth. uerc. brix. Nec attingunt eam Orig. Apollinar. Theodor. mopsueſt. Cyr. Chryſoſt. Baſil. Cosmas. Nonn. Theophyl. Catenae ed. et mſ. Tertull. Cypr. Iuuen. — Nil definiunt Ammonius et Euf. Eadem uarietas deprehenditur etiam in codicibus MSS. uariarum Bibliothecarum ab *Andrea Birch* collatis. Vid. eius editio *Quatuor Euangeliorum*, iuſſu et ſumtibus Regiis procurata. Havniae, 1788. 4. Suspecta etiam haec historia fuit *Erasmo*, *Pellicano*, *Oliuetano*, *Caietano*, *Bucero*, *Caluino*, *Bezae*, *Iansenio Gandauenſi*, *Grotio*, *Hammondo*, *Clerico*, *Wetſtenio*. Haud caret uerifimilitudine ſententia *Grotii*, exiſtimantis, hanc hiftoriam attextam quidem a Nazarenis Palaestinae Hebraeo Euangelio; a *Papia* autem, aliisque Ioannis diſcipulis Graeco Ioannis, et ab eccleſia probatam, ideo quod ſatis certo teſtimonio conſtaret, ab apoſtoliſ uia uoce ſaepe narratam. Nam in Nazaraeorum Hebraeo fuiſſe, ſatis ex Hieronymo conſtat. *Semlerus* exiſtimat, hiftoriam inſertam eſſe ex alio quodam libro hiftorico Ioannis Euangelio. Mira eſt lectionis uarietas, quam *Griesbachius* diligentiffime notauit. Nos potiores tantum uariantes e codicibus graecis notabimus.

2. παραγίνεται) Cod. Cantabr. habet παραγίνεται, Codd. 15. aut 16. habent ηλθεν. Alii codd. 2. παραηλθεν. προς αυτον) Abest a codicibus 11. και καθίςας ἐδίδασκεν αυτὸς) Abest a cod. Cantabr. et 69.

3. ἄγουσι) In codicibus 2. legitur φέρουσι, in illo 69. καὶ προσήνεγκαν αὐτῶ. πρὸς αὐτὸν) Abest a multis, aut alio loco ponitur; in tribus, πρὸς τὸν Ἰησοῦν, et certo abfuit ab antiquioribus. ἐν μοιχείᾳ) ἐπὶ μοιχ. in codd. 39. ἐπὶ ἁμαρτία in Cantabr. κατειλημμένην) Cantabr. legit εἰλημμένην. In codicibus 16. legitur καταληφθεῖσαν.

4. λέγουσιν) εἶπον, in codd. 26. αὐτῶ) Codices 15. addunt περιάροντες. Cantabrigiensis copiosius habet: ἐκπεράροντες αὐτὸν δι' ἱερεῖς, ἵνα ἔχωσιν κατηγορίαν αὐτῆ. Nempe alii habebant κατηγορεῖν αὐτῆ, alii: κατηγορεῖσαν κατ' αὐτῆ. Sed alii haec legunt u. 6. κατελήφθη) Cōdd. 37. in αἵτις ταύτην ἔυρομεν — μοιχευομένην. Cod. 38. ταύτην ἔυρομεν — κατειλημμένην. Porro 5 habent κατελήφθη, 14. κατελείπεται, alii decem εἰληπται. ἑπαυτοφώρῳ uerti potest ipso facto, et construi cum μοιχευομένη, ut sensus sit: *deprehensa est ipso facto adultera*; deprehensum est de illa, quod ipso facto adulterium iam commiserit. Ἐπαυτοφώρῳ potest etiam esse *palam, manifeste*, et construi cum κατελήφθη, ut sensus sit: *palam deprehensa est adultera*, ita ut non opus sit in rem ipsam, utpote satis notam, altius inquiri. Vox est graeca forensis. *Demosthenes* in Stephanum: τῶτον ὑμεῖς ἠδικηκότα ἐπ' αὐτοφώρῳ λαβόντες, *Hunc in ipso iniuriae manifesto facinore deprehensum*. Plura loca Wetsten. habet. Indicant, non agi hic de suspicione, in quam constituta erat potio aquae Zelotypae.

5. ἐντελείατο) in Cantabr. ἐκέλευσεν, redditum sc. e latino. λιθοβολεῖσθαι) Codices 38. λιθάσειν, quidam λιθάσεισθαι. Lege Moſis adulteris poena mortis indicitur Leuit. XX, 10. Deut. XXII, 22. quod Hebraeorum magistri de strangu-

strangulatione interpretantur. *Sanhedrin*: R. Ionathan dixit, omnis mors, dicta in lege simpliciter, non est, nisi strangulatio. Notandum tamen est, in Deuteronomio sequentibus uerbis *sponsae* corruptae imponi poenam lapidationis; et potuit haec mulier sponsa commisisse adulterium. Vid. Ill. Michaelis ius Mosaicum Tom. V, p. 261.

6. *πειράζοντες αὐτὸν*) Si puniendam negasset, dixissent Legem Mosis ab eo tolli, et impunitatem peccatis dari; sin affirmasset, accusassent apud Praesidem, qui iudicia Zelotarum, tanquam ad seditionem spectantia, sustulerat, infra c. XVIII, 31. Videntur autem fuisse Zelotae qui proposuerunt hanc quaestionem. Cf. Matth. X, 4. *ἔγραψεν εἰς τὴν γῆν*) Scripsit in terra ductus nihil significantes; quo actu significare uoluit Iesus, se ad negotium, quod proponebant callidi homines, parum attendere, neque se ualde cupere ad interrogata respondere, quod et animo insidioso illa proposita esse, et causae discussionem exiguum fructum habituram esse, praeuideret. Vid. Schol. ad Aristoph. Acharn. 31. Addunt hic codices nonnulli: *προσποιούμενος* alii *καὶ προσπ.* Codices autem 36. *μὴ προσποιούμενος*, *nihil curans*, ut Christus prae se tulisse dicatur nihil ad se illa pertinere, aut nihil se attendere.

7. *ἀνακύψας*) *ἀναβλέψας* habent codd. 21. *ἀνέκυψε καὶ* codd. 12. *ὁ ἀναμάρτητος ὑμῶν*) *Qui ex uobis hac culpa immunis est.* *Ἀναμάρτητος* h. l. ut saepe alias est, qui nec scortator est nec adulter. *Herodot.* V, 39. *τὴν ἔχει γυναῖκα εἴησαν ἀναμάρτητον ἑαυτῶν*, *quam haberet uxorem, quae nihil aduersus ipsum deliquisset.* *πρῶτος* — *βαλέτω*) *Primus lapidem in eam coniciat*, illum nempe lapidem, quem testes

ex mandato diuino Dent. XVII, 7. c. XIII, 10. et more iudaico, in lapidationis reos conuicere solent.

8. ἔγραψεν) Addunt εἰς ἑκάστου αὐτῶν τὰς ἀμαρτίας codd. 7. eorum uidelicet qui accusabant, et omnium peccata mortalium. Hier. Bar hebraeus ex codice quodam alex. ap. Affemann. Sed uide dicta ad comm. 6.

9. ἀρχαῖμοι ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων ἕως τῶν ἐσχάτων) Aetate prouectissimi primi conuictos se sentiebant, quorum exemplum ceteri sequebantur. μόνος δ' Ἰησοῦς, καὶ ἡ θυγὴ) Solus, i. e. sine Pharisaeis et legisperitis. Nam Apostoli aderant, forte et turba aliqua. ἐν μέσῳ ἕστα) Conspicua Apostolis, forte et turbae.

10. μηδένα θρασυάμενος) Eorum, qui mulierem adduxerant. Sed omnino desunt haec et sequentia uerba in quibusdam Codd. et Versf. δι κατήγοροί σε) i. e. qui mea auctoritate uidebantur uti uelle ad te puniendum.

11. ἔδὲ ἐγὼ σε κατακρίνω) Ego auctoritatem meam in hoc non commodo, ut populum, qui salua conscientia a talis supplicii exactiōne abstinere potest, ad id excitem. μηκέτι ἀμάρτανε) Alioqui multo grauius a Deo damnanda. Hoc ideo adiicit, ne ueniam dare uideretur peccandi.

12. πάλιν) Alio tempore, ut c. IX, 15. et alibi. Nam u. 13. Pharisaei adfuisse dicuntur; supra autem u. 9. dictum erat, Pharisaeos discessisse. Oportet igitur, quae nunc narrantur, alio tempore contigisse. τὸ φῶς τῆ κόσμου) Sol, i. e. summus uniuersi humani generis doctor. Cf. supra c. I, 4. Luc. II, 32: Multi interpretes existimant, Iesum ab oriente tum sole, aut candelabro aureo (Succa V. 2.) occasio-

occasionem tropi sumfisse. Sed incertum est, Iesum sequenti die summo mane in templum ascendisse. Omni tempore sic describere se potuit, quum iam quaedam uaticinia V. T. *lumen* omnibus gentibus promiserint. ὁ ἀκολυθῶν ἐμοί) Qui ductum meum sequitur; (nam lux praeferi solet,) i. e. se mihi in disciplinam tradit. εἰ μὴ περιπατήσῃ ἐν τῇ σκοτίᾳ) *Non uersabitur in ignorantiae et uitiorum tenebris*, non erit miser. ἴξετε τὸ φῶς τῆς ζωῆς) Experietur luminis huius salubre beneficium, quod nouam et stabilem felicitatem homini impertit; cognoscet omnia quae sunt necessaria ad consequendam salutem et aeternam felicitatem.

13. οὐδὲ περὶ σοῦ μαρτυρεῖς) Tam magna de te praedicas, et dicenti tibi uis credi. ἡ μαρτυρία — ἀληθῆς) *Non es fide dignus*, quia nempe testis es in propria causa.

14. καὶ ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ) Etiam si ego solus haec de me praedicarem; etiam si nulla essent de me praegressa prophetarum, nulla Ioannis Baptistae testimonia. ἀληθῆς — μαρτυρία μου) Testimonium meum fide dignum esset. ὁ ἴδα πῶθεν ἦλθον, καὶ πῶς ὑπάγω) Est circumlocutio legationis, quae accipi primo, deinde renuntiari solet. Ego scio, a quo et quae mihi data sint mandata. *Scio me ut legatum a patre missum esse*. Non incerta loquor. ὑμεῖς — ὑπάγω) *Vos autem nec scitis nec scire uultis, a quo sum missus*.

15. ὑμεῖς κατὰ τὴν σάρκα κρίνατε) Vos ex affectibus, humanis prauisque consiliis ducti, non uera ratione rem diiudicatis,

dicatis, quod supra VII, 24. dixit κατ' ἑμὴν κρίνειν. ἐγὼ ἢ κρίνω ἕδένα) *Ego non condemno quenquam*; quamvis recte id facere possem. Sensus esse uidetur: Vos, externa tantum spectantes, me esse mendacem iudicatis; ego, qui uos optime noui, iure meritoque duriora de uobis decernere possem; nec tamen id (nunc) facio.

16. καὶ ἐὰν κρίνω δὲ ἐγὼ) Quodsi etiam id faciam; si e. g. de erroribus et uitiiis hominum sententiam dicam. ἢ κρίσεις ἢ ἐμὴ ἀληθῆς ἐσιν) Indicat. pro Subiunctiuo, more hebraeo: *Hoc tale iudicium meum iustum esset*. Sic *Ioseph*. Ant. VI, 3. 2. opponit τὰς κρίσεις πρὸς τὴν ἀλήθειαν, et πρὸς τὸ κέρδος, et ἀληθεῖς κριτὰς dixit *Thucyd.* III, 56. ἔτι μόνος ἔκ ἐμῆ) Nam non solus ita iudicarem. ἀλλ' ἐγὼ καὶ ὁ πέμψας με πατήρ) Quod ego dicerem, pater dicere censendus esset, a quo missum me dico, et qui me a se missum ostendit, et uoce et tot tantisque miraculis. Legatione autem probata, quicquid legatus affirmat, id censendus est qui legauit, affirmare.

17. καὶ ἐν τῷ νόμῳ δὲ τῷ ὑμετέρῳ γέγραπται) Quod iam dico, non tantum naturali acquitati congruit, sed scriptum quoque est in lege; uestra, inquam lege, in qua gloriamini. Deut. XVII, 6.

18. ἐγὼ ἐμὴ — — πατήρ) Sunt et hic, inquit Christus, duo testes de re eadem — ego et Pater. Testis esse poterat Iesus in sua causa, quia nec in uita nec in doctrina eius quicquam erat culpandum. Accedebant opera diuina, quibus et Pater testabatur probari sibi quae Iesus agebat atque docebat. Cf. u. 16.

19. ἔλεγον — πατήρ σε) Intelligere poterant Deum esse alterum illum testem, ad quem prouocauerat Iesus comm. 18. (uid. supra V, 18.) Sed res illis uidebatur incredibilis. ἔτε ἐμὲ διδάτε, ἔτε τὸν πατέρα μου) Ita affectibus impedimini, ut nec meam qualitatem intelligatis, nec quem dicam esse patrem meum, quum tamen utrumque satis clare uobis exposuerim. Nihil igitur uobis proderit eum describere. Nam non uultis eum nosse et colere, uti me non nostis et colitis. εἰ ἐμὲ — ἤδειτε ἄν) i. e. Si character meus, si consilia mea uobis essent perspecta, tunc perspecturi essetis, quis is sit, quem ego Patrem meum dico.

20. ἐν τῷ γαλοφυλακίῳ) Cf. Marc. XII, 41. Loco ualde celebri, et in quo etiam Sacerdotum e primoribus quidam uersari erant soliti.

21. ἐγὼ ὑπάγω) *Ego uado*, i. e. uadam, sc. ad Patrem. καὶ ζητήσεται με) i. e. ut maxime uelitis, nocere mihi non poteritis. ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ ὑμῶν) *Propter peccatum uestrum*, incredulitatis nimirum, quod alia multa post se traxit peccata, comma 24. infra c. XVI, 9. ἔπε — ἐλθεῖν) i. e. uos non potestis eadem mecum frui felicitate. Quomodo Iudaei haec uerba intellexerint, statim u. 22. indicatur.

22. μήτι ἀποκτενεῖ ἑαυτὸν — ἐλθεῖν) Ex uerbis: *Quo ego uado, eo uos non potestis pertingere*, concludebant Iudaei, eum sibi mortem consciscere uelle. Qui enim rebus humanis ereptus est, eum mortales non possunt laedere amplius.

23. ὁμοίως ἐκ τῶν κάτω — κόσμῳ τρίτῳ) Bis idem repetit diuersis uerbis. Non mirum, inquit, uos talia de me suspicari, nam estis ἐκ τῶν κάτω (μερῶν,) — ἐκ τῆς κόσμῳ τρίτῳ, terrenae originis, humili cogitandi sentiendique ratione praediti. Ego uero e coelo descendi, (ἐκ τῶν ἄνω ἐμὶ,) ac proinde diuina et coelestia consilia sequor.

24. ὅτι ἐγὼ ἐίμι) sc. Messias, lux mundi, supra comm. 12. cf. comma 21.

25. τὴν ἀρχὴν ὅ, τι καὶ λαλῶ ὑμῖν) *Omnino is sum, quem me esse uobis dico*, i. e. lux mundi com. 12. Proprie: Id sum quod loquor, i. e. dico uobis. Graeci haud raro aduerbialiter sumunt accusatiuum tam ἀρχὴν, quam τέλος, et ad ἀρχὴν addunt et non addunt articulum. Plato Lyfide: πᾶς ἔν δι ἀγαθοῖ τοῖς ἀγαθοῖς ἡμῶν φίλοι ἔσονται τὴν ἀρχὴν, *quo pacto igitur boni bonis amici futuri sunt omnino.* Demosthenes προσιμίῳις δημογορικοῦ: τὴν μὲν ἔν ἀρχὴν, εἰ καλῶς ἐγινώσκειτε, *Primum sane, seu omnino si rem intelligeretis, nihil opus esset etc.* Plurimum usi sunt hoc aduerbio Graeci cum negatione. Herodotus Polymnia: εἰδὲ λέγω ἀρχὴν, *ne omnino quidem dico.* Xenophon L. 1. Cyropaed. δι περσικῶν νόμοι προλαβόντες ἐπιμέλονται, ὅπως τὴν ἀρχὴν μὴ τοιαῦτο ἔσονται δι πολῖται, *Praeuertentes leges Persicae, ne omnino tales sint ciues, student.* Sic etiam Philo, ut Loesnerus ostendit. λαλεῖν autem hebraico more saepe est, *dicere aliquid concise.* Matth. IX, 18. XIII, 3. 34. et alibi. Potest etiam hic locus simpliciter explicari: *Ego sum is, quem inde a principio muneris docendi me esse professus sum.* Dixerat autem, se esse legatum diuinum.

26. πολλὰ ἔχω περὶ ὑμῶν λαλεῖν καὶ κρίνειν) i. e. Multa de vobis dicere possem ad vos notandos, sc. propter ingenii tarditatem et pertinaciam. ἄλλ' ὁ πέμψας με ἀληθῆς ἐστὶ) Sed hoc aduersum vos pro hoc tempore sufficiat, quod ille, qui me misit, in omnibus rebus fide est dignissimus. Plura nunc dicere, nihil attinet. καγὼ — κόσμον) *Et ego nihil dico aliud, quam quod ab ipso dicendum accepi.* Quare merito mihi credere deberetis, quod quum non faciatis, estis inexcusabiles; εἰς τ. κ. i. e. πρὸς τὸν κόσμον.

27. ἔκ ἔγνωσαν, ὅτι τὸν πατέρα αὐτοῖς ἔλεγεν) *Non intelligebant, quod de Patre ad illos loqueretur.* Constructio, λέγειν τινα pro περὶ τινός, *dicere aliquem pro de aliquo* ualde est frequens Graecis et Latinis. Vide *Kypkium* ad h. l.

28. ὅταν εὐλώσητε) *Postquam me in crucem egeritis.* Cf. c. III, 14. Obscura his auditoribus oratio. τότε γνώσεσθε, ὅτι ἐγὼ εἰμι) Tum demum intelligetis, me esse (illam, quem Pater misit.) Posses etiam cum Grotio distinguere δ, τι, quod sumitur pro τί. Dixerat primam, lucem se esse mundi: quid praeterea sim, inquit, cognoscetis post mortem meam. καὶ ἔπ' εἰμ.) καὶ, pro certe, etenim; quod dixi antehac, me nihil iniussu patris facere, id tunc apparebit. Potest etiam post καὶ repeti ὅτι, et constitui cum praecedentibus, hoc modo: *nec me proprio arbitratu facere quicquam.*

29. καὶ ὁ πέμψας με, μετ' ἐμῆς ἐστίν) καὶ, pro ideo; et ἐστίν pro fut. *Ideo, inquit, qui me misit, plane res meas promouebit.* Hoc enim significat Hebraeus *cum aliquo esse.*

30. ἐπίστευσαν) Crediderunt a Deo missum, sed fide infirma.

31. Μένειν ἐν τῷ λόγῳ aut ἐν διδαχῇ Christi, ut dicitur in 2da epist. u. 9. est *retinere doctrinam, obseruare praecepta*, cui opponitur παραβαίνειν.

32. καὶ γνῶσαθε τὴν ἀλήθειαν) Experiendo discetis, qualis sit ueritas. Cf. supra c. VI, 69. καὶ ἡ ἀλήθεια ἐλευθερώσει ὑμᾶς) Profectus ille in cognitione uerae doctrinae uos liberos reddet a dominio uitiorum; idque tum praeceptorum puritate, tum promissorum praestantia. Cic. Paradox. V. ὅτι μόνος ὁ σοφὸς ἐλεύθερος, καὶ πᾶς ἄφρων δούλος, solum sapientem esse liberum, et omnem stultum seruum. *Arian. Epistet.* III, 24. 26. IV, 1. Iudaei hoc intelligebant de politica libertate, qua se carere minime putabant, ut ex sequentibus patet.

33. σπέρμα Ἀβραάμ ἐσμὲν — πῶποτε) Σπέρμα, ὕψι pro *sobole*, Hebraismus est, Gen. IV, 25. et alibi passim. Non sumus nati ex Cananaeis aliisque seruilibus populis, sed per legitimum tramitem et ingenua capita ab Abrahamo usque descendimus; tum uero nemo nos in seruitutem bello redegit. Erant quidem Romanorum imperio subiecti Iudaei, sed habebant suos reges e familia Herodis, et non tantum in rebus facris, sed politicis etiam libertate fruebantur. Quare negant se esse seruos, et promissionem libertatis indigne ferunt.

34. πᾶς ὁ ποιῶν — ἁμαρτίας) *Qui sceleste uiuit, is peccati est seruus*, nec pertinet ad Dei familiam, quia ab illo uitio, cui studet, tanquam captiuus fertur atque agitur.

Et

Et Graeci et Latini eum, qui cupiditatibus, luxuriae, libidini deditus sit, *seruum cupiditatum* appellant. Philo: ἄτι πᾶσι δὲ σπῆδ. τοῦ ἐλευθέρου. De uita Mos. p. 648. C. Cicero Ver. c. 22. Ostendit his uerbis Iesus, se non politicam, sed internam moralem, libertatem a uitiorum seruitute promittere.

35. ὁ δὲ δῶλος ἢ μένει ἐν τῇ δικίᾳ εἰς τὸν αἰῶνα) **ⲙⲏⲛⲏ**, i. e. toto uitae suae tempore, et apud Horatium: *Seruiet aeternum, qui paruo nesciet uti.* Supple ad sententiam e commate 34. *Vos scelesti uiuistis; ergo serui estis peccati, et opus est uobis uindicatione in libertatem, quam ego praestare possum et uolo.* Estis non liberi, sed serui in familia Dei. Seruus autem non habet ius perpetuo manendi in familia; est ille in potestate Domini, qui ipsum, quandocunque libuerit, alteri uendere, aut domo sua expellere potest: ita et uos, quantumcunque profiteamini, uos unum Deum agnoscere atque colere, quia id seruiliter facitis, obseruatione imprimis cerimoniarum, neque filio Dei credere uultis, eiiciemini. Respexit Christus ad id, quod fieri solet in uita communi. Quemadmodum in uita communi seruus, ubi deliquit, expellitur domo; sic Deus uos, seruos scelerum et flagitiosos expellet domo sua; non tractabit uos ut liberos. ὁ υἱὸς μένει εἰς τὸν αἰῶνα) Filius, (quod ego,) perpetuo manet in familia; nam ut Iurisperiti loquuntur, est quasi dominus rerum paternarum; tractatur perpetuo ut filius. Supple: Is, ut Dominus, seruis etiam libertatem largiri potest.

36. ἔγὼ ἔν — ἔσσοθε) Si igitur ego, filius Dei uos in libertatem uindicauero, uera libertate fruemini. *Liberat nos Christus,* dum nos a uitiiis abstrahit, et efficit, ut sponte,

sine coactione et seruili metu uirtuti studeamus, Deumque colamus. Qui igitur hoc modo liberatus est per filium Dei, is uere liber est, et felicitate filiorum Dei fruitur. Rom. VIII, 2. 15. 17. 21.

37. οἶδα, ὅτι σπέρμα Αβραάμ εἶμι) Sensu illo uulgari, non illo καθ' ὑπόνοιαν, quo nati ex aliquo dicuntur, qui eius exemplo aut praeceptis animum informant. ἀλλὰ ζητεῖτε με ἀποκτεῖναι) Sed non estis Abrahamo similes ratione ingenii probi, et exercitii uirtutis uerae; uos adeo consilia agitis de me occidendo, qui tamen et ipse originem traho ex Abrahamo. εἰ χωρεῖ ἐν ὑμῖν) *Non habet in uobis locum*, ἕκ ἔχει χώραν ἐν ὑμῖν. Nonnus ita: εἰ γὰρ ἐμός ποτε μῦθος εἰς ὑμετέρην φρένα δύνει: quippe mea haud penetrat in uestram oratio mentem. Vel: *Doctrina mea non capit incrementa in uobis*, non habet prosperum successum; uarie impeditur. Nam χωρεῖν saepe esse *increfcere*, Kypkius ad h. l. docet.

38. ἐγὼ — ποιεῖτε) *Ego quae a Patre MEO didici, ea doceo: Vos autem, quae a patre VESTRO didicistis, ea facitis.* Ὁρᾶν, ut ἀκείνῃ h. l. ut saepe est *discere*. Doctrinam suam uere diuinam esse dicit; at Iudaeos factis suis ostendere, quem imitentur. Cf. infra u. 44.

39. εἰ τίνα τῶν Ἀβραάμ — ποιεῖτε) Si eum pro patre ac duce agnosceretis, opera faceretis ipsius operibus similia. Ab Abrahamo eos genus ducere, haud diffitetur, (comm. 37.) sed dignos eos esse tanto patre, id uero negat. Seneca epist. 44. Omnes hi maiores tui sunt, si te illis dignum gesseris. Schemoth R. XLIV. Si faciunt uolun-

uoluntatem meam, sunt filii mei; si non faciunt, non sunt filii mei S. D. Hof. II, 5.

40. Τὸτο Ἀβραάμ ἐκ ἐποίησεν) Τὸτο, i. e. tale quid. Abrahamus ueritatem diuino nomine sibi reuelatam, quamquam in speciem minus credibilem, admittit in animum. Vos autem alieni estis a ueritate.

41. ὑμεῖς — ὑμῶν) Vos factis imitamini patrem uestrum. Nondum clare dicit, quem patrem intelligat. ἡμεῖς — γεγεννήμεθα) Sensus est: Nos non sumus spurii Abrahami filii; non sumus nati ex scortatoribus, i. e. idololatriis quos scortatores, sensu tralatitio uocant Moses et Prophetæ. Quasi dicant: Si non de natiuitate corporis, sed animi agis, etiam sic nihil est, quod nobis obiicias. ἓνα πατέρα ἔχομεν, τὸν Θεόν) Vnum Deum colimus, eundem, quem coluit Abrahamus. Eundem Deum profitemur patrem nostrum, omnium rerum creatorem et conseruatorem. Ies. LXIII, 16. Hof. II, 4. Simili modo loquitur Philo, ut Wetstenius ostendit.

42. εἰ Θεὸς πατὴρ ὑμῶν ἦν) Si, ut profitemini, Deum tanquam patrem sincere coleretis. ἡγαπήσατε ἄν ἐμὲ) Diligeretis etiam me, studia mea, doctrinam meam. Aequum est, ut, qui aliquem amat, amet et eos, quorum opera ipse, maxime ad res eximias, utitur. ἐκ Θεοῦ ἐξῆλθον καὶ ἤκω) i. e. ἐξελθὼν ἤκω, a Deo missus adsum. Vox ἐξέρχεσθαι saepe apud Ioannem est hoc sensu, XVI, 27. 28. 30. XVII, 8.

43. διατί — τὸν ἐμὸν) Si Deum nostis, cur meam dialectum non agnoscitis? Δαλιὰ ut Matth. XXVI, 73. Qui

unius sunt familiae, eadem dialecto uti solent. Ita autem Iesus hic uocat suam docendi rationem plane diuinam. ὅτι — τὸν ἐμὸν) Causa haec est, quod tam prauo estis ingenio, *ut ne aures quidem mihi accommodare possitis*. Indicatur ratio eius, quod in interrogatione fuerat propositum. Non agnoscebant doctrinam Christi pro diuinitus reuelata, quia eo erant stupore, ea contumacia, ut non possent eam assensu suo comprobare.

44. Ὑμεῖς ἐκ τοῦ πατρὸς τοῦ διαβόλου ἐσεῖ) Vos aduersarii illius generis humani, diaboli peruerfitatem imitari soletis; *diabolicae indolis estis*. Oppositum u. 47. est ἐκ θεοῦ εἶναι καὶ τ. ἐπιθ. — Θέλετε ποιεῖν) ἐπιθυμίας, i. e. quod ei collibitum est; *θέλετε*, uultis toto animo, cupitis facere, et cum uoluptate et gaudio facitis. 1 Reg. XXII, 19-23. Act. XIII, 10. 2 Theff. II, 9. 10. 11. 12. ἐκεῖνος ἀνθρωποκτόνος ἦν ἀπ' ἀρχῆς) *Ille homicida fuit ab initio*, sc. rerum humanarum; quum nimirum homines primos dolo malo in peccatum illexit, unde mors erat secutura. Diabolum uocari ἀνθρωποκτόνον ob delictum primorum hominum, inde apparet, quoniam non reperitur aliud factum, ad quod ille concurrisset dicatur, et quoniam ipsi etiam Iudaei statuerunt, per diabolum a principio peccatum esse introductum. Sap. II, 24. Ἀνθρωποκτόνος uocatur diabolus, quoniam occasionem peccandi, et sic etiam moriendi praebuit. Sed uox ἀνθρωποκτόνος paullo laxius sumenda est, de eo *qui hominum perniciem quaerit*, non praecise de eo, qui causa et occasio est mortis physicae. Cf. 1 Io. III, 15. Notandum etiam est, alias externas errandi peccandique causas a Iesu non excludi. Duo Christus in Iudaeis maxime notat,

notat, caedis propositum, et ueritatis contemptum. Ex his duobus probat, eos referre ingenium diaboli. καὶ ἐν τῇ ἀληθείᾳ οὐκ ἔζηκεν) Afirmatio per negationem contrarii. Senfus est: deflexit a ueritate; male et fraudulenter egit. Gen. III, 4. 5. Ex quo patet, diabolum non ob caedem, quam Caino suaferit, sed propter seductionem protoplastorum homicidam nominari. Hos enim mendacio et fraude ad peccandum illexit. In historia Caini nihil tale legimus. ὅτι οὐκ ἔστιν ἀλήθεια ἐν αὐτῷ) Quia non est in ipso studium ueritatis. Similis Phrasis I Macc. VII, 18. ἐκ τῶν ἰδίων λαλεῖ) Loquitur pro ingenio suo. ἰδία h. l. idem ualet quod ἰδίωμα, naturalis indoles, ut e. c. arborum et agrorum ἰδίωμα dicitur. ψεύσεως ἐστὶ) In more habet fallere. καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ) et auctor eius, sc. mendacii, non mendacis diaboli, ut iam olim quidam inepte intellexerunt, quasi sensus esset: Diabolus non minus, quam Diaboli pater, est auctor omnis prauitatis.

45. ἐγὼ δὲ — μοι) Est Hebraismus, pro: Mihi uero non creditis, quia uerum uobis eloquor. Adeo alieno et auerso animo a ueritate estis; cuius uitii quem patrem habeatis, iam indicaui.

46. τίς ἐξ ὑμῶν — ἁμαρτ.) *Quis uestrum erroris me conuincere potest?* Per ἁμαρτίαν error h. l. est intelligendus, s. fraus et impostura in docendo; nam τῇ ἁμαρτίᾳ statim opponitur ἡ ἀλήθεια, ut u. 45. ἀλήθειαν λέγειν τῷ λαλεῖν ψεύδος u. 44. Tantum abesse dicit Christus, ut mendacii redargui possit, ut sibi ne leuissimum quidem errorem iure possint exprobrare; tanto magis igitur fide dignam esse doctrinam suam. Sic etiam Profani, e. g. Plutarch. placit.

philos. Lib. I, c. 3. ἀμαρτάνει ἐν ὁ θαλῆς, *errat igitur Thales*, quum aquam elementum et principium esse dicit.

47. ὁ ὦν ἐκ τῆ θεῆ) *Qui ingenio Deum refert*, Deum imitatur, eique similis esse uult. Opponitur enim hoc illi: esse ex Diabolo. τὰ ῥήματα τῆ θεῆ ἀκούει) *Libenter audit mandata Dei*, iisque obsequitur; nam ἀκούειν saepe est *obedire*.

48. ὅτι Σαμαρείτης εἶ σὺ) *Samaritam te esse*; intellige, non gente, sed sensu, quia pegas, ueritatem religionis esse penes Iudaeos. Tam blasphema sentis et loqueris, ut solent illi Samaritani. δαίμονιον ἔχεις) *δαίμονες*, ut iam aliquoties habuimus. *Infanis*. Nostri dicunt: Diabolus talia ex te loquitur.

49. ἐγὼ δαίμ. — πατ. μὲ) *Quae dixi, non prae infania dixi, sed diuino spiritu ad Dei honorem*. Τιμῶ τῶν πατέρα μὲ, *patris mei honori studeo*. Hoc opponit conuitio: Σαμαρείτης εἶ σὺ. *Se non loqui blasphema respondet*. καὶ ὑμῶς ἀτιμάζετε με) *Et tamen uos me conuitiis petitis*.

50. ἐγὼ δὲ ἢ ζητῶ τὴν δόξαν μὲ) *Sed* (quanquam uos me conuitiis petitis) *honorem meum iam uindicare nolo*. Non doceo ista, quae uobis propono, cupiditate humanae gloriae, quod et ex uerbis et ex factis meis facile collectu est. ἔστιν ὁ ζητῶν καὶ κρῖνον) *Est qui me honore afficere uelit, Deus, qui uindicaturus est has contumelias, quibus me afficitis*.

51. ἐάν τις — τηρήσῃ) *Si quis doctrinae meae constanter morem gesserit*. Hoc enim est τηρῆν τὸν λόγον τῆ χριστοῦ. Cf. infra u. 55. θάνατον — κίωνα) *Nunquam morietur*.

Ita Iudaei intellexerunt phrasin, u. 52. 53. nec Iesus correxit hanc eorum interpretationem, quam etiam postulat usus hebraeograecus. Pl. XV, 5. ἡ σαλευθήσεται εἰς τὸν αἰῶνα, nunquam commouebitur. Τὸν θάνατον θεωρεῖν est miseriam experiri, infelicem et miserum esse. Cf. Ioan. X, 28. VI, 50. Promittit igitur Christus suis uitam beatissimam, statim post mortem corporis futuram. Iudaei ita interpretabantur (u. 52.) quasi a morte corporis immunes futuros esse suos dixisset. Alii: *non morietur in perpetuum*; quia nempe resuscitaturus sum eum.

52. δαιμόνιον ἔχεις) Plane insanus, quum talia polliceris. Αβραὰμ ἀπέθανε καὶ οἱ προφῆται) Qui sermonem non hominis, sed Dei obseruarunt, mortui tamen sunt. Omnia enim intelligunt crasse et κατὰ πόδας, odio fascinati. καὶ σὺ λέγεις) Tu neutiquam illis comparandus haec audes dicere. εἰάν τις τὸν λόγον μου τηρήσῃ) Emphasis est uoce μου: nam supponunt, a Mose et prophetis religiose seruata mandata Dei.

54. εἰάν ἐγὼ — εἰδὲν εἶπεν) Si ipse mihi tribuerem dignitatem, (si gloriarer me esse maiorem Abrahamo ex uana gloriae cupiditate,) uana esset haec gloriatio. εἶπεν ὁ πατήρ μου ὁ δοξάζων μου) Is, qui mihi tribuit hanc dignitatem, est pater meus, cuius auctoritate haec talia facio et loquor. ὅν — ὑμῶν εἶπεν) Pro θεὸν ὑμῶν εἶναι, cuius constructionis exempla ex Profanis attulerunt *Raphelius* et *Kypke*.

55. ἕκ ἐγνώκατε αὐτὸν) Sc. recte, uere. Non intelligitis, qualem cultum praecipue desideret, et quae praemia promittat. Vid. c. I, 18. εἶδα αὐτὸν) Penitus pernoui.

56. ἡγαλλιάσατο, ἵνα ἴδῃ τὴν ἡμέραν τὴν ἐμὴν) *Magnò gaudio exspectauit hoc meum tempus*, i. e. aduentum meum in hunc mundum. Ἡ ἡμέρα ἡ ἐμὴ, tempus a Deo his rebus a me gerendis destinatum. Exspectauit Abrahamus aduentum Messiae et in his terris uiuens, et post mortem corporis in coelo. Iudaei, Abrahamum mortuum esse, dixerant, u. 53. Sed uiuere eum adhuc affirmat Christus. Pergit enim: καὶ εἶδε, καὶ ἐχάρη, et *gausis est, quum uideret*, uidit cum gaudio hoc meum tempus. Vbi autem uidit? In coelo, ubi post mortem corporis uiuit. Cf. Luc. XX, 38. Alii post εἶδε, suppleunt: *animo, spiritu*; mente et animo sibi repraesentauit. Hoc usui loquendi in omnibus linguis optime conuenit. Vid. etiam Hebr. XI, 13. Sed praeferenda esse uidetur illa interpretatio, quia clare distinguuntur *exspectatio*, (ἡγαλλιάσατο, ἵνα ἴδῃ τὴν ἡμ. τ. ἐ.) et rei exspectatae euentus, (καὶ εἶδε καὶ ἐχάρη.)

57. πενήκοντα ἔτη ἔπω ἔχεις) Quasi dicerent: certe nondum semifaecularis es. Nec refert, quod Christus multis inde aberat: agunt enim liberalius, quia hoc omne nihil ad eos annos, qui ab Abrahami aeuo numerabantur. καὶ Ἄβρααμ ἐώρακας) Solet fieri, ut qui nos uidet, eum et nos uideamus. Sensus est: Quomodo fieri potuit, ut tu et Abraham alter alterum conspiceretis? Sumunt omnia in sensu uulgari.

58. πρὶν Ἄβρααμ γενέσθαι) Antequam Abraham *esset*, i. e. ante Abrahamum natum. ἐγὼ εἶμι) *Ego eram*. Praesens pro imperfecto, ut saepe. Licet etiam uertere: *Ego sum*, ut Exod. III, 14. Manifeste Christus naturam suam diuinam indicare uidetur; non enim Abrahami certe tempo-

temporibus homo natus fuit. Vere autem dicuntur de persona Christi et diuinæ et humanæ naturæ propria. Alii interpretantur: Ego Messias credi et sperari solebam; fuerunt iam anteq̄ Abrahamum, qui me fatis nossent. Sed priorem explicationem praefero, nexu orationis hoc postulante. Continetur enim his uerbis responsio ad obiectionem Iudaeorum, u. 57. In obiectione erat: Aetas tua non patitur, ut potueris conuersari cum Abrahamo. Igitur in defensione seruandum est: Ego extiti multo antea quam ille fuit. Si porro Christus hoc tantum dicere uoluisset, se destipatione diuina ante Abraham fuisse, nihil dixisset nisi quod quilibet de se, dicere potest. Saepe autem dicitur in hoc Euangelio Filium Dei ante mundum conditum extitisse. Denique inde etiam apparet, Christum singulare quid dixisse, quia Iudaei ita exardescabant ira, ut arriperent lapides in eum coniciendos.

59. ἐκρύβη καὶ ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ ἱεροῦ) *Occulte seu clausiuit e templo*; nimirum per populi opportunitatem. διελθὼν διὰ μέσων αὐτῶν) Videtur hoc additum ex Luc. IV, 30. ut et quod sequitur καὶ παρῆγεν ἄνω ex initio capitis frequentis; nam et uetustissimi codices graeci non habent, et in Latinis deest.

CAP. IX.

1. Καὶ παράγων — γενεῆς) *Et in transitu* (quum e templo exiret in urbem,) uidit hominem inde a natiuitate coecum. Nempe coecus hic sedebat ad uiam, ut fieri solebat Matth. XX, 30. Ἐκ γενεῆς non frustra additur; nam id uitium constat humana ope esse insanabile.

2. τὸς ἤμαρτεν — γεννηθῆ) Ex traditione habebant, coecitatem et alia eiusmodi corporis uitia poenas esse peccatorum. Quaerunt ergo, an ipse coecus peccauerit, quia multi Iudaeorum credebant praeeexistentiam animarum, imo et μετενσωμάτωσιν, ut apparet ex *Philone*, *Iosepho* et *Talmudistis*. Adde, quod secundum Iudaeos malus affectus in homine praeualere incipit dum adhuc est in utero. Bere-
schith R. XXXIV.

3. ἔτε ἕτος ἤμαρτεν ἔτε οἱ γονεῖς αὐτοῦ) Haec accipienda sunt κατὰ τὸ ὑποκείμενον, i. e. accommodanda ad interrogationem discipulorum, qui de peccato quaesiverant, quo prae ceteris iste tantam calamitatem uideretur meritus esse; non quod peccati isti prorsus expertes fuerint, sed eius, quod causam dedisset illius miseriae. ἀλλ' ἵνα φανερωθῆ τὰ ἔργα τῷ Θεῷ ἐν αὐτῷ) Sed ut Deus in eo ostenderet quid facere possit. Ἔργα (pro Sing. ἔργον) τῷ Θεῷ h. l. non est negotium a Deo demandatum, sed aliquid quod Deus ipse facit et facere potest. Nec exprimitur consilium, quo Deus permisit, ut ille homo coecus nasceretur, sed effectus. Nolite quaerere, inquit Christus, an coecitas huius hominis sit poena peccati? Discite potius ex eo, quod iam fiet, quomodo Deus auxilio suo hunc et alios miseros exhilaret. Miseri homines non semper pro impiis sunt habendi.

4. ἐμὲ — ἡμέρα ἐς ἡμέραν) Oportet me agere, quae Deus agi uult, quamdiu opportunitas adest. Inter ea, quae Deus per Christum efficere uoluit, etiam hoc erat, ut aegroti sanarentur, et miseri exhilararentur. Per ἡμέραν opportunitas aliquid efficiendi significatur. Dies enim labori-

laboribus est destinatus. Forte iam inclinabatur dies et nox paullo post instabat; hinc desumit Iesus occasionem huius sententiae dicendae. ἔρχεται νύξ) Transibit illa oportunitas; postquam nox quasi inciderit, locus non superest rebus peragendis. Obicure significat Iesus, se non diu inter homines esse uersaturum, uoce sua docturum, et per se effecturum miracula.

5. ὅταν — κόσμῳ) *Quamdiu inter homines adhuc ago, solis instar me esse oportet*, i. e. beneficium. τὸ φῶς τῷ κόσμῳ est sol, omnia collustrans et calefaciens. Huius Christi se comparat. Supplendum: Itaque et nunc id agam, quod me agere decet, licet uos putetis, *Sabbati* religionem obstare.

6. ταῦτα — τῷ τυφλῷ) Cur Christus hoc fecerit, non potest certo definiri, tacente Euangelista. Fortassis uoluit ostendere, quam exiguis ad efficiendum uti posset rebus. Fortassis etiam fecit hoc ideo, quia praeuidebat, inimicos eum reprehensuros esse ob leuiculam hanc occupationem, quae ne digna quidem erat hoc nomine. Hoc ipso autem demonstrabant permagnam iniquitatem erga Christum. Sic apparebat malitia aduersariorum, uituperantium quod non uituperandum, sed laudandum potius erat.

7. ἵσται εἰς τὴν κολυμβήθραν τῷ Σιλωάμ) εἰς pro ἐν. Σιλωάμ uero (a rad. נושא, *misit*,) fuit nomen piscinae Hierosolymis ad portam probaticam. Vide Lightfooti disquisitionem chorographicam Ioanni praemissam c. V. et Cent. chorograph. Matthaeo praemissam c. 25. ἀπεκαλύμνος) *Siloam* dictum uolunt Hebraei hunc fontem, quod inde aqua emitteretur.

teretur. Ista enim aqua *mittebatur*, i. e. ducebatur in urbis varias partes, inde nomen erat *aquaeduſui*. Cur autem Christus coecum non statim sanavit, sed ad piscinam Siloam misit? Non male Chryſoſtomus: ἵνα μάθῃς τῆ τυφλῆ τὴν πίστιν καὶ ἵνα ἐπισκομισθῇ τῶν Ἰουδαίων ἡ ἀγνωμοσύνη. εἰκὸς γὰρ ἦν ἅπαντας ἰδρᾶν αὐτὸν ἀπίοντα, τὸν πηλὸν ἔχοντα ἐπὶ τῆς ὀφθαλμῶς κεραιμένον κ. τ. λ. Erant igitur quamplurimi factae sanationis testes.

8. τυφλὸς ἦν) al. leg. *προσαίτης ἦν*. Saepe uisus erat, quia in publico misericordiam omnium implorabat.

9. ὅμοιος αὐτῷ ἔστιν) Qui hoc dicebant, hoc solo abstinabantur, ne eundem crederent, quod non cogitarent fieri posse, ut coecus uisum acciperet.

11. καὶ νεφέμενος, ἀνέβλεψα) *Statim ut laui, accipi uisum*. Est autem catachresis: nam ἀναβλέπειν proprie eorum est, qui uidendi facultatem aliquando habuerunt; sed nec male *recipere* quis dicitur, quod communiter tributum humanae naturae ipsi abfuit.

13. πρὸς τοὺς Φαρισαίους) Grotius intelligit Synedrium, in quo plurimi erant Pharisaei. Alii aliquos Synedrii assessores, tanquam statores religionis; nam Sabbato hoc fecerat Iesus, u. 14.

15. πάλιν — ἀνέβλεψεν) Interrogabant eum accuratius, ut eo magis constaret de *criminis*, quod putabant, a Iesu perpetrati, magnitudine.

16. ἔστως — ἔτι τηρεῖ) Non est a Deo missus, quia solet in Sabbato operari. Iam enim aliquoties sanauerat. ἀνθρώ-

προς ἀμαρτωλός) Intellige ex uerbis antecedentibus, qui se falso a Deo missum praedicat. Tales enim excellenter peccatores uocantur. 2 Theff. II, 3.

17. ὅτι προφήτης ἐστίν) A Deo missus. Receptum erat inter ipsos, mandato prophetae solui posse Sabbatum.

19. ὑμεῖς λέγετε) Ipsa percunctatione ostendunt, quale responsum desiderant, nempe non fuisse reuera coecum, aut certe non natum talem, ut aut euerteretur aut minueretur laus sanationis.

21. ἡλικίαν ἔχει) *Adultus, maturus aetate est.* Sic apud *Philonem* de Leg. ad Cai. p. 1025. γυναῖκες αἰ ἐν ἡλικίᾳ et παρθένοι αὖ πρεσβύτερες distinguuntur.

22. τὰυτα — τὲς Ἰουδαίους) *Tāuta, haec, non plura.* Timidius ita loquuntur, nec quicquam adiiciunt in laudem Iesu Cf. comm. 23. συνετέθειντο) *in eo conuenerant; conspirarant* quasi. ἀποσυνάγωγος γίνηται) *Synagoga moueretur, i. e. excluderetur a synagogis et familiari conuictu, nempe per Niddui; nam Cherem, ἀνάθεμα, qui secundus est gradus, in Iesu sectatores decerni demum coepit post resurrectionem.*

24. ἐκ δευτέρου) Pressiori interrogatione aliquid sperabant se posse elicere, quod claritatem miraculi obscuraret. ἴδὲς δόξαν τῷ θεῷ) *Deum reuerere, ut tibi potius culpam et maculam inferas, et fatearis mendacium.* Fuit quasi sacra formula. Ios. VII, 19. 1 Sam. VI, 5. ἡμεῖς — ἀμαρτωλός ἐστίν) Quo magis eliciant aliquod testimonium in Iesum, aiunt, sibi iam aliunde constare, esse ipsum falsum iactatorem prophetici muneris.

26. τί ἐποίησέ σοι;) Ex ipso sanationis modo sperabant aliquid deprehensuros se, quo constaret, non fuisse ueram ac natiuam coecitatem.

27. καὶ ἔκ ἠκούσατε) Vulgata omittit negationem; sed codd. quos nouimus omnes, translationes etiam, habent. Retinenda igitur uidetur, sed cum interrogandi nota, ut melius cohaereat quod sequitur. *Annon satis audistis?* μή καὶ ὑμεῖς — γενέσθαι) Sunt uerba indignantis et subirati.

29. πῶθεν ἐςιν) Oppositio membri praecedentis ostendit πῶθεν hic significare missionem. Nescimus suopte impulsu, an daemonis instigatu doceat.

30. ἐν γὰρ τότῳ θαυμασθὲν ἐςιν) *At enim est, quod hoc miremur.* Nam illud θαυμασθὲν impersonale est; et ἐῖ pro ob.

31. οἶδαμεν — ἀμαρτωλῶν ὁ θεὸς ἔκ ἀκούει) i. e. Scimus, Deum minime id efficere, quod homines improbi effectum uellent. Est quidem hoc satis prouerbiale, ut uidere est Pf. LXVI, 18. Ies. I, 15. et alibi: sed et praecedentia et sequentia exigunt, ut intelligatur hoc de eo, qui falso se a Deo missum asseuerat; quem Deus non exaudit, ut diuina edat signa ad fidem faciendam suae missionis. Habuit nempe homo sanatus Iesum pro legato diuino, qui ad patranda miracula auxilium diuinum sibi expetere soleret. Et reuera Christus saepe Patrem rogauit, quum miraculum uellet patrare, ut Euangelica historia nos docet. ἀλλ' ἐάν τις θεοσεβῆσῃ ἢ) Est et hoc prouerbiale, ut uidere est Pf. XXXIV, 16. sed et hoc aptandum ad praesentem materiam, ut intelligatur Deus libenter concedere potestatem signo-

signorum his, qui pio animo Dei mandata exsequuntur, et ad hoc signis opus habent.

33. ἐδὲν) Sc. horum quae facit.

34. ἐν ἀμαρτίαις σὺ ἐγεννήθης ὅλος) ὅλος, i. e. totus, quantus es, scates peccatis. Sic et Profani loquuntur; et est locus in Schir R. I. 6. *Dum adhuc estis in utero matris uestrae, committitis idololatriam, quia mulier grauida intrat in idoleum etc.* ἐξέβαλον αὐτὸν ἔξω) Non dimiserunt, sed per apparitores e curia Synedrii ignominiose eiici iusserunt.

35. σὺ πίστευεις εἰς τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ) Fiduciam tuam collocas in Messiam, quod omnes Iudaei facere se profiterentur? Alii sine interrogatione: Is, cui tu credis, est filius Dei, Messias. Sed haec explicatio ob sequentia uix locum habet.

37. ἰώρακας αὐτὸν) Virtutem eius expertus es; nam is est, per quem uisum recuperasti. Vel: *uides eum* nunc; hoc ipso horae momento eum uidisti.

39. καὶ εἶπεν) Alio tempore hoc dixisse Iesus uidetur; nam Pharisei erant praesentes, u. 40. εἰς κρίμα ἐγὼ εἰς τὸν κόσμον τῦτον ἤλθον) Κρίμα h. l. est *iudicium, sententia.* εἰς κρίμα, *ad pronuntiandam sententiam, ad decernendum, qui sint boni, qui mali, qui sapientes, qui minus.* Pharisei enim putabant, se solos esse sapientes et bonos. In aduentu Christi contrarium apparuit. Non repugnat Io. III, 17. nam ibi κρίνειν alio sensu sumitur. οἱ μὴ βλέποντες) *Qui animi coecitate laborabant.* More suo alludit ad rem gestam. *Qui non uident, subintellige: et*

qui tales se esse sentiunt; qualis ille coecus fuerat, qui nullam sibi rerum diuinarum peritiam arrogabat. βλέπωσι) Cognitione donentur. οἱ βλέποντες) Qui se uidere putant solos, quales erant Pharisei, qui propterea arroganti titulo se Sapientes uocabant. Sapientes autem aliquando Οἴηθη appellatur, quasi uidentes et apertos dicas. τυφλοὶ γένωνται) i. e. appareant coeci, ignari rerum diuinarum, ut Pharisei, qui omni modo hoc agebant, ne uiderent, quod uidebant, coeco lucem datam.

40. μὴ καὶ ἡμεῖς τυφλοὶ ἴσμεν) Satis intelligebant, Christum de animi coecitate loqui; sed indignum et incredibile putant, se in numero eorum poni, qui animi coecitate laborarent.

41. εἰ τυφλοὶ ἦτε) Si uos pro coecis haberetis; si agnosceretis ignorantiam, qua tenemini, uel etiam: si effetis in numero uere inferiorum; si propter ingenii tarditatem non possietis perspicere id quod uerum est. ἔκ ἂν ἔχετε ἁμαρτίαν) *Nulla esset uestra culpa.* Ἐχθρὸν ἁμαρτίαν, reum esse culpae, ut infra c. XV, 24. XIX, 11. Sensus igitur est: *Si ignorantia uestra esset inuincibilis, nulla esset uestra culpa.* νῦν δὲ λέγετε, ὅτι βλέπομεν) ὅτι abundat more hebraeo, et λέγειν hic est cogitare. *Nunc autem existimatis uos sapere;* etiam postquam error uester uobis aperte monstratus est. ἢ ἔν ἁμαρτία ὑμῶν μένει) *Manet,* i. e. non aufertur, non condonatur; illa culpa uestra porro uos premet. Sic enim explicandum ob membrum superius hic oppositum.

CAP. X.

I. **A**μὴν, ἐμὴν λέγω ὑμῖν) Pergit Christus in reprehensione Iudaicorum doctorum. Hi enim eum pro falso doctore declarauerant, et excommunicauerant eos, qui eum pro uero Propheta et Messia agnoscebant. Iesus autem, imagine à pastore desumpta, se uerum Messiam, illos mercenarios et falsos doctores esse ostendit. Igitur parum commode hoc caput est diuisum ab eo quod praecedit. μὴ εἰσερχόμενος — προβάτων) Ἄυλη h. l. est *caula*, et improprie denotat rem sacram publicam, quemadmodum ἡ θύρα est legitimus ordo perueniendi ad eius administrationem, qui opponitur prauis artibus procerum sacrorum. Pontifices et Synedrium utebantur uariis artibus et adiumentis, ut propositum suum consequerentur. Alii pecuniis emebant a Romanis: alii fraudibus et coniuratione quasi perueniebant ad illud potestatis instar, quo aduersus populum abutebantur. κλέπτῃς εἰς καὶ ληστῆς) *Fur*, quia non per ostium intrat, sed aliunde scandit. Etiam urbes alia quam per portas ingredi hostile et abominandum habitum. *Fur* uenit, ut rapiat alienum; *latro*, ut occidat. Pharisei et primores populi non nisi sui commodi causa officio fangebantur. Facilior tamen et consilio Iesu aptior uidetur esse interpretatio haec: *Quisquis* (pro Propheta uel Messia se gerens) *non habet legitimam uocationem*, non missus est a Deo, *sed artibus et fraudibus utitur*, *ille est furi et latroni similis*, est Pseudo-Propheta et Pseudo-Messias, non spectans salutem populi, sed sua commoda. Non de quouis doctore uidetur esse sermo, sed de eo, qui pro Messia uel insigni Propheta haberi uult.

2. ὁ δὲ — προβάτων) i. e. *Qui autem legitimo modo, nempe a Deo missus accedit ad munus Prophetæ uel Messiaë, is uere pastor est; salutem populi spectat et curat, non sua commoda.* Vid. infra u. 11. Seipsum describit Iesus, qui sibi ingenuam auctoritatem ita comparabat, ut non admitteret istas improbas fraudes; nam diuina uirtute ac operibus instructus erat, hisque fidem faciebat, se a Deo missum esse.

3. τῶν ὁ θυρωρὸς ἀνοίγει) Veteribus ianitores serui fuerunt, uel ancillae quae ad intrantes et exeuntes attendere et quos uellent, admitterent; quos nollent, repellerent, saltem intromitti cupientes domino denunciarent. Nam ianuae domorum interdum noctuque fuerunt clausæ. Vid. *Pignorius de seruis* p. 443. 444. et *Popma de operis feruor.* p. 133. sqq. Sed in applicatione non attenditur; nam pertinet hoc ad descriptionem huius imaginis, et nihil opus est in parabolis particulas singulas habere, cui respondeant. Potest tamen hoc inesse: *Hic pro uero Propheta, uel pro Messia agnoscitur.* Deus eius conatibus fauet, et facit ut eius auctoritas agnoscat ab iis qui ueritati student. κατὰ τὰ πρόβατα τῆς φωνῆς αὐτῆ ἀκούει) Ἀκούειν h. l. non tam significat *audire*, quam *agnoscere*. Habent pastores uoces quasdam proprias ut οἶττα apud *Theocritum*, quibus affuescunt pecudes. *Oues* autem in affabulatione intellige homines eos, qui pio sunt animo, ac proinde dociles. Infra u. 16. Hi et ex maiestate uerborum et ex sanctitate dogmatis Christum agnoscunt. καλεῖ κατ' ὄνομα) *Vocare nomine* signum est perfectæ notitiæ Ies. XL, 26. et alibi. Quasi nominibus distinguit propriis, i. e. optime nouit oves suas omnes,

omnes, et omnibus diligenter prospicit. Nouit, quibus rebus indigeant, et quomodo salutem coetus sui procurare debeat. ἐξάγει αὐτὰ) *Educit in pascua.* Ne hoc quidem requirit specialem ἀναπόδοσιν, pertinet enim ad descriptionem curae pastoralis. Prospicit suorum saluti.

4. ἐκβάλλει) Quod iam dixerat ἐξάγειν, nunc dicit ἐκβάλλειν. Ἐμπροσθεν αὐτῶν πορεύεται,) Ex more illarum regionum, qui et hodie uiget. In aliis quibusdam terris pastores non ducunt oves, sed eas sequuntur. Hoc uult Christus: Talis Pastor, doct̄or et Propheta non tantum tradit ueras ac salutare doctrinas, sed etiam exemplo suo praeit iis, qui eius auctoritatem agnoscunt; hi autem exemplum eius imitantur, quia sciunt eum nonnisi uera ac salutaria docere, et exemplum eius dignum esse imitatione.

5. ἀλλοτρίω — Φωνῆν) *Falso Prophetae non praebent aures, sed aduersantur eum; nam non probant alienorum uocem.* Ἀλλότριος, qui non est uere pastor, Pseudopropheta.

6. παροιμίαν) Non est prouerbum proprie, sed similitudo aut parabola, quae Hebraeis **מָשָׁל** dicitur, et in genere omnem sermonem figuratum significat. Distinguunt Graeci παροιμίαν et παραβολήν, sed Hellenistae pro eodem usurpant. ἐκεῖνοι — αὐτοῖς) *Illi autem non intellexerunt huius sermonis sensum.* Non perspexerunt Iesum locutum esse de Pseudoprophetais, et declarasse se esse uerum Messiam.

7. εἶπεν — Ἰησοῦς) Vt attentionem eorum excitaret. ὅτι — προβάτων) *Ego sum ianua per quam oves intrant.*

sc. in ouile. *Ouile* est coetus Messiae, ecclesia. *Oues* membra singula huius coetus. Ianuam dum se uocat Christus, significat, se esse eum, per quem homines potiri possint ea felicitate, quae Dei subditis et cultoribus promissa sit. Cf. u. 9. cap. XIV, 6. Sic intelligi posse haec uerba, nemo facile dubitauerit. Quoniam uero Iesus non populi, sed Pharisaeorum causa hunc locum tractauit, sensus potius esse uidetur hic: *Ego omnibus tutum praesto aditum in ouile*, i. e. coetum meum, ut sint doctores et pastores.

8. πάντες — λησαί) *Quotquot ante me uenerunt*, nempe arrogantes sibi nomen ac dignitatem Messiae, *ii furibus et latronibus similes fuerunt*, falsi Prophetae et seductores. Putat *Moldenbaverus* ante Iesum Christum non fuisse, qui hanc dignitatem sibi arrogauerint, et refert haec uerba ad Pharisaeos et legisperitos Iudaeorum. Sed *Theudas* et *Iudas Galilaeus* omnino ante Christum prodierunt, et turbas excitarunt. Act. V, 36. 37. Furibus et latronibus similes fuerunt. Non spectarunt atque curarunt salutem populi, sed sua commoda. ἄλλ' ἔκ — πρόβατα) *Sed populus eorum doctrinam et consilia respuit.*

9. δι' ἐμῶ — εἰσελάθη) *Si quis meus auspiciis, mea doctrina imbutus accesserit ad munus docendi et regendi populum.* σοιθήσεται) *Omnia ei felicissime contingent.* Fruetur populi amore et obsequio. καὶ εἰσελεύσεται, καὶ ἐξελεύσεται, καὶ νομὴν εὐρήσει) i. e. καὶ εἰσπρῆχόμενος καὶ ἐξερῆχόμενος νομὴν εὐρήσει, *quocumque contineauerit, inueniet pabulum.* Erit pastu et cultu opimus, ut de ouibus loquens A. Gellius dixit. Apte autem personam pastoris induens, ista Christus promittit. *Pabulum inuenire* in applicatione similitudinis

dinis est *bonis frui*. Qualia autem et quanta sint bona illa, quae Christus suis promittit, id satis notum est. Quum autem de doctoribus sit sermo, sensus esse uidetur: *In fungendo munere omnia ei prospere succedent*, ita ut ouibus suis nunquam desit pastus. Semper ei in promptu erunt, quae dicat ad instruendum, hortandum, consolandum populum.

10 ἵνα ζωὴν ἔχωσι καὶ περισσὴν ἔχωσιν) Vt uitam habeant, et abundant. Oues, quae bene habentur, non tantum habent quae necessaria sunt ad uitam sustentandam, sed et delicias, herbarum uarietate. Sic Christus suis uitam dabit aeternam, et cum ea omne genus felicitatis.

11. ἐγὼ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς) *Ego sum pastor ille bonus*, dominus ouium, non mercenarius, uerus ille Messias. Ies. XL. Ezech. XXXIV. uel simpliciter: *Ego sum similis pastori*, ut non sit emphasis in duplicato articulo. Nam desumpta sunt haec e uita communi. Pastoris imagine designatur doctor et rex; quandoquidem regum et pastorum finitimum munus; unde Homerus reges ποιμένας λαῶν appellat, et apud Xenophontem illorum passim fit comparatio, ut demonstrauit Raphelius in Annotatt. Xenoph. quibus tamen addas Mem. III, 2. τὴν ψυχὴν αὐτῷ τίθεισιν) ψυχὴν τίθειναι significat hoc loco *periculis, quae mortem minitantur, se exponere; mortem non defugere*, siue reipsa mors sequatur, siue non, quod plenius Hebraei dicunt: uitam ponere in manu sua, ut Iud. XII, 3. et alibi. Sic *Plautus Captiuis* dixit: *Caput periculo ponere*.

12. ὁ μισθωτὸς) *Mercenarius*, commodi sui causa patiens. Tales erant Pharisei et primores populi. Θεωρεῖ

τὸν λύκον ἐρχόμενον, καὶ ἀφίησι τὰ πρόβατα, καὶ φύγει) Constructio ex Hebraismo. Sensus est: Si lupum uiderit irruentem, deserit oues, et fuga sibi consulit. Etiam si bona fide rebus tranquillis gregem procurat, tamen si uitae ingruat periculum, officio suo deest. ἀρκάζει) *rapit, lacerat*, quas potest. σκορπίζει) *dissipat*.

13. ὁ δὲ μισθωτὸς — προβάτων) Ploce. Mercenarius autem eam ipsam ob causam (in capitis periculo) fugit, *quid est mercenarius*; quia subducta iuxta sensum humanum ratione, fatius esse ducit perire gregem alienum, quam se uenire in capitis discrimen. Cogitat enim, quid tum, si pereant oues? Mihi nihil perit. Merces in tuto est, et si quid perit mercedis, hoc perire malo, quam pro pecudibus alienis decertare cum lupo,

14. γινώσκω τὰ ἐμὰ) (sc. πρόβατα. *Agnosco oues meas*; i. e. agnosco pro meis. Infra XIII, 18. 2 Tim. II, 19. Alii uertunt: amo *oues meas*, ex Hebraico יָדַע, quod non solum denotat cognitionem nudam theoreticam, sed et simul practicam, et quae cum amore uel beneficentia est coniuncta, de qua tamen significatione alii dubitant. Loca certe I Cor. VIII, 3. Gal. IV, 9. huc non pertinent. Sensus non ualde differunt hae interpretationes; nam agnoscimus pro nostro, quem impense amamus. καὶ γινώσκονται ὑπὸ τῶν ἐμῶν) Vicissim me agnoscunt pro doctore et domino suo. Ergo sensus est: Inter me et gregem est mutuus amor, mutua amicitia.

15. καθὼς — τὸν πατέρα) Sicut inter me et patrem est mutuus amor. καὶ τὴν ψυχὴν μου τίθειμι) καὶ, *et ideo*. Itaque uel uitae periculum libenter subibo.

16. ἄλλα πρόβατα ἔχω, ἃ ἔκ ἕσιν ἐκ τῆς ἀουλῆς ταύτης) Ethnicos intelligit, quos per Apostolos et alios fideles doctores ad beneficiorum regni sui communionem erat perducturus. Haec tenus nempe septum diuiserat Iudaeos a gentibus ceteris; Christus uero perrupit istud septum, ut sic in unum gregem homines omnes coire possent. ἀγαγεῖν) i. e. προσαγαγεῖν, ut temnere, pro contemnere. τῆς φωνῆς με ἀκούσασι) Praeceptis meis obsequentur. μία ποίμνη, εἰς ποιμήν) *Grex unus, pastor unus.* Quod est indicium unius ecclesiae in toto orbe terrarum, e Iudaeis et Paganis mixtae, quae caput habet unum et solum Christum, custodem pastoremque unicum.

17. ὁ πατήρ με ἀγαπᾷ) Pater amat me, et amanter hoc mihi iniungit. Ergo Christus, quum moreretur, patrem non habuit *iratum.* Recte Bengelius: Amor patris non modo erga nos, sed etiam erga Christum, in passione Christi spectandus est, non solum seueritas ultrix. ἵνα πάλιν λάβω αὐτήν) *Ita tamen, ut eam rursus accepturus sim.*

18. ἔδειξ ἄρει αὐτήν ἀτ' ἐμῷ) Nemo posset auferre a me inuito; scio et consentio ipse. ἀτ' ἐμαυτῷ) *Mea sponte.* Nam sua sponte Iesus hostibus capiendum se permisit. ἐξουσίαν — λαβεῖν αὐτήν) *Vt uitam sponte depono, ita eam sponte recupero.* Nemo, ne pater quidem me cogit, ut moriar pro grege. Sponte in me suscepi ut uitam deponam. Sed idem ego etiam sponte mea in uitam redibo. ταύτην — πατρός μου) *Hoc a patre meo in mandatis accepi,* ut nempe morerer et resurgerem. Notandus est hic locus aduersus blasphemias eorum calumnias,

qui Deum iniuste egisse clamant, quod filium innocentem morti tradiderit. Quicquid Christus passus est et fecit, id omne sponte in se suscepit, ex amore erga Patrem et genus humanum. Pater, inquit Iesus, amat me, quia sponte haec facio et patior; et ego haec ita facio et patior, ut doceam me esse plenum amore erga patrem.

19. *σχίσμα*) *Diffidium*, (quid nimirum de Iesu sit statuendum.)

21. *ρήματα*) Sermones et opera, דבריים. Quanquam non satis intelligebant sermonem Christi, perspiciebant tamen, non esse uerba infanientis. δαιμόσιον, i. e. δαιμονιζόμενος. Recte dici poterat, daemonium agere, quae homo furens agebat; ut alibi etiam describitur daemonium *mutum, surdum*, pro homine ipso.

22. τὰ ἐγκαίνια) Festum in memoriam renouationis siue repurgationis templi per Maccabaeos. Hebraice חנוכה dicitur, et הרלקת נרות accensio lucernarum. SCHABB. Tradunt Rabbinii: *A die XXV. mensis Cisleu sunt VIII. dies encaeniorum, in quibus nec lugendum est, nec ieiunandum. Nam quum Graeci inuasissent templum, polluerunt uniuersum, quod in templo erat, oleum. At quum praeualuisset rex Asmonaeorum, atque eos deuicisset, quaesuerunt, sed non inuenerunt nisi unam olei phialam — Factum est miraculum. Nam accenderunt de ea in dies octo. Anno ergo sequente instituerunt dies festos. Iosephus etiam φῶτα uocat, Antiquitt. L. XII, 7. Hanc autem sacram memoriam iussisse dicitur Iudas, 1 Macc. IV, 59. Alia quoque Encaenia celebrabant Iudaei, sc. templi a Zorobabele reaedificati, et ab Herode reparati. Reland. Antiquitt. Hebr. IV,*

IV, 9. 6. χειμῶν ἤν) Alii hyemale tempus, ut distinguitur a uere et autumnō, intelligunt; atque Cisleu mensis, a cuius die XXV. porrigebatur ista solennitas, occupat magnam partem Decembris. Alii uero putant designari tempestatem inclementem. Videtur nempe reddi ratio, cur in porticu Iesus ista locutus fuerit.

23. ἐν τῇ σοᾶ τῆ Σολομῶντος) Porticus Salomonis erat circa extremitatem atrii orientem uersus, et inferuiebat, ut aduersus aëris inclementiam possent subintrare. *Iosephus* de B. I. Lib. V, 5. 1. hoc habet de ista porticu: Templum ipsum impositum fuit colli firmo. Initio autem uix in suprema planitie illius satis spatium fuit ad templum et aram; nam circum ubique locus præceps et decliuus erat. Quum uero rex Salomon, qui ipse etiam templum extruxit, partem ad ortum uergentem muro cinxisset, supra aggerem eum porticus collocata fuit. Plura loca de porticibus templi *Wetstenius* laudat, e. g. *Antiq.* VIII, 3. 9. IX, 11. 2. XX, 9. 7. De B. I. VI, 5. 2.

24. ὥς πότε τὴν ψυχὴν ἡμῶν ἄτρις;) *Quamdiu animos nostros suspensos tenes, siue, quod eodem recidit, quamdiu spem de Messia, saluteque per eum nobis paranda obscuris sermonibus dubiam reddis; siue quousque nos expectatione suspendis, ut loquitur *Plinius* Ep. II, 20. Ἄτρις nempe hic est μετέωρον ποιεῖν, *dubium suspensumque animi tenere quem.* Alii explicant per *ludificare, decipere, uerbis et oratione spem alicuius alere*, ut hebr. נִשְׁוֵן *Ierem.* XXII, 27. Pro hac sententia stat *Nonni* paraphrasis: *ἡμεῶν τοσούτους ὑποκλέπτεις φρένα μύθοις. Παρήγοια* aperte, uerbis non obscuris.*

25. εἶπον ὑμῖν) Sc. me esse Messiam, pastorem illum bonum, lumen hominum omnium. περι ἑμῆ) Me esse Messiam. τὰ ἔργα, de quibus Christus hic loquitur, uide per species suas enumerata Matth. XI, 5. Pompeius apud Sallustium Hist. II. ad Romanum Senatum: *Quid praelia enumerem — quando res plus ualent quam uerba?*

26. ἢ τις ἐστε) Sc. me esse Messiam. ἢ γὰρ ἐστὶ ἐκ τῶν προβάτων τῶν ἑμῶν) *Quia non estis e numero eorum, qui me, sicut oues pastorem, audiunt.* Quare codices nonnulli habent ὅτι ἕκ, pro ἢ γὰρ, consentientibus Versionibus et Patribus non paucis. Significat certe γὰρ h. l. *quia*. Sensus est: Non creditis mihi, et eo ipso ostenditis, uos non esse e numero meorum. Cuius rei non sum ego causa, sed uester animus infincerus, minimeque simplex.

27. τὰ πρόβατα τὰ ἑμὰ τῆς φωνῆς μου ἀκούει) Qui ad gregem meum pertinent, meam quasi uocem agnoscunt, uerbisque meis obsequuntur. ἀκολουθεῖσί μοι) Me, pastorem suum praeuntem, sequuntur; et quidem semper; non interrumpunt istud obsequium, quod mihi semel addixerunt.

28. καὶ ἢ μὴ ἀπώλονται) *Non peribunt.* Medium. Vi-
tabunt exitium, quod imminet omnibus rebellantibus aduer-
sus Dei filium, licet uos soleatis gentes ceteras addicere
aeternis suppliciis. καὶ ἔχ' ἀρπάσει τις αὐτὰ ἐκ τῆς χει-
ρὸς μου) Futuro includitur Verbum auxiliare δύναται, *potest*.
χοῖρ, ut hebr. 7' *potestas, tutela.* *Nemo eas curae meae
potest subducere.* Possum procurare salutem eorum, qui in
me credunt, mihi obediunt; nec poterit quisquam im-
pedire, quo minus iis praestem eam quam ipsis promisi
feliciter

felicitatem. Eadem uis subest huic sententiae ac illis:
Mihi data est omnis potestas in coelo et in terra.

29. ὃς δέδωκέ μοι) Sc. αὐτὰ. *Qui mihi eas oues tradidit*, i. e. dare decreuit, tradet, uel: demandauit mihi hanc prouinciam, et misit me tanquam Saluatorem omnium hominum. μείζων πάντων ἐστὶ) *Potentior, superior est omnibus illis, qui salutis ouium mearum obsunt.* Itaque nec uos poteritis impedire id, quod ille hominum causa decreuit. καὶ ἕδεις — μὴ) *Itaque nulla potestas impediet Dei consilium, quod per me exsequitur.*

30. ἐγὼ καὶ ὁ πατήρ ἓν ἐσμεν) *Unum*, non solum uoluntatis consensu, sed et unitate potentiae, adeoque naturae; nam omnipotentia est attributum naturale. Sic Iudaei intelligebant, comm. 33. Si enim putassent, Iesum haberi uelle tantum pro diuino homine, ac non pro filio Dei, qui tam uere sit Deus, quam filii hominum sunt homines, non dixissent: *Tu, quum homo sis, facis te ipsum Deum*, neque blasphemiae eum postulassent. Nec Christus hanc ipsorum interpretationem reprehendit; confirmat potius comm. 38. sed negat blasphemam esse hanc uocem.

31. ἐβάσαν) *Attulerunt lapides*, et quidem magnos, quibus ad hominis caedem opus erat; uel pro ἕραν, quod genus loquendi a linguae purioris usu non abhorret. Antigonus (apud Stobaeum) ad nescio quam mulierculam, de Diademate suo: *Si scires quot periculis, imo aerumnis expositum sit, ἕκ ἄν ἐπὶ κορυφῆς κείμενον αὐτὸ ἐβάσανας.*

32. πολλὰ καλὰ ἔργα ἔδειξα ὑμῖν ἐκ τοῦ πατρὸς μου) *Multa beneficia in uos contuli ex benignitate patris mei.* Καλὰ ἔργα sunt h. l. Christi miracula, quae omnia erant benefica, ad quae saepius tanquam ad argumenta diuinæ suae legationis prouocat. Sunt tamen non tantum intelligenda miracula, sed etiam doctrina et institutio; nam haec etiam quammaxime erat benefica. Καλὰ ἔργα δεικνύειν, edere, aut facere pulcra facinora, ut Latini dicunt. *Demosth.* Olynth. II. ἔργον τι δεικνύεις; *Herodian.* II. 4. 10. ἐπιδείξαμένους — πολλὰ σώφρονα καὶ χρηστὰ ἔργα. διὰ τοῦτον αὐτῶν ἔργον) *Ob quale opus illorum operum.* Quodnam est illud opus, quod uos dignum arbitramini lapidatione? Si lapidatur beneficus, quid fiet sceleratis et maleficis?

33. περὶ) Idem est, quod paullo ante διὰ inusitatus. ἀνθρώπος ὢν, ποιεῖς σεαυτὸν θεόν) *Quum homo sis, facis te ipsum Deum,* subinde Patrem tuum Deum habens in ore, quasi nos omnes Dei filii non simus, tuque noua quadam ac peculiari ratione sis Dei filius, ut tibi cum Patre rerum omnium sit consortium; quod est diuinitatem quandam sibi arrogare. Iam uero, sic porro argumentantur, quum unus sit Deus, quisquis hominum diuinæ potestatis consortium sibi arrogat, erga Dei maiestatem iniurius est, ac rebellis. Ποιεῖς, i. e. *iaēbas te.* Supra V, 18.

34. ἐν τῷ νόμῳ) Latius, ut saepe, nomen νόμος, pro libris sacris Iudaeorum hebraicis hic sumitur; extat enim locus Ps. LXXXII, 6. ubi indices iniusti et magistratus uocantur 𐤇𐤍𐤁𐤀, et filii altissimi. Vocantur autem magistratus *Dii*, quia imaginem diuinæ maiestatis in his terris gerunt, quod praecipue locum habebat in uetere republica theocra-

theocratica, in qua initio Deus ipse fuit Rex; sed et sub Regibus ipse sibi seruauit summum imperium. Cf. etiam Exod. IV, 16. *ἐγώ*) Ego, Deus, nam ex *ἔκτα* primae personae infertur illud: *ad quos Dei sermo factus est.* Comm. seq.

35. *πρὸς ὃς ὁ λόγος τῷ Θεῷ ἐγένετο*) Quibus Deus isto tempore demandauerat aliquam prouinciam, suo nomine inter Iudaeos gerendam; quibus potestas et *ἐξουσία* praecipua inest. Angeli etiam dicuntur *Elohim*, quia partem diuinæ potestatis in res alias exserunt. Alii *πρὸς* interpretantur *contra*; ut sit sensus: *aduersus quos dirigebatur Prophetæ, nomine Dei loquentis, sermo.* Nam ea, quæ aduersus aliquem dicuntur *πρὸς τινα* dici, Graecosque ita loqui, ignorare nemo potest, qui orationes *πρὸς Ἀρμόδιον, πρὸς τὸν δαίνα, ἢ τὸν δαίνα* dici sciunt, quæ aduersus aliquem habentur. *καὶ ἢ — ἢ γραφῆ*) *Et non potest irrita reddi scriptura, s. necesse est, scripturae suam constare ueritatem.* *Δύεταε* quod falsum deprehenditur.

36. *ὃν ὁ πατὴρ ἡγίασε — ἐγώ*) *μετάθεσις ἀνακλήθης*, ut sit sensus: *Me ne dicetis blasphemare, quia filium Dei me esse perhibui? me — quem Deus ipse ad obeundum munus consecratum in hunc mundum ablegauit?* Est autem *ὃν* pro *ἐκείνου ὃν*. Pater Christum *ἡγίασε*, i. e. consecrauit, destinauit muneri suo. Nam in genere *ἀγιάζειν*, sicut hebr. *שׁוּב* denotat: *Aliquid in eximium usum secernere, a communi et profano usu secernere.* Argumentatur Christus a minori ad maius: Si magistratus, quibus Deus demandauit aliquam prouinciam, suo nomine gerendam, *Dii* uocati sunt, non ferendum uidetur, si ego, Messias, omnium Regum maximus, omnibus

omnibus magistratibus superior, cui omnis potestas in coelis et in terris tradita est, me dixero filium Dei et Deum ?

37. εἰ ἢ ποιῶ τὰ ἔργα τοῦ πατρὸς μου) Si non facio ea ipsa diuina opera, quae pater meus facit; si quae facio, non habent diuinae uirtutis specimen. μὴ πιστεύετε μοι) *No- lite credere mihi*, dicenti, me esse filium Dei, mihi que cum illo per omnia conuenire.

38. εἰ δὲ ποιῶ) Sc. τὰ ἔργα τοῦ πατρὸς μου. καὶ ἐμοὶ μὴ πιστεύετε) Etiam si uerbis meis credere non uultis. ὅτι ἐν ἐμοὶ ὁ πατήρ, καὶ γὰρ ἐν αὐτῷ) *Patrem et me esse coniunctif- simos*; a Patre demandatam esse mihi hanc meam pro- uinciam, et me ipsius auctoritate haec talia agere atque perficere. Apologiae huius summa aduersus inuidiosam cri- minationem Iudaeorum haec est: Se minime dixisse, se esse summum illum Deum, sed tantum *Dei filium*, u. 36. Deinde non esse cur succenserent, etsi Deitatem aliquam sibi uideretur arrogare; nam magistratus et lega- tos Dei in ipsis Iudaeorum sacris libris nominari Deos, u. 34. Denique explicat u. 37. 38. quo sensu dixisset se unum esse cum Patre; nimirum quod uere diuina opera patraret, per omnia cum Patre consentiret, et uerba eius traderet.

39. ἐλάττω — κίσσαι) *Prehendere eum studebant*, ut nempe captum Synedrio traderent, aliud aliquod crimen reperturo.

40. εἰς τὸν τόπον — — βαπτίζων) *Vt populo reuocaret in memoriam testimonium Ioannis ibidem perhibitum.*

41. πάντα — ἀληθῆ ἦν) Res ipsa declarat, uerum fuisse testimonium illius, quum plura praestet Iesus, quam ille de eo fit pollicitus.

42. ἐπίστευσαν πολλοὶ ἐκεῖ εἰς αὐτὸν) Multi ibi crediderunt eum esse Messiam; partim ob testimonium Ioannis; partim ob sermones sapientiae plenos; partim ob facta diuinam uirtutem testantia.

CAP. XI.

1. Λάζαρος) Alias Eleazar. Fabulosa sunt, quae a Veteribus de eo narrantur; e. c. factum esse postea episcopum in insula Cypro, aut, quod alii uolunt, Massiliensium. ἐκ τῆς κώμης Μαρίας) Aliqui suspicati sunt, fuisse istum uicam possessionem Marthae et Mariae. Sed uniuscuiusque is locus dici solet, qui ipsius patria est, uel ubi aliquis habet domicilium, ut recte accipi possit, fuisse familiam istam incolam Bethaniae.

2. ἡ ἀλείψασα) Sc. postea; c. XII, 3. Non uidetur fuisse peccatrix, de qua historia extat Luc. VII. Vid. *Deylingii* obseruatt. Part. III, 31.

3. ἀπέστειλαν ἕν αἱ ἀδελφαὶ πρὸς αὐτὸν, λέγουσαι) i. e. Miserunt qui dicerent, siue, qui nuntiarent uerbis ipsarum. Vt apud Herodotum κλειοῖ: πέμπουσα κήρυκα παρὰ κῦρου ἔλεγε πάδο: *Mittit praeconem (Tomyris) ad Cyrum, qui suis uerbis ista nuntiet.* ἀσθενεῖ) Consequens: ergo subueni, eleganter reticent.

4. ἀκούσας δὲ δ' Ἰησοῦς εἶπεν) Nuntiis sc. ut hoc responso loco referrent. Sic in dubio manebant istae sorores,

emicante tamen spe et fiducia. αὐτη — πρὸς θάνατον) Non, ut illae metuunt, frater lethaliter decumbens, ipsis morte eripietur in perpetuum. Lazarum moriturum non negat. Solet Iesus saepe eiusmodi responsa dare, quae attentionem excitent. ὑπὲρ τῆς δόξης τῆς Θεῆ) Vt Dei gloria illustretur. ἵνα δοξασθῇ ὁ υἱὸς τῆς Θεῆ δι' αὐτῆς) Per hunc morbum gloria filii illustrata est, quatenus statim multi eum agnouere filium Dei, comm. 45. ceterique Iudaei statuerunt eum occidere, comm. 46. sqq. sic intraturum in gloriam.

6. ὡν ἔν ἤκειθεν) Et si illa familiaritas uidebatur postulare, ut statim accepto nuntio iter susciperet ad Lazarum iuuandum; mansit tamen ibidem adhuc biduum, expectans copiosius argumentum edendi miraculi.

7. ἄγωμεν εἰς τὴν Ἰουδαίαν πάλιν) Ἄγειν, et ὑπάγειν, et προάγειν significant elliptice, ire, reuerti, procedere, i. e. mouere, reducere, promouere sese.

8. ὡν ἐζήτεον) Modo, paulo ante quaerebant, et nunc quaerunt. Vid. Κυρκε ad h. l.

9. ἐχθὲρ — ἡμέρας;) Duodecim sunt horae diei in Palaestina et in uicinis regionibus, quae non longe absunt ab aequatore. Sunt nempe dies et noctes in illis regionibus fere aequales. εἴαν τις — εἰ προκόπτει) Si quis interdum ambulat, non offendit. Vti debet quibus tempore diurno ad ambulandum, et ad peragenda sua negotia. ὅτι — βλέπει) Nam solem uidet. Ergo horae diei opportunae sunt ad agendum.

IO. εἰς — αὐτῶ) Tempus nocturnum non est opportunum ad ambulandum et agendum, quia, qui noctu ambulat, lumine solis non fruitur. Sensus allegoriae est: Sicut ineptum est, quod faciendum est non facere tum, quum id fieri potest, sed differre in tempus ubi non potest fieri: ita et ego essem ineptus, si nunc agere nollem, quum adhuc tempus sit agendi, et differrem negotia a me peragenda ad id tempus, ubi agere non poterō. Iam sum in uivis; ergo debeo agere; paullo post mihi erit moriendum. Cf. supra c. IX, 4. 5. Est autem tota haec sententia parabolica, et relinquitur collationis applicatio audienti aut legenti. Tale est: *Alba ligustra cadunt, uacinia nigra leguntur.* Et: *In pertusum ingerimus dicta dolium.* Sentium loci iam indicauimus. *Theophylactus* bifariam explicat, hoc modo: Qui bene agit, ei nihil mali solet accidere. Non est igitur cur metuatis; nam nihil morte dignum a nobis commissum est. Vel: Quemadmodum in luce aspiciens non offendit, ita ei qui mecum, (sum enim lux,) uersatur, non impendet casus aduersi periculum. Alii, (idem inquit,) *Diem* interpretantur tempus ante passionem Christi, et noctem tempus post passionem. Vos itaque, ait Iesus, non affligemini ante tempus passionis meae. Sed explicatio supra proposita uerior esse uidetur.

II. κοιμήται) *Dormit, i. e. mortuus est.* Nam Hebraeis usitatum fuit, mortem κατ' ἐυφημισμὸν somni molliore uocabulo indicare. Est autem soporis quies quasi imago mortis. Et *Horatius* somnum mortis appellat *perpetuum soporem*: alii Poetae etiam noctem uocant, ex quo illud: *Nox est omnibus una dormienda.* Hinc etiam cippi libitinarii

narii et sepulcreta κοιμητήρια uocantur, quasi mors nostra dormitio quaedam sit, e qua simus nouissimo die excitandi. Κοιμηθῆσαι autem, siue *dormire* uel *quiescere* Lazarum ait Christus, non quod non mortuum sciret, sed ut notum faceret, se eum tam facile a somno mortis propediem suscitaturum ac si tacto latere eius e somno eum ad uigilandum excitaret. Mirum, discipulos hoc non intellexisse, quum Hebraeis satis usitata esset Phrasis *dormire*, pro *mortem obire*.

12. σωθήσεται) *Seruabitur*, sc. ex morbo isto. Vtuntur experientia communi. Menander: ὕπνος δὲ πάσης ἐστὶν ὑγίεια νόσων.

13. περὶ τῆς κοιμήσεως τῆ ὕπνου) Dormitio נִכְנָשׁ dicitur, quae duplex est: alia dormitio somni, κοιμήσις τῆ ὕπνου, et alia dormitio mortis, τῆ θανάτου, quae est ipsa mors.

15. χαίρω δι ὑμῶν, ἵνα πιστεύσητε, ὅτι ἐκ ἡμῶν ἐκεῖ) *Gaudeo uestra causa, quod illic non affuerim, ut confirmetur fides uestra.* Per traiectionem posita sunt uerba, quorum ordo fuisset: χαίρω δι ὑμῶν ὅτι ἐκ ἡμῶν ἐκεῖ, ἵνα πιστεύσητε ὅτι ὁ πατὴρ με ἀπέστειλε. Huic affinis est Theophylacti sententia, qui ad illud: ὅτι ἐκ ἡμῶν ἐκεῖ, addit ἀπολογία: τότε γὰρ ἂν ἐθεράπευσα. Si affuisssem tunc, liberasssem nimirum illum morbo, restituendo sanitati, ne mortem obiret, atque ita non fuisset occasio data tanto miraculo.

16. δίδυμος) *Geminus, gemellus.* Sic nomen hebraicum דִּימוֹן graece exprimi aliqui interpretes putant. ἄγωμεν — μετ' αὐτῶ) In passione Cypriani: *Quum duceretur, populus*

pulus fratrum plangens et eiulans, dicebat. Et nos cum eo decollemur. Apud Virgilium est: *Si periturus abis, et nos rape in omnia tecum.* At non tali affectu Thomas ista dixisse uidetur. Vult forsân ille dicere: Quum suscipere periculosum iter uelit Iesus, (sciebant enim insidias ipsi fieri, ut patet ex comm. 8.) non est aequum a nobis eum deserere. Itaque proficiscamur et nos una cum ipso, atque adeo mortem oppetamus. Quae est oratio uiri fortis et sinceri amici. Alii quasi desperantis sententiam interpretantur, hoc sensu: Comitetur et nos eum, tanquam ad mortem haud dubiam proficiscentes. Ἀυτῶ refer non ad Lazarum, sed ad Christum.

19. πρὸς τὰς περὶ Μάρθαν καὶ Μαρίας) *Martham et Mariam* ex Graecismo exquisitiori. Sic *Aristoph. Vesp.* 1293. εἰ περὶ Φρίνεχον. *Longinus S. XII.* δι περὶ ἀμμώνιον. *Aelian.* V. H. I, 16. ἔφη πρὸς τὰς ἀμφὶ τὸν Κριτίαν καὶ Σιμίλαν. Alia permulta loca laudat *Wetstenius*. *Trillero et Wolfio* placebat haec uerba ita accipere, ut intelligerentur *feminae quae ad Martham et Mariam consolandi causa uenissent.* Sed sensus existeret frigidissimus uel plane nullus: *Iudaei in domum Marthae et Mariae uenerunt, ut consolarentur feminas, quae eo uenerant Martham ac Mariam consolaturae.* ἵνα παραμυθήσωνται αὐτὰς) De fratre nempe recens mortuo. Mos erat Iudaeis solari lugentes inter redeundum a sepulcro, et domum reducere die sepulturae. Solati sunt etiam reliquis diebus luctus. Loca ex Rabbiorum scriptis affert *Lightfontus*.

20. Μαρίας) Sine dubio quod nollet Iudaeos relinquere solos, uel quoniam nondum audierat Iesum uenire.

22. ἀλλὰ — ὁ Θεός) *Sed et nunc scio, Deum tibi esse daturum, quaecunque tu pro nobis, in commodum nostrum petieris.* Putant interpretes, Martham spem concepisse fore, ut Iesus e mortuis resuscitet fratrem, propter ea quae is discipulis (u. 4.) dixerat. Sed potest etiam sensus esse: Tu facile precibus ad Deum impetrare aliquid poteris, quod ad animos nostros tranquillandos pertineat. De resurrectione fratris sui non cogitasse Martham, uerisimile fit ex u. 24.

23. ἀναστήσεται) Ambigue loquitur Christus; non enim statim addit mentionem temporis, sed exercet fidem Marthae.

24. ὀίδα, ὅτι ἀναστήσεται) Vix sperare audet, et tamen optat, ut Christus fratrem excitet. Quasi dicat: *Tu forte tantum* loqueris de illa resurrectione, quae olim locum habebit, quum humanarum rerum erit finis. Huius resurrectionis obscuram notionem habuerunt Pharisei. Martha autem e Christi institutione certius aliquid de ea didicisse uidetur.

25. ἐγὼ εἰμι ἡ ἀνάστασις καὶ ἡ ζωὴ) *Auctor sum ego et fons resurrectionis et uitae; iam nunc resuscitare e morte, atque uitam reddere possum.* Similis Phrasis est Deut. XXX, 20. 1 Cor. I, 30. ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ) *Qui mihi fide et fiducia adhaeserit; me pro uero Messia agnouerit, et praeceptis meis fideliter constanterque obsecutus fuerit.* καὶ ἂν ἀποθάνῃ, ζήσεται) Etiam si corpore fuerit mortuus, tamen uiuet. Mors eius non erit mors, sed initium uere beatæ et exoptatissimæ uitæ. Ζήσεται, nempe κατὰ Θεὸν πνεύματι, ut 1 Petr. IV, 6. Est porro in uerbis Christi δξύμωρον, quale in

in Arriani illis IV, 1. de Socrate, ἀποθνήσκων σώζεται, et Ciceronis de amicis in Laelio suo: *Absentes adsunt* — et (quod dictu difficilius) *mortui uiuunt.*

26. καὶ) *Quapropter.* πᾶς. — εἰς ἐμὲ) *Quisquis uiuens* sc. hanc uitam corporis mihi confidet. εἰ μὴ ἀποθάνη εἰς τὸν αἰῶνα) *Nunquam morietur*, ut supra c. VIII, 51. Alii: *Non morietur in aeternum*, i. e. non in perpetuum in morte manebit. Semlerus interpretatur: Fieri posse, ut aliquis *nunquam*, (μὴ εἰς τὸν αἰῶνα) mortem experiatur; quemadmodum in illo: Poteritis dicere monti huic, uolo ut ex hac parte transeas in istam aliam.

27. ἐγὼ πεπίστευκα) *Credidi*, i. e. credo, siue, mihi est persuasum. Saepe autem utuntur Graeci uerbis praeteritis, indicantes praesens, significando praesertim animi motus et affectus. εἰ ἐρχόμενος) *Qui uenturus erat*, ut Matth. XI, 3.

28. λάθρα) Vel quia metuebat a Iudaeis, licet amici essent; uel, quia ignorabat, utrum Iesus uellet in conspectu omnium uersari. ὁ διδάσκαλος πάρεσι, καὶ φωνεῖ σε) Dicitur hoc κατὰ τὸ σιωπώμενον, ut intelligendum fit, uerbis Iesu accersitam tunc fuisse Mariam requirentis illam. Vt illud: Audiui Archyllis, iamdudum Lesbiam adduci iubes; cum iussum illud non commemoretur.

31. ἵνα κλαύσῃ ἐκεῖ) Sic ferebat consuetudo illorum temporum, et etiamnum hic mos obtinet in Oriente, ut refert Lüdcke, in expositione breui locorum Scripturae S. ad Orientem sese referentium. §. 83.

33. ἐνεβριμήσατο τῷ πνεύματι) *Commotus est misericordia,* uel potius: *Tristitia affectus est.* Nam uerbum ἐμβριμᾶσθαι, quod alias est *fremere*, grauiter et uultu irato increpare, interminari, h. l. in sensu molliore accipiendum est. *Xenoph. Paed. IV. ἐνταῦθα δὲ ἐβριμῆτο τε τῷ Κδρω, Vehementer indignatus fuit* (Cyaxares) *Cyro*, nimirum propter Medos equites abductos. Grauem igitur commotionem animi h. l. hoc uerbum indicat, ut intelligendum sit, fuisse tunc in Iesu admodum uehementes affectus. Ἐν πνεύματι, i. e. ἐν αὐτῷ. ἐτάραξεν αὐτὸν) Reciprocum pro Passiuo, ut 2 Pet. II, 8. ἐβασάνισεν. Vertendum est igitur: *Perturbatus est.* Sic *Theocritus* ταραττεσθαι de *perturbatione animi* usurpat, ut ostendit *Porschberger* in *Theocrito S. S.* illustrante p. 57. *Theophylactus* ad Hebr. XII, 11. δ' αὐτέμνος ταραττεται. Quum nimirum uideret Iesus flentes Mariam et amicos, et ipse tristitia affectus, animoque perturbatus fuit.

34. πῶς τεδείκασθε ζωτὸν) Quo animo Christus hoc dixerit, uarie solent interpretari. Quidam, eo consilio, ut ibi lacrymandi officio defungeretur; alii, et quidem rectius, sic iam aliquam spem adstantibus inditam fuisse, fore, ut aliquid inusitati Iesus efficiat.

35. ἰδάκρυσεν) Lacrymae et ipsi oboriebantur. Rom. XII, 15. 16. Quum Ioannes non refutet Iudaeos, qui istas lacrymas interpretabantur signum amoris in Lazarum, (u. 36.) non audiendi sunt *Heumannus*, et alii, qui negant, Iesum hac de caussa lacrymarum, sed tantum ex societate quadam eius doloris, quem sorores prae se ferebant. Occupatur illud, non excluditur.

38. σπήλαιον) Iudaea erat regio petrosa, inde etiam multae speluncae dabantur, et sepulcra ut plurimum in petris excidebantur. Vide Salmasium et Solinum c. 52. Io. Nicolai de luctu Graecorum c. 12. §. 2.

39. τεταρταῖος γάρ ἐστι) i. e. *quartus iam agitur dies ex quo mortuus est.* Ita Xenophon de mortuis quibusdam: ἡδὴ ἦσαν πεμπτηῖοι, et δωδεκαταῖος Theocrito Id. II, 4. qui duodecim dies abesset; et προκείμεθαι πεμπταῖον. Aristophani Auibis: iacuisse quinque dies insepultum. Plura habet Wetstenius.

40. ἢν εἶπὸν σοι) Comm. sc. 25. Forsan etiam tale aliquid tum addidit Iesus, ea figura sermonis utente auctore, quam Graeci uocant κατὰ τὸ σιωπώμενον. τὴν δόξαν τῆ θείᾳ) Documentum illustre potentiae diuinae; nam δόξα κυρίου ex Hebraismo notat opera diuina, et omnia signa diuini numinis.

41. ἧ ἦν ὁ τεθνηκὸς κείμενος) Ellipsis, pro: τῆ μνημεῖε ἧ ἦν ὁ τ. κ. Abest haec sententia a *codicibus quatuor*, a translatione latina, syra, aeth. copta, arm. arab. pers. *Variat* in tribus codicibus, ὅτι ἔκειτο, in duobus aliis ἧ ἦν. Itaque certum est, olim abfuisse, atque ferius additum esse. εὐχαριστῶ σοι) Iesus de euentu certissimus ad miraculum accedit longe maximum.

43. δεῦρο ἕξω) *Huc foras.* Ellipsis. Deest enim *adesto*, uel *prodito*.

44. ἐξῆλθεν) i. e. Surgebat, stabat, et *exire uelle* uidebatur. κειρίαε) *Fasciis.* Glossar. κειρίαε, *infinitae.* Etymol. κειρία σημαίνει τὰ σχοινία τὰ ἐντάφια, ἢ κειρία σημαίνει

τὸ σχοινίον τὸ δεσμεῖον τῆν κλίην. Vñ sunt hoc nomine *Aristophanes* Aulibus 817. et *Artemidorus* l. 14. Et hodie mos uiget in Oriente, ut mortui rarius uestibus suis induti, sed potius linteis inuoluti, aut in iis infuti, efferantur, teste *Lüdeke* in expositione breui etc. §. 83. *σδαρίω*) *Σδαρίον*, uocabulum latinum a Iudæis receptum, quod scribere solent *רוד*, denotat linteolum, ad sudorem uultus abstergendum; deinde etiam linteolum quod mortuis circumuoluebatur. *Nicolai* de uictu graecorum c. 3. §. 6.

46. *τινὲς δὲ ἐξ αὐτῶν*) Sc. *Ἰουδαίων*. Erant ex eorum hominum genere, qui ne conspecta quidem mortuorum resurrectione resipiscere solebant. *Luc*, XVI, 31.

47. *συνήγαγου — συνέδριον*) *δὲ ἀρχιερεῖς*, nempe Pontifex Maximus *Caiaphas*, et qui ante eum pontificatu functus erat, *Annas*, focer eius; infra XVIII, 13. 24. *ἕτος — ποιῆι*) Adeo excoecati erant animi eorum, ut iis ipsis miraculis, quibus ad fidem ei adhibendam permoueri debuerant, in ipsius perniciem incitarentur. *ἕτος*, contemim, ut *Actor*. VI, 14.

48. *πάντες*) Est oratio uehementer iratorum et indignantium; i. e. bene multi, plures tandem et plurimi. *δὲ βωματοῖ*) putabant, Romanos id pro seditione habituros. Nec tamen effugerunt Iudæi, quod metuebant. *ἀρῆσιν*) *ἄρειν* h. l. est *penitus auferre*, *κατὰ κράτος λαβεῖν*, i. e. *eripere ui*. Nam erat adhuc quaedam tunc administratio in populo Iudaico pontificia atque sacerdotialis, admodum tamen labefactata ac deminuta. *τὸν τόπον καὶ τὸ ἔθνος*) *Locum et populum*. Adagii instar; i. e. *omnia*. *Τόπος*, *territorium*, *υἱς*;

urbs; alii interpretantur *templum Hierosolymitanum*, quod dicitur τόπος ἅγιος, Matth. XXIV, 15.

49. ὑμῶς — εἰδέν) Nimirum, quod attinet negotium id de quo agitur. Reprehendit pontifex tardam assessorum deliberationem, et certus consilii affirmat, rem facillime expediri posse. Non aggrediendum esse populum, sed unum Iesum remouendum.

50. συμφέρει — ἀβλήται) Omnium interesse dicit Pontifex, ut unus Iesus moreretur pro populo, potius quam hoc incolumi tota gens periret. Nonnisi de utilitate politica cogitat. Eodem sensu *Xiphilinus* in *Othone* p. 193. πολλὰ γὰρ πρὸς, καὶ κρείττον καὶ δικαιότερον ἐστίν, ἢ να ὑπὲρ πάντων, ἢ πολλὰς ὑπὲρ ἑνὸς ἀπολέσθαι. Similia loca plura laudat *Wetstenius*.

51. ταῦτο δὲ ἀφ' ἑαυτῆ ἐκ εἶπεν) Non casu, uel sine omine hoc dixit. Profani id fieri dicunt ἀφ' ἑαυτῆ, quod aliquis sponte facit, aliis non impellentibus. Ioannes sine dubio hoc uult dicere, Caiapham inscium, quamuis alio dirigeret orationem suam, edidisse uaticinium. ἀλλὰ ἀρχιερεὺς — προεφήτευσεν) Prouidentia diuina ita dirigente sententiam contra Iesum in se nequissimam ita protulit Caiaphas, ut simul illa sensu paullisper diuerso accepta, insigne esset uaticinium de uera mortis Christi utilitate. Vaticinandi uim Sacerdoti tribuit *Philo* de *Creat. princ.* p. 728. Ε, ὁ πρὸς ἀλήθειαν ἱερεὺς εὐθὺς ἐστὶ προφήτης, ὃ γίνετ' ἢ μᾶλλον ἢ ἀρετῇ παραληλυθὼς ἐπὶ τὴν τῷ ὄντως θρακείαν. *Verus sacerdos simul etiam uates est, non tam generis quam uirtutis beneficio consecutus sacerdotium ueri numinis.* Sed huius rei neque in libris de *Maccabaeis*, neque in *Iosepho*, neque in *Iudaeorum*

daeorum libris exempla sunt. Praeterea etiam hoc consilium naturali modo Caiaphae in mentem uenire poterat, ut uix credibile sit, Deum hoc incito et inuito, immediate has ideas in animo eius excitasse. Προφητεύειν igitur hic erit dirigente Deo loqui aliquid, quod simul aliam rem exprimit, alioque modo explicari potest. Dedit nempe Caiaphas consilium politicum, sed dirigente Deo usus est uerbis, quibus simul doctrina insignis de Christo exprimitur.

52. ἔχ — μόνον) sc. mortuus est. 'Ἄλλ' Supple: Pro omnibus hominibus obiit mortem. τὰ τέκνα τῆ θείᾳ) Per prolepsin: Istos omnes, qui, ut dicitur c. I, 12. Christum, siue doctrinam eius accipiunt, atque sic meliorem naturam, Deo similem, induunt. τὰ δισκοπιζόμενα) Intelliguntur Iudaei extra Palaestinam dispersi, et qui ex gentibus aliis erant credituri. συναγάγη εἰς ἓν) In unam societatem colligeret. Vt omnes fierent unum, ἓν, ratione animi emendati et diuiniore, ut postea saepe Christus loquitur.

54. Ἰησοῦς — Ἰουδαίοις) Iesus autem non amplius palam inter Iudaeos uersabatur. Παύρησιον aperte, publice. Sciuit nempe inimicos insidiari eius uitae, u. 53. ἀτήληθεν ἐκείθεν) Nempe ex Bethania, et locis urbi uicinis. Mox tamen rediit, ut legimus c. XII, 1. εἰς — ἐρήμους) Ad partem Iudaeae orientalem, non procul Hierichunte. ἑφραΐμ) Siue ἑφρέμ. Hieronymus: Est uilla praegrandis Ephraea nomine contra septentrionem in uicesimo ab Aelia milliaro. Cf. Ioseph. de B. I. IV, 9. 9.

55. ἐκ τῆς χώρας) Ex regione illa u. 54. perinde ut ex ceteris regionibus. ἵνα ἀγνώσωσιν ἑαυτοῦς) Indicatur diligen-

diligentia praeparationis ad sacratissimas illas ferias celebrandas, secundum Iudaica instituta, et legitimas obseruationes. Abstinebant unum diem, aut plures dies uino, Venere, delicatioribus cibis, et hoc modo tum corpus tum animum praeparabant ad sacra paschalia. Exod. XIX, 10.

56. ὅτι ἢ μὴ ἴληθῃ) Vfus duarum negationum sermonis graeci negando proprius est. Dubitabant autem isti, uenturusne esset ad diem festum; aliis affirmantibus, ob morem ipsius perpetuum, aliis negantibus ob impendens periculum.

CAP. XII.

1. Πρὸ ἕξ ἡμερῶν τῆς πασχα) *Sex ante diebus, quam Pascha foret; uel: sex diebus ante Pascha.* Sic LXX, πρὸ δύο ἡμερῶν τῆς σεισμῆς, πρὸ τριῶν μηνῶν τῆς θερσιμῆς, Amos. I, 1. IV, 7. Adde 2 Macc. XV, (36) 37. Profanos etiam auctores, graecos et latinos interdum sic loqui, patet ex locis Wetstenio laudatis. εἰς βηθανίαν) Non statim Hierosolyma ingressus est, sed ob insidias Iudaeorum per dies aliquot latuit apud amicos.

2. ἐποίησαν ἔν αὐτῷ δεῖπνον ἐκεῖ) Coenam istam datam esse Matthaeus c. XXVI, 6. et Marcus XIV, 3. scripsere, in domo Simonis leprosi, quem aliqui fuisse perhibuerunt patrem Lazari. Simon forte fuit magister conuiuui in sua domo, qui Lazarum, Iesum, aliosque inuitauerat. ἢ Μάρθα διηκόνει) Siue cibos parauerat, et coquinae praeerat, siue escas apposuit *ipsi*, Iesu; suppleri enim potest hoc pronomen, si de ministerio ad mensam intelligatur.

3. λίτραν) *Libram*. Pollux indicat esse uocabulum antiquum, tam nummi, quam ponderis significatione. Diuersis autem in locis diuersum pondus librae fuit: Romanae quidem librae unciarum XII. quae drachmae erunt XCVI. νάρδος πικρῆς) Cf. annotata ad Marc. XIV, 3. Aliis πικρὸν idem est ac πικρὸν, *potabile*. Sic φάρμακα πικρὰ sunt medicamenta potabilia, quae fluunt ut liquidum fluere solet. Ergo νάρδος πικρὴ esset nardus sic diluta et attenuata, ut facile posset fundi ut liquidum. Vid. Stephani Theſ. linguae graecae sub uoce πικρὸς et πικρῆς.

5. τριακοσίων δηναρίων) Videtur pretium huius unguenti fatiſ notum fuiſſe. Secundum *Gronouium* 300. denarii essent tres librae argenti; ter centum item drachmae, atque ita tres minae. *Bengelius*: L. uel LX. florenis. *Heumannus*: Thaleris 37. et dimidio.

6. κλέπτῃς ἦν) Iam ante conſueuerat pecuniarum partem auferre, ſibiſque reſeruare; haec igitur uidebatur eximia opportunitas. τὸ γλωσσόκομον) *Cistula*, (*Kaestgen*, *Geldcassa*) Proprie est *theca* condendis lingulis tibiſarum idonea. *Hefychius*: Γλωττοκόμον, ἐν ᾧ οἱ ἀνεταὶ ἀπετίθεσαν τὰς γλωσσίδας. *Pollux* II. 108. VII. 153. Deinde per ſynecdochen ſpeciei pro altera ſpecie, *arcula* ſeu *loculus* pecuniis et ceteris rebus neceſſariis cuſtodiendis deſtinatus, 2 Paralip. XXIV, 8. 10. 11. *Galen*. I, 11. in Hippocr. de fracturis. De Antidot. I. *Toſeuoth Scheuioth* X. γλωσσόκομα plena litteris debitorum tradidi tibi. *Gloſſar*. *cistellam* γλωσσόκομον. τὰ βαλλόμενα) i. e. τὰ ἐμβαλλόμενα ſ. *συμβαλλόμενα* in *arculam* illam ſeu *cistellam*. ἰβάζαζεν) Portare, ſecum ferre ſolebat; ſiue ad *uſus obuios*, ſiue ut ad manum eſſet,

fi qui uellent nouis donis aerarium illud commune liberaliter augere. Satis probabile est, eos qui Iesum docentem audirent, aut qui ei iam fauerent, de suo impendisse in commune quasi aliquod aerarium, ne deesset, si argento modico esset opus. *Kypkius* uertit: *auferebat*, sc. de illis, quae immittebantur, quam uerbi βαράζειν notionem multis Profanorum locis probat.

7. ἀφες αὐτὴν) Sc. ποιῆν. Noli eam ista tua reprehensione iam impedire, aut pudefacere. εἰς τὴν ἡμέραν τῆ ἐνταφιασμῆ τετήρηκεν αὐτὴ) Ἐνταφιασμὸς, *pollinctura*, i. e. omnis apparatus, quo mortuum corpus ornatur, uestimenta, fasciae, flores, unguenta etc. Iesus hoc, quod fecerat Maria, in hanc partem interpretatur, quasi inscia quid mox euenturum esset, unxisset corpus ad sepulturam, quasi dicat: *In meam sepulturam hoc impensum est.* Id quod dicitur plane apud Marcum: Anteuertit meam sepulturam hac unctio. Sex post diebus (coll. u. I.) secutura erat mors et sepultura ipsa.

9. ἔγνω) Didicit, rumore et fama sensim exeunte. ὄχλος — ἦλθον) Sicut mox: ὁ ὄχλος ὃ ἐλθὼν ἀπέσαντες. Est enim in nomine ὄχλος plurium significatio: *Vt: turbantur.* ὃν ἠγείρεν ἐκ νεκρῶν) Quem excitauit, quum iam inter mortuos iaceret, i. e. mortuus fuisset.

10. Ἰνα καὶ τὸν λάζαρον ἀποκτείνωσιν) Non Iesum solum, sed et Lazarum interficere decreuerunt. Pro bono publico quiduis sibi licere existimabant. Fuerunt ueteres in ea opinione, ideo historiam Lazari resuscitati a tribus Euangelistis non scriptam fuisse, ne ipsi superstiti periculum crearetur quod obseruauit Epiphanius.

11. ὅτι — εἰς τὸν Ἰησοῦν) ὑπέγον, *abibant*, sc. ex urbe Bethaniam. *Credebant* in Iesum, non tantum ut in Prophetam, sed et ut in Messiam, ut sequens historia ostendit.

12. ὅτι ἔρχεται ὁ Ἰησοῦς) Ex Bethania. Vide historiam explicatam Matth. XXI.

13. τὰ βῆλα τῶν φοινίκων) Βῆλον et βῆλα proprie esse perhibent ramos et frondes palmae arboris, ut addi φοινίκων non fuerit necesse. *GLOSSARIUM: Palma βῆλα καὶ φοινίξ. Etymol. βῆλον — σημαίνει τὸν κλάδον τῆς φοινίκος. Hesychius: βῆλα, βῆβδος φοινίκος, καὶ βῆλον.* Notum autem est, Iudaicas palmas celebrari imprimis, quum his maxime Iudaea nobilis atque incluta fuisse perhibeatur. ἐξήλθον) Pauci inter eos, qui Christo Hierosolyma eunti obuiam procedebant, fuisse uidentur, qui alia beneficia a Messia suo sperarent, quam nouum regnum politicum, quod euerfo Romanorum imperio iam putabant instaurari. ὠσαννὰ) Vide annot. ad Matth. XXI, 9. ut et ad sequentia.

14. ὀνόριον) Deminutum ἀπὸ τοῦ ὄνο. Est autem synecdochica locutio, et expositio breuior, quasque concisa eorum, quae ab aliis Euangelistis commemorantur uerbosius et explicatius.

16. ἔκ ἐγνωσαν) Non animaduuerunt, id quod Zacharias uaticinatur, de Christo scriptum fuisse. ἰδοξάσθη) *Ad gloriam et summum honorem euectus est*; nimirum per resurrectionem et ascensionem. ἐπ' αὐτῶ) i. e. περὶ αὐτοῦ, de ipso. Vt *Aen. I, 750. Multa super Priamo rogatus, super Hectore multa.* καὶ ταῦτα ἐποίησαν αὐτῶ) Verbum

ἐποίη-

ποίησαν h. l. explicandum est impersonaliter; et intelligendum hoc est non tantum de discipulis, sed etiam de populo, qui obuam prodierat, et acclamauerat.

17. ὁ ὄχλος ὃ ὦν μετ' αὐτοῦ) *Populus qui eum comitabatur.* Antea descripta fuerunt publica studia eorum, qui ex urbe Iesu obuam iuerant; nunc autem narrat Euangelista, nec eam multitudinem, quae Iesum comitabatur, laudes eius tacuisse.

18. διὰ τὸτο καὶ ὑπήντησεν αὐτῷ ὁ ὄχλος) Haec (publica fama de resuscitatione Lazari) ratio fuit, cur tam multo isto tempore ex urbe egressi Iesum requirerent.

19. θεωρεῖτε) Vel interrogatiue: *Videtisne?* uel pro futuro: *Intelligetis tandem.* ὅτι ἐκ ὠφελεῖτε εἰδέν) *Quod nihil proficitis quicquam; nihil adiuuatis rem.* Nam est hoc uerbum τῶν ἀλοκαθῶν. ὁ κόσμος ἐπίσω αὐτῷ ἀπῆλθεν) Vniuersa populi multitudo eum tandem ducem et doctorem amplectetur. Ὁ κόσμος, כלם חלצה, quod Syrus dixit כלם חלצה. Locutio mere hyperbolica, qua Iudaei frequenter utuntur.

20. Ἕλληνες) Intelligunt interpretes multi Iudaeos, qui habitabant in gentibus, quos peculiariter Hellenistas et Graecientes uocarunt. Aliis Ἕλληνες h. l. sunt *ethnici.* Nam omnes a religione Iudaeorum alieni interdum uocati sunt Ἕλληνες, et Ἔθνη. Atque hi, quorum hic fit mentio, uel patriae Philippi, uel uicinarum fortasse locorum fuerunt incolae. Nec obstat huic sententiae, quod isti Graeci religionis causa Hierosolyma uenisse dicuntur. Nam Gentiles non tantum dona, oblationes et sacrificia

miserunt, sed et ipsi aliquando adierunt templum et adoraverunt. Loca ex *Iosepho* et Rabbiorum Scriptis habes apud *Ligthfootum* et *Wetstenium*. Inde atrium templi extimum uocatum est *atrium Gentium*, et היח *atrium commune*. Praeferenda tamen uidetur Ven. *Noeffelti* sententia, qui totum hunc locum in Progr. Pasch. a. 1778. accurate, ut solet, interpretatus est, intelligendos esse homines ex Gentilibus graecis Profelytos factos; *σεβομένους προσηλύτους* uocat Lucas Act. XIII, 43. nunc *ἔθνη* nunc *ἔλληνας* c. XI. XV. Hos cum Iudaeis religionis causa Hierosolyma esse profectos, non est dubitandum.

21. *κύριε*) Satis honorifice doctoris ei honorem tribuunt: *Rabbi, Mar.* Pudor obstabat, quo minus ipsi adirent Iesum; adeunt igitur Philippum, ut is sibi aditum aperiret ad Iesum. *θίλομεν τὸν Ἰησοῦν ἰδεῖν*) *Nos Iesu uidendi cupiditate tenemur.* Nam *θέλειν* ut hebr. יִצְטַח saepe est *optare*. Quum nempe uidissent, Iesum a populo declaratum esse publice pro rege Israelis, non solum eius in turba uidendi, sed cominus etiam salutandi cupiditate flagrabant. Haud dubie etiam tanto Regi commendari, eiusque gratiam inire uolebant.

22. *ἀπεκρίνατο αὐτοῖς*) *αὐτοῖς* quidam interpretes referunt ad *Graecos*; sed uerosimilius est, et contextus ipse docet, *discipulis* duobus Iesum haec dixisse. *ἔλθουθεν ἡ ὥρα, ἵνα δοξασιθῆ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου*) *Sensus est: Adest tempus illud, quo uerus ille honor, qui filio hominis tribuendus est, a Deo luculentius manifestabitur.* Illustratur autem honor Christi propagatione doctrinae a se traditae; nam hoc maxime praemium pro susceptis mortis doloribus reportauit, quod

quod sibi conciliata est magna discipulorum copia, quos regeret docendo felicitateque sempiterna mactaret. Ies. LIII, 10. seqq.

24. εἰ μὴ — καρπὸν φέρει) Docet his uerbis Christus post mortem demum suam hunc honorem manifestatum iri. Quare se comparat cum tritici semine, quod moritur quasi in terra, sed efficacitate soli mutatum emergit e terra rursum cum copioso foenore, pro uno grano centum reddens. Sic Christus post cruciatuum et mortis perpeffionem ad summum honoris fastigium euectus est. Magistrum imitari debent discipuli. Quare statim comm. sequenti addit:

25. ὁ φιλῶν — ἀπολέσει αὐτήν) *Quicumque caram habet uitam suam*, i. e. ita amat uitam suam, ut carere malit iure ciuitatis meae, quam pericula doloresque suscipere, *is eam perdet*, atque ipse beneficiorum a me promissorum et praemiorum excidet. Duplici sensu h. l. sumitur uox ψυχῆς, nempe de uita physica, et de uita tropice intellecta, i. e. felicitate. ὁ μισῶν τὴν ψυχὴν αὐτῆς) Parui faciens uitam suam, proque Euangelii prouentu obiciens eam periculis et mortibus. εἰς ζωὴν αἰώνιον φυλάξει αὐτήν) Seruabit eam, perennem ac felicem uitam recepturus in resurrectione.

26. εἰ μὴ ἐμοὶ διακονῆ τις) *Si quis ministrum meum se profitetur*, nimirum in promulganda ueritate Euangelii. ἐμοὶ ἀκολουθεῖτω) i. e. *Imitetur exemplum meum*; sic ut ego suscipiat labores et molestias, sc. religionis causa, si opus fuerit. Iis tantum hoc dicitur, quibus ob religionis propagandae negotium imminent pericula, non omnibus Christianis. Nam ubi calamitates religionis causa non immi-

nent, ibi sponte non sunt suscipiendae. καὶ ὅτε — ἴσται) *Vbi ego ero.* Praesens pro Futuro. Intelligit locum summae felicitatis. Nimirum, par est, ministrum a Domino non diuelli, nec in laetis, nec in tristibus. Ita etiam, inquit Christus, quos habuero consortes ac socios afflictionum, eos non seiangam a consortio felicitatis. τιμήσει αὐτὸν ὁ πατήρ) *Illum pater meus honore, i. e. praemiis afficiet.* Pro temporis malis, proque ignominia, qua apud homines affectus est, aeterna felicitate, ueraque gloria eum decorabit. Scilicet aequum est, ut pater unci filii ministros simili praemio dignetur, quos familia passos nouerit.

27. νῦν ἡ ψυχὴ μου τετάραται) *Nunc animo perturbatus sum;* nam ἡ ψυχὴ, ὧσα) *ego.* Dum mortem instantem et acerbissimos dolores sibi ob oculos ponit, magna afficitur tristitia. καὶ τί ἔπω — ὥρας ταύτης) *Varie explicatur hic locus.* In eo conueniunt, ὥραν h. l. esse *tempus periculosum, uel ipsum periculum;* ut *tempora* saepe Latinis. Sed uarie connectunt nostra uerba. Antiquiores quidam, et plures recentiores signum interrogandi repetunt post ταύτης, ut sensus sit: Et quid dicam? Num hoc, pater, rogabo, ut me eripias ex isto fatali tempore: ex isto momento cruciatuum et mortis instantis? Minime uero id a te petam. Semlerus: Quid multa? Cur uerbosius de hac re agam? Tu potius, o pater, cui addixi meum obsequium, me adiua, ut, licet uita priuandus sim, tamen apud te istam aeternam uitam posthac agam. Sed facilius est Noesselti interpretatio, illud, *quid igitur dicam?* accipientis pro: quo me uertam, nescio; anxius animi haereo; uim doloris quo modo sustineam non uideo. Cf. Matth. XXVI, 38. 199.

ἀλλὰ διὰ τὸτο ἦλθον εἰς τὴν ἄραν ταύτην) Veruntamen ideo duram istam conditionem subii; ut nimirum pro humano genere uitam meam profundam.

28. δόξασόν σε τὸ ὄνομα) *Fac ut honor tuus, (per me) illustretur; nam ὄνομα h. l. est honor, dignitas. Illustratur autem honor Dei, quando sapientia, benignitas, et potentia eius manifestatur, quod nulla re magis factum est quam per doctrinam et opera Christi, atque propagatione religionis christianaе inter omnes gentes. Φωνὴ ἐκ τῶ ἑρανε* Scilicet *talis; uel: haec pronuncians. Quae de Both Kol Rabbini referre solent, ex mea sententia recte pro fabulis et fraudibus habentur. Cf. Lightfoot. ad Matth. III, 17. καὶ ἐδόξασα, καὶ πάλιν δοξάσω) Iam glorificauī (sc. nomen meum, per tuum ministerium,) et in posterum etiam glorificabo. Iam tum Deus glorificauerat per Christum nomen suum, i. e. sapientiam, benignitatem et potentiam suam manifestauerat. Christus enim per tres annos docuerat, unum esse uerum Deum, qui sit fons omnis felicitatis, qui uelit homines abstrahere a uitiis, iisque largiri aeternam salutem. Patrauerat etiam miracula, e quibus Dei potentia patuit. Promittit autem Deus, se, eo quo indicauimus sensu, in posterum etiam glorificaturum esse nomen suum. Hoc factum est, quum post mortem et resurrectionem Christi omnibus innotuit doctrina Christi.*

29. ὁ ἦν ὄχλος — λελάληκεν) Verba quidem omnes distincte intellexisse uidentur; sed modum, quo Deus sit locutus, suo sensu explicabant. Alii intonuisse aërem, alii angelum cum eo collocutum esse dicebant; Deus enim, quum loquebatur, per tonitrua uel per angelos loqui putabatur.

30. εἰ δὲ ἐμὲ — ἀλλὰ δι' ὑμᾶς) Non eo confilio, ut ego confirmer in proposito meo, sed ut uos uideatis, quanti me pater faciat, etiamsi pro impio et seductore condemner, et fidem habeatis doctrinae meae.

31. νῦν — κόσμῳ τῷτῃ) *Nunc decernitur de hoc mundo, i. e. iam instat tempus, quo mali et flagitiosi homines, qui repudiauerint meam doctrinam, contumaciae conuincantur et malitiae. Τὸν κόσμῳ nomine h. l. intelliguntur omnes, qui disciplinam Christi non admittunt, siue sint Iudaei, siue Pagani. Hanc huius uocis significationem contextus postulat; et hanc notionem in uniuerso Ioannis Euangelio regnare, notum est. Κρίσις ἐστὶ, i. e. κρίνεται ὁ κόσμος, iudicatur mundus, causa cadit, erroris et criminis reus apprehenditur, (quo sensu κατακρίνειν occurrit Matth. XII, 41. Hebr. XI, 7.) Conuicti sunt autem aduersarii Christi, alii-que ἄπιστοι erroris propagatione doctrinae per Christum et Apostolos traditae, qua spes labefactandi honoris Christi destructa, consiliorumque contrariorum omnium atque insidiarum uanitas demonstrata est. Similis huic locus extat infra c. XVI, 8. sq. Dicit autem Iesus νῦν κρίσις ἐστὶ, nunc in eo est, iam instat tempus, quo haec fient; breui enim post mortem et resurrectionem Christi et post effusionem Spiritus, propagata est eius doctrina. νῦν δ' ἄρχων τὸν κόσμῳ τῷτῃ ἐκβληθήσεται ἔξω) *Nunc princeps huius mundi (Satanas) de regno deturbabitur. Ὁ ἄρχων τὸν κόσμῳ, 77* **כּוֹלֵהוּ** *Princeps mundi: Phrasologia Scriptoribus Iudajicis non ignota, ut patet ex locis a Lightfooto et Wetstenio allatis. Diabolus intelligitur, qui Deo quasi excluso regnauit, atque exercuit tyrannidem suam inter gentiles et Iudaeos,**

daeos, captiuos eos ducens in omne peccatum et perditionem. Quemadmodum nempe peccato, Rom. VI, 12. et morti cap. V, 14. sic diabolo imperium in peccatores omnes, inprimisque in hostes doctrinae Christi tribuitur. Quam ob rem illius uis atque potestas labefactata dicitur, quotiescunque per propagatam doctrinam aut susceptam disciplinam Christi homines e potestate eius, siue erroris aut impietatis seruitute erepti sunt. Cf. Luc. X, 18. Col. I, 13. Act. XXVI, 18. Ἐξω ex uoce ἀρχῶν interpretandum ἐκ τῆς ἀρχῆς. *Deturbabitur Satanas de tyrannide sua;* pulsus nimirum ignorantiae tenebris, et hominibus in meliorem statum restitutus. Quomodo id esset futurum, statim commate seq. ostendit.

32. καὶ) *Nam ego.* Καὶ, ut hebr. ¶ saepe ualere *nam*, haud semel monuimus; et h. l. contextus hanc significationem postulat. ἐὼν ἰψῶθω ἐκ τῆς γῆς) i. e. *quum mortuus fuero*; nam phrasis haec hebraeo-graeca est, ex hebr. הסתלק מן העולם a rad. סלק *ascendit*. Verbo רוּם usus fuit interpres Syrus, et legimus Dan. VIII, 11. הרם התמיד *ablatus fuit iuge*. Sic forte hic: אִם הִרְמֵתִי מִן הָאָרֶץ *si sublatus fuero e terra*. Sed significat simul mortis genus, crucem, ut comm. 33. docet; nam in altum tollitur, qui cruci affigitur. *Silius II, 344. Vidi quum robore pendens Hispaniam cruce sublimis spectaret ab aita.* Inest igitur *Dilogia* nostrae Phrasi. πάντες ἐλάσω πρὸς ἐμαυτὸν) *Omnes (Iudaeos et gentiles) ad me traham*, sc. ex Diaboli tyrannide, ad meam societatem. Factum hoc est, dum per doctrinam suam fecit sectatores post mortem et exaltationem, et fiet, dum sectatores ueri

nominis ad felicitatis suae societatem perducet. Cohaerent haec cum iis quae comm. 20—22. dicta sunt, sic: Imminet quidem mihi magna gloria, sed post multas demum calamitates, quas etiam ii, qui sectatores mei esse uolunt, suscipere debent. Describit igitur Iesus comm. 31. 32. suum et Patris *δοξασαδον*. Tanta enim totius orbis terrarum commutatione, quae effecta est per doctrinae propagationem, demonstratum est, eum esse dominum omnium; innotuit etiam Dei sapientia, benignitas, omnipotentia et iustitia.

33. τῆτο δὲ — ἀποθνήσκειν) *His uerbis (ἐὰν ὑποθῶ ἐκ τῆς γῆς) obscure significauit, quo mortis genere esset moriturus.* Verbum *σημαίνειν* notat, *aliquid futurum uaticinando cum ambiguitate quadam atque obscuritate innuere*, et tribuitur proprie Deorum oraculis, euentus humanos subobscuris significantibus, ut exemplis multis *Kypke* ad h. l. docet.

34. ἠκούσαμεν) Nempe praeuentibus Doctōribus et Rabinis nostris. ἐκ τῶ νόμου) Ex sacris litteris, uel scriptis Moſis et Prophetarum; νόμος enim metonymice haud raro significat uniuersum corpus sacrorum librorum. ὅτι ὁ χριστὸς μένει εἰς τὸν αἰῶνα) *Messiam nunquam esse moriturum, uicturum semper.* Hoc ex locis Scripturae colligebant, in quibus regnum Messiae aeternum promittitur. Ies. XI, 16. Dan. VII, 14. Forsan etiam respicitur ad locum Ies. LIII, 8. Nec Iudaeorum talia decreta sunt rara aut obscura. Ablegauit *Heumannus* ad *Eisenmengerum*. ὑποθῆναι) Sc. ἐκ τῆς γῆς, morte affectum, atque sic subtractum iri? τίς ἐστὶν ἄλλος ὁ υἱὸς τῶ ἀνθρώπου;) Patet ex his uerbis, a Ioanne summam tantum orationis praecedentis relatum

tam esse, non uerba singula; nam haec plebis dicta ostendunt, Christum simul, quum de euectione diceret, nominasse *filium hominis*. Dubitant igitur, quis esset hic filius hominis. Dubitandi ratio erat haec: Tu uideris Messiam et filium hominis pro eodem habere. Quodsi igitur exaltari a terra mori est; et si, quoties dicis filium hominis, te ipsum uis intelligi, aut non morieris, aut ille filius hominis non est Messias; si uerum dicit Prophetia.

35. ἔτι μικρὸν χρόνον τὸ φῶς μεθ' ὑμῶν ἐστίν.) *Modico adhuc tempore lux uobiscum est.* Vt sol se subducit, ita ego, doctor ueritatis me uestro conspectui mox subducam. Cur autem Iesus ad propositam quaestionem non distincte respondet? Quia non erat tempestiuum prodere auditoribus suis mysteria de morte sua, resurrectione, et secutura gloria. Itaque hortatur tantum eos, ut omissa coecitate mentis desinant obstrepere luci ueritatis, praesertim quum ipsius doctrinam non essent ex eius ore posthac auditori, nec uisuri miracula peragentem, quae lucem illis praebere poterant ad resipiscentiam. περιπατεῖτε ἕως τὸ φῶς ἔχετε)

Ambulate, i. e. ueritatis cognitione recte utimini, et proficite in melius, dum est occasio. Per lucem Christus et se et doctrinam suam intelligit. ἵνα μὴ σκοτία ὑμῶν καταλάβῃ) *Ne tenebrae in uos irruant; ne forte Deus opportunitatem meliora discendi uobis subtrahat. Nam haec opportunitatis subtractio h. l. uocatur σκοτία. Καταλαμβάνειν de nocte s. uespera ingruente Graeci usurpant, inprimis si illa homines opinione citius occupat. Exempla suppeditat Kypricus. καὶ) Nam, ut supra u. 32.*

36. *πιστεύετε εἰς τὸ Φῶς*) i e. Auctoritatem iustam mihi tribuite; fidem habete mihi, Doctori ueracissimo. *ἵνα υἱὸς φωτὸς γένησθε*) *Vt digni discipuli doctoris optimi haberi possitis.* Nam *Φῶς* est ipse Christus, et uox *υἱὸς* ex Hebraismo est explicanda. Scilicet Hebraeis filii dicuntur a re, qua sunt praediti, aut cui sunt dediti, et ad quam pertinent. Cf. *Vorstius* in *Philolog. Sacr.* P. II. c. 24. *καὶ ἀπελθὼν ἐκρύβη ἀπ' αὐτῶν*) *Abiit et abscondit sese ab illis,* uelut absentia silentioque suo mitigaturus illorum efferatam insaniam. Lucas addit c. XXI, 37. solitum fuisse Iesum inde ab illo tempore urbe exire, atque noctem agere Bethaniae, sc. propter infidias.

37. *τοσαῦτα — εἰς αὐτὸν*) Ioannes, iam ad finem properans, uno uelut obtutu contemplatur haecenus narrata, et, quare disciplina Iesu non semper et ubique exoptatum successum habuerit, secum reputat, lectoresque reputare docet, (com. 37 — 50.) ut facere solent interdum historiarum scriptores, longam seriem rerum, quas narrando perfecuti fuerant, iudicio suo amplectentes, atque docentes, quae causae fuerint, propter quas uirorum meritisimorum conatus irriti caderent, aliorum contra consilia, saepe temeraria et parum salubria magno plausu probarentur. Recte hoc obseruauit, totumque hunc locum u. 36 — 50. more suo accurate illustrauit *MORIUS* noster in *Progr.* 1788. scripto. Sic igitur exorditur Ioannes: *Quoniam Iesus tot documenta suae legationis diuinae coram dederat, tamen ei fidem negarunt.* *Σημεῖα* sunt *documenta rei alicuius.* In Euangeliis intelliguntur documenta propter quae fides alicui haberi possit debeatque, nominatim uero miracula, quae

quae habebant nim documenti, Iesum esse legatum diuinum. *Credere* autem in Iesum hoc nostro et similibus locis est eum agnoscere legatum Dei, nominatim Messiam, eique quum omnino docenti, tum declaranti, quis et qualis sit, fidem habere. Iudaei autem Iesu fidem negabant, non credebant εἰς τὸν πεποιηκότα σημεῖα, i. e. non agnoscebant eum Deo dirigente docere, fidemque mereri, etsi huius rei documenta haberent.

38. καὶ ὁ λόγος — πληρωθῆ) *Vt adeo in hos etiam Iudaeos conueniret dictum Iesaiiae Prophetae.* Notant enim Graeci, particulam καὶ hoc etiam loco, non αἰτιολογίας habere significationem, sed ἐκβάσεως, i. e. non causae, sed exitus; siue euentus; non enim istos ideo non credidisse, quod dicta ea essent a Propheta, sed quoniam credituri ipsi non essent, ita Prophetam praedixisse quod euenit. ἐν εἶπε) Ies. LIII, I. τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν;) *Quis fidem habet sermonibus nostris?* Ἄκοη, ἡγεμονία est res audita, uel doctrina quae auribus percipitur. καὶ ὁ βραχίον κυρίου τίς ἀπεκαλύφθη;) *Et quocuique planum fit, Dominum esse potentissimum?* Βραχίον, brachium per Hebraismum est potentia, robur. *Cui reuelatur?* Nemini fere planum fit et perspicuum, diuinam potentiam esse satis magnam ad efficienda ea, quae praedicuntur. Conqueritur Propheta de hominibus sui temporis. Sed quoties idem fit, quod tum fiebat, toties eadem querela locum habet, et accidit illud, quod propheta dixit, praesertim si accidat in eadem illa re, de qua propheta dixerat. Ergo Ioannes proprie non interpretatur locum Prophetae, sed ad rem simillimam transfert.

39. διὰ — πικρῶν) *Quippe non poterat eorum assensus expectari.* Διὰ τῆτο referendum est ad illud ipsum animi obstinati uitium, cuius comm. 38. facta erat mentio. *Quia* sermonibus Christi aures non praebebant, nec miracula ab ipso edita pro diuinis agnoscebant, *ideo* non poterant credere. Theophylactus: τὸ ἐκ ἡδύνατο, ἀπὸ τῆ ἐκ ἡδελον, eodem sensu. Illud *non poterant*, non est trahendum ad impedimentum diuinitus iis immissum, sed ad indolem nationis Iudaicae contumacem. Ita saepe in communi uita dicimus, non posse aliquem aliquid facere, quia eius indoles, de qua satis constet, hoc non patitur. ὅτι — Ἠσαίας) Hoc non ita intelligendum est, Iudaeos Christo assentiri non potuisse, quia fuerit praedictum. Primo enim Iesaias ibi non loquitur de Messiae adspectabili commoratione olim expectanda; deinde etiam, si de hac sermo esset, in illo Prophetae loco non dicitur Iudaeos fore immorigeros, quia praedictum sit, sed quia recalcitraturi essent, ideo praedici ita futurum.

40. τετύφλωκεν — τὴν καρδίαν) *Pronunciauit et praedixit Deus futurum, ut excoecarent oculos suos, et indurarent semet ipsos.* Verba quae actum indicant, saepe praedictionem uel manifestationem eius rei quae futura esset, significant, ut Ierem. I, 10. IV, 10. aliisque locis. In Hebraeo Ies. VI, 10. legitur Imperatiuus Hiphil, ubi simili modo accipienda sunt uerba, quorum sensum bene expressit Dathius hoc modo: *ostende huic populo mente eum esse prorsus stupida, aures grauedine, oculos hebetudine laborare; hinc esse ut nec oculis uideat, nec auribus audiat, nec mente intelligat, nec iterum sanatio ei obtingat.* Itaque

non ideo dicta sunt ista, quasi Propheta Iudaeos occoecare, aut tale quid uaticinio suo efficere deberet, sed iubet Dominus, Prophetam nunciare, quod haec res futura sit. Sic urbem capere apud Plautum est, historiam captae urbis narrare. Quae uero apud Iesaiam propheta populo annunciare debebat, ea h. l. Deus ipse suscepisse in hac uersione dicitur. Facilior tamen est Ven. *MORI* interpretatio suppletis: ὁ λαὸς ἕτος, et loco pronominis αὐτῶν legentis potius reciprocum pronomen αὐτῶν, ut sensus enascatur hic: *Populus hic excoecauit suos oculos, et hebetauit suum sensum animi.* Quoniam enim apud Iesaiam res sic describitur, ut populus ipse debeat intelligi: Ioannes, qui se ad Iesaiam locum respicere dicit, ita intelligendus est, ut, quae dicit, cum illo loco conueniant. Vterque uero ideo accusat Iudaeos coecitatis et surditatis, quia se excoecauerint et hebetauerint, quia tales se reddiderint. ἵνα μὴ — ἰάσωμαι αὐτοὺς) *ut adeo nihil uideant oculis, nihil sentiant animo, non in melius mutantur, neque ego iis mederi possim.* ἵνα μὴ, *usque eo, ut ne.*

41. ὅτε εἶδε τὴν δόξαν αὐτοῦ) *Quum praeuideret gloriam eius,* sc. Messiae. εἶδε sc. spiritu, *praeuidit.* Gloriam Messiae intelligit, illam inter gentes, quibus meliorem Dei cognitionem praeiuit. Respicere uidetur Ioannes ad illa uerba Iesaiam c. VI, 3. *Omnis terra plena gloriae eius,* sc. est, et magis magisque erit, nempe per eam rerum conuersionem, cuius olim auctorem Deus exhibebit Messiam. Iesaias enim *Iehouam* describit, et eius decreta de rebus inter Iudaeos futuris. Ioannes itaque dicit, illam uisionem a Iesaiam descriptam pertinere ad declarandam gloriam Christi, quae

quae inter alias gentes esset habitura locum, licet inter Iudaeos paene fuerit nulla. Aliis Ioannes dicere uidetur, Iesaiam uidisse non tantum patris sed etiam filii gloriam, et illo ter dicto, *sanctus, sanctus, sanctus*, indicari patrem, filium et spiritum sanctum; quam sententiam uix persuadebunt Hebraismi gnaris. *περὶ αὐτοῦ*) Sc. de rebus eius olim inter Iudaeos gerendis, fore scilicet, ut a Iudaeis ista gloria, quae sola est uera et Deo digna, negetur. Sic olim hunc locum cum aliis explicauī. Sed recte monet *MORUS* l. c. de futura Messiani regni amplitudine apud Iesaiam non esse sermonem. Offeritur enim Prophetæ species adspectabilis maiestatis diuinæ habentisque in omnia imperium Dei. Hanc ergo *δόξαν* adspectabilem uidit, non autem futurum quid mente animoque contuitus est. Quam ob rem nunc *MORUM* secutus, uerto: *Haec Iesaias eo tempore, quo maiestas Dei per speciem ei oblata fuerat, declarauit, Iudaeosque de eo edocuit, uel: declarauit haec recens ab illo uiso, postquam solemniter muneri inauguratus fuerat. Hac temporis notatione Ioannes uoluit monere, declarasse Iesaiam hoc non sua sponte, sed euidenti et singulari iussu diuino monitum. Tanto potabilior ergo est haec Iudaeorum descriptio. Ὅτε ἐλάλησε περὶ αὐτοῦ, quum edocuit eos (Iudaeos) de eo, sc. de Deo. Id huc referendum esse uidetur, exposuisse Iesaiam, se missum esse docendi causa, Deum nosse asperos Iudaeorum animos et improbare etc.*

42. ὁμοως μὲντοι) *Attamen*, ut apud *Herodot.* I. 189. ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν) Pro Messia ipsum agnouerunt.

43. ἡγάπησαν — τῷ Θεῷ) Pluris faciebant honorem, quem homines iis tribuebant, (qualis est communio Synagogae,) quam honorem, quem Deus cultoribus suis addicit, uel remunerationem a Deo expectandam. Alii: *Quaesiuerunt suum, non autem Dei honorem*, ut δόξα cum genitiuo, fit eius, cui exhibetur; et μάλλον ἢ fit oppositionis non comparationis.

44. Ὁ δὲ — ἔειπε) *Et tamen Iesus idemtidem docuerat*. Sic enim, nempe plusquamperfecto tempore exprimi debent haec uerba. Non recitatur a comm. 44 ad 50 sermo aliquis, quem Iesus illo demum tempore, in quo scriptor uersatur, habuit. Nam diserte dicit Ioannes u. 36. Iesum, finito illo colloquio, de quo ibi expositum fuerat, discessisse, nec amplius prodūisse docendi causa. Est potius hic sermo (u. 44 — 50.) pars totius iudicii, adiecti a scriptore, declarante, non potuisse Iudaeos latere, quid Iesus uellet de se statui, qui tam aperte declarauerit qui esset, et quam salubri consilio inter eos uersaretur. ὁ πιστεύει εἰς ἐμὲ, ἀλλ' εἰς τὸν πέμψαντά με) *Deo ipsi fidem habet, quum mihi credit*. Hoc dixit contra eos, qui putabant auctoritatem legis Mosaeicae, a Deo datae obstare, quo minus doctrina eius possit admitti.

45. καὶ ὁ θεωρῶν ἐμὲ, θεωρεῖ τὸν πέμψαντά με) *Nam qui meam doctrinam nouit, is doctrinam eius nouit, qui me misit*. θεωρεῖν et ὀραῖν τὸν χριστὸν, significat, *nosse Christum eiusque doctrinam*, ut supra c. VI, 36. 40. Hinc nostro loco u. 44. et 45. ita neētuntur, ut hic posterior rationem reddat prioris: Assentiens mihi, non tam mihi, quam patri assentitur: *nam* dum quis meam cognoscit doctrinam, cognoscit

scit Patris mei doctrinam. Inde fluit hoc, assensum Christo praebitum, praebitum item esse eius Patri.

46. φῶς) *Lumen*; docendo nimirum, et ueritatem salutare manifestando. ἐν τῇ σκοτίᾳ) *In tenebris*, ignorantiae et uitiositatis.

47. καὶ εἰάν — σώσω τὸν κόσμον) *Quod si quis meorum auditorum fidem mihi negauerit, ei non ego sum auctor damni: non enim ueni damnum hominibus daturus, sed salutem allaturus.* In uerbo κρίνειν h. l. spectanda est notio adiuncta: *impertire alicui damnum meritum*, malo malam mercedem tribuere, cui contrarium ponitur σώζειν, *impertire alicui salutem*. Non negat Christus, recusantes doctrinam laturos esse damnum, sed negat, eos hoc laturos auctore Christo, quasi ipse causa damni sit, eiusque culpam habeat.

48. ὁ ἀθετῶν — ἡμίρα) *Qui aduersus me peccat meam doctrinam non admittendo, is habet, qui ei damnum det: doctrina, quam proposui, haec, haec ei extremo illo tempore damno erit.* Ἀθετεῖν τινὰ est omnino, *aduersus aliquem peccare*. Cf. uers. Alex. Ies. I, 2. cum hebr. uerbis. Quomodo uero doctrina Iesu repudianti eam damnum dabit? Sensus est: e natura ipsius doctrinae repudiatæ fluere hoc, ut repudians eam damnum percipiat, quemadmodum qui uerum ridet relicitque, tamen tandem detrimentum inde natum percipit. Qui enim repudiat doctrinam, manet in errore, non liberatur ab incommodo, sed se ipsum reddit miserum.

50. ἡ ἐντολὴ αὐτοῦ ζωὴ αἰώνιος ἐστίν) *Metonymice. In obtemperando mandatis Dei aeterni est et continetur uita sempiterna.*

CAP. XIII.

1. Πρὸ δὲ τῆς ἑορτῆς τῆ πάσχα) *Pridie Paschatos*, ut plurimi interpretes existimant, uel ut alii putant, biduo ante paschalia sacra. ἵνα μεταβῆ ἐκ τῆ κόσμου τότε πρὸς τὸν πατέρα) Iudaei haud raro mortem descripserunt tanquam *abitum* uel *transitum* ex mundo. Sic TARG. IERUS. Gen. XV, 2. *Ego abeo ex mundo*. TARGUM IONATHAN: *ego transeo ex mundo* — Tunc multus erat sermo de transitu Israelitarum ex Aegypto; quare *Philo* pascha uocat *διαβατήρια*. ἀγαπήσας τὴν οἰκίαν τὴν ἐν τῷ κόσμῳ) *Complexus amore in terris seu in hac uita domesticos et suos*. Theophylactus: τὴν ἐνθάδε δικίαν, ἤγειν τὴν ἀγίαν. Discipulos intelligi, nemo non uidet. εἰς τέλος ἠγάπησεν αὐτούς) i. e. *diutius ἀγαπᾶν, perrexit eos diligere*. Sic locutio haec usurpatur Ps. IX, 18. XLIV, 23. Hoc autem loco ἀγαπᾶν est documentum amoris sui constantissimi edere. Hoc insigne documentum est in ipso pedilauio.

2. καὶ δειπνῶν γενομένου) Sermo est de illa coena, qua Iesus simul sacram coenam instituit. Omnia enim quae in hoc capite narrantur, conueniunt cum ceteris Euangeliis, ubi haec describitur. τῷ διαβόλῳ — Ἰῆσα) *Quamquam diabolus iam iniecerat animo Iudae hanc uoluntatem*. Phrasin similem habet *Parthenius Nicaëns*. Erotic. c. 15. Ἀπόλλων ἐπὶ νῦν αὐτῆ βάλλει σὺν ταῖς λοιπαῖς παρθένοις ἐπὶ κρήνην ἐλθούσαις λύσσει. *Apollo in mentem ei iniicit cum reliquis uirginibus ad fontem uenientibus ut lauaretur*. Ioannes atrocitatem sceleris fortius describere non potuit. Tantam fuisse Iudae perfidiam, Ioannes innuit, ut non uideretur a tali discipulo Christi, quanquam auaro, expectari posse,

sed ad instigantem uim altiore esse referendam. Cf. Act. V, 3.

3. εἰδώς — τὰς χεῖρας) *Quamquam porro nouerat, sibi a Patre suo omnia esse demandata, se caput et dominum omnium, nominatim coetus sui esse factum.* Supple: tamen se demisit huc etc. Fecit igitur Christus tam humile obsequium bene conscius suae dignitatis; quod auget facti aestimationem. καὶ ὅτι — ὑπάγει) *Et se tam certo ad Deum rediturum, quam certo a Deo, coelo quasi relicto, antea ad homines exiisset.* Ἀπὸ Θεοῦ ἐξῆλθε, sc. εἰς τὸν κόσμον, ut alibi additur. Pertinet etiam hoc ad illustrandum Christi dignitatem.

4. ἐγείρεται ἐκ τῆ δειπνῆ) *Surgit de coena; nam antea cubabat, ut solebant isto tempore.* καὶ τιθῆσι τὰ ἱμάτια) *Deponit pallium, quod istud manuum expeditum usum non permetteret.* Τὰ ἱμάτια plurali sono singularem habet significationem, et pro Hebraeorum שֵׁמֶטָה ponitur. λέντιον) *Linteum.* Thalmudistae etiam hac uoce utuntur, quam scribunt לנטית et לונטית. Auctor Lexici, quod Aruch uocatur, exponit Graece λντων, quod Drufius emendat לנטית i. e. λέντιον.

5. βάλλει ὕδωρ εἰς τὸν νεπηρα) *Effundit aquam in uas, ut lauarentur pedes; quasi in labrum dicamus: nam νεπηρ a lauando est, et peluim quoque Grammatici abluendis pedibus idoneum uas esse perhibent, unde et nomen uolunt esse factum.* Solet quidem officium lauandi pedes iuxta morem Hebraeorum praestari hospitibus et amicis, sed hoc quod Christus gessit, habebat exemplum absolutae modestiae, ut mox ipse ostendit.

6. ἔρχεται ἔν πρὸς Σίμωνα Πέτρον) Forsan primum ad Petrum accessit; ideoque Petrus, qui nullo alio exemplo iuuabatur, eo fortius restitit. οὐ μὲ νίπτεις τὰς πόδας;) *Tun' laues pedes meos?* Interrogatio recusationis habet significationem, quum id uideretur fieri, quod non deberet.

7. ὃ ἐγὼ ποιῶ) Quid hoc sibi uelit, quod ago; cuius rei causa id faciam.

8. ἢ μὴ — εἰς τὸν αἰῶνα) *Nunquam.* Vulgata formula Iudaica. ἔκ ὄχθης μέρος μετ' ἐμῶ) *Non est tibi mecum consortium;* pro amico te amplius non agnoscam. Quaeritur, quonam consilio Christus haec dixerit et fecerit? Respondere solent, uoluisse eum per hoc Symbolum discipulos dehortari ab arrogantia, iisque summum submissionis exemplum praebere. Quamquam autem hoc uerum est, tamen consilium Christi multo latius patuisse uidetur. Voluit nempe simul declarare, quod saepe antea declarauerat, qualis esset natura regni sui, et quo animo affecti esse deberent illi, quos sibi delegerat in exsequendo proposito suo administratos. Discipuli nondum abiecerant spem uanam regni splendorum; contenderant potius inter se, quisnam eorum in regno illo futurus esset primus dignitate? quis secundus? et sic porro, Luc. XXII, 24. Quod igitur saepius uerbis et factis declarauerat, se non fore regem splendidum, se nolle administratos externis honoribus et diuitiis inhiantes, (Luc. XXII, 25. Matth. XVIII, 1. sq. c. XX, 28.) id nunc, morti propinquus iterum declarat, non tantum uerbis, sed etiam pedilauii actione symbolica, ne unquam huius rei memoria ex animis eorum elaberetur. Vnde patet etiam, cur tam seruo rem egerit Iesus, ut Petro, nisi

per hoc Symbolum, se doceri pateretur, amicitiam renunciare uellet.

9. κύριε μὴ τὰς πόδας με μόνον) Sc. lauato, aut abluito. Potius quam abs te diuellar, non solum permitto tibi lauandos pedes, quando ita uis, sed et manus et caput.

10. ὁ λελεγμένος) Sc. τὰς χεῖρας, καὶ τὴν κεφαλὴν. ὃν χρεῖαν ἔχει, non indiget, sc. copiosiore, aut altero lauacro, nisi pedum. Ad conuiuium uocati solebant prius in balneo lauari; in domo uero conuiuatoris nonnisi pedes, quibus in uia puluis aut sordes adhaeferant, a seruis abluantur, ne lecti, super quibus accumbebant, macularentur, ut ex *Platonis Conuiu. Plutarchi Sympos.* aliisque Scriptoribus probat Wetstenius. Sed et Iudaeos, antequam accumberent, solitos fuisse faciem et manus lauare, notissimum est. Quapropter Iesus dixit, lotis non alia lotionem opus esse nisi pedum. Sequentia uerba: καὶ ὑμεῖς — πάντες, tropico sensu accipienda sunt. Καθαρὸι nempe nunc sunt puri sceleris, alieni a prauis consiliis, qui puram habent conscientiam, Sensus igitur esse uidetur: Scio uos nihil mali uobis conficios esse, uos expertes esse prauorum consiliorum. Sed tales non omnes estis. Est unus inter uos, qui praua agitatur consilia, qui me non sincere amat, sed mihi offensus est.

11. ἤξει — καθαρὸι ἐσε) Patet ex his, Christum obscuro illo sermone (u. 10.) tangere uoluisse conscientiam Iudae, animumque eius commouere, ut ad se rediret.

12. ἔλαβε) πρὸ ἀνέλαβε, receptis uestimentis. τί πεποίηκα ὑμῖν) *Quid, quantumque* id sit, quod ego Dominus subii

subi istud seruitium? Inest uero etiam illud: *Quamobrem* sic egerim? Cf. u. 14.

13. ὑμεῖς — ὁ διδάσκαλος) Vel est Vocatiui loco positus Nominatiuus, uel est mutata forma orationis, ut hoc dicatur: Vos compellando me, utimini his uocibus: Magister et Dominus. φωνεῖν h. l. est *nominare*. Recte me agnoscitis pro uestro doctore ac Domino.

14. καὶ ὑμεῖς ὀφείλετε ἀλλήλων νίπτειν τὰς πόδας) Synecdochice unam speciem ponit pro omni genere officiorum, quae alter alteri etiam seruilia et sordida, modo opportuna praestare potest. *Multo magis uos, inquit, qui conseruistis, debetis familia officia deferre.* Phil. II, 3. *Pedilauium* proprio sensu non commendatur; nam ex moribus illorum temporum loquitur et agit hic Iesus. Commendantur potius discipulis amoris et subiectionis officia, et ne alter super alterum se extollat. Vide dicta supra ad u. 8.

15. ὑπόδειγμα ἔδωκα ὑμῖν) Ostendi uobis, quid fieri a uobis oporteat; ut memores huius mei exempli, ab omni fastu alieni, honore, et amicitia et obsequio uos inuicem prosequamini, ut abiecta spe uana externorum honorum et commodorum desinatis contendere inter uos, quis futurus sit primus, et omnes aequales dignitate esse putetis.

16. ἀμὴν — τίμησαντος αὐτὸν) Tritum prouerbium. Matth. X, 24. Luc. VI, 40. et infra XV, 20. Ἀπόστολος hic generale nomen est, missum cum mandatis significans, ut Hebr. III, 1. Phil. II, 25. Repetit Iesus tacite, quod dixerat, se ipsorum esse dominum ipsorum confessione; quare non debere eos se indignum ducere, quod

ipse non detrectasset. *Minister non debet sibi maiorem dignitatem arrogare, quam qua Dominus est.* Sicuti ego nunquam spectavi externos honores et commoda huius uitae, sed ad seruilia ministeria me demisi: ita etiam uos non decet ambire honores et externum splendorem, sed aliorum studiis inseruire, et in eo quaerere honorem, ut meo exemplo alter alteri officia humanitatis et amoris mutui praestetis.

17. εἰ ταῦτα διδάτε — αὐτὰ) Si intelligitis haec, et nouistis quo pertineant, et quid sibi uelint, restat scilicet ad felicitatem necessitas exequendi.

18. ἢ περὶ πάντων ὑμῶν λέγω) Sc. ταῦτα. Non de omnibus tam bene spero. Est enim inter uos aliquis, qui iam omne obsequium studiumque in me exiit. Possunt etiam sic explicari haec uerba: *Non loquor de omnibus uobis, sc. dum uos adhortor ad illam submissionem et mei imitationem.* Scio unum inter uos esse, qui iam admonitiones meas ad se pertinere non putet; huic ea, quae ego modo dixi, dicta non sunt. ἐγὼ — ἐξελεξάμην) *Ego noui quos delegi, sc. comites uitae meae per triennium et futuros doctores.* Cf. supra c. VI, 70. Horum indolem noui; scio qui mei sint mansuri, et qui sit discessurus. ἀλλ' ἴσα ἢ γραφῇ πληρωθῆ) Post ἀλλ' comma ponendum uidetur, ut indicetur subintelligi aliquid. Sensus est: Sed, (hoc euenit scilicet) ut alio exemplo confirmetur, quod scriptum est Ps. XII, 10. Nam Dauides in Psalmo loquitur de prodicione Abitopheli, sed Christus ad suam historiam applicat. ὁ τρώγων — πτέρναν αὐτοῦ) i. e. *Qui seruus et famulus meus est, is se hostiliter contra me extollit, meque pedibus conculare*

culcare studet, i. e. contumeliose me tractat. *Pane alterius uesci* dicuntur, qui ab eo aluntur, ut 2 Sam. XII, 3. Inprimis autem ministri, qui a Dominis nutriuntur. Nehem. V, 14. 18.

19. ἀπ' ἄρτι — ἐγὼ ἐίμι) Haec ideo nunc iam commemoro uobis, antequam existant, ut postquam extiterint, credatis me esse, eum scilicet, quem saepius esse me dixi.

20. ὁ λαμβάνων — πέμψαντά με) Vide Matth. X, 40.

21. ἐταράχθη τῷ πνεύματι) *Perturbatus est animo*, i. e. uehementior tristitia ex uultu atque uoce facile patuit. Tristitiae caussa fuisse uidetur, quod uideret, Iudae animum his sermonibus non commoueri; non redire hominem improbum ad se, sed firmiter perstare in pessimo proposito. Ut igitur conscientiam hominis tangeret, nunc disertis uerbis dixit, quod modo obscurius significauerat. ἐμαρτύρησε) *Dixit*, sancte affirmauit, cum asseueratione iterum testatus est, omnino futurum.

23. ἦν δὲ — ἐν τῷ κόλπῳ τῷ Ἰησοῦ) Corpore in latus sinistrum inclinato, et capite ad mensam porrecto accumbant ueteres; qui igitur infra ad pectus aliorum accumbant, *in gremio* eorum accumbere dicebantur. In gremio aliorum accumbant, qui maxime ab iis amabantur. ἔν ἡγάπα ὁ Ἰησοῦς) Quem familiarius ceteris Iesus diligebat. Hac modesta circumlocutione se designare solet Ioannes, ut infra c. XIX, 26.

24. τυθέσθαι) i. e. ὡς τυθέσθαι, seu ἵνα τύθηται, ut percunctaretur de proditore.

25. ἰπικεσῶν) Erecto corpore aut capite, propius, quasi in aurem Iesu id dixit.

26. ὧ ἰγὼ βάλας τὸ ψωμίον ἐπιδώσω) Hodie adhuc mos in Oriente uiget, ut acida quaedam, oxygara uel talia huius generis iura reliquas ad patinas adstent, in quas manibus, siquidem furcis et cultris non utuntur, singuli offas intingunt, sicque proprio aut hospitem ori porrigunt, teste *Lüdeke* in *Expos. breui etc.* §. 27. Ceterum hoc lenitatis et amoris testimonio Iesus ad resipiscentiam reuocare uoluit Iudam.

27. μετὰ τὸ ψωμίον) Post offulam, sc. *sumtam.* τότε εἰσῆλθεν εἰς ἐκεῖνον ὁ σατανᾶς) *Tunc inuasit eum Satanas.* Ἐισῆλθεν omnino uertendum esse uidetur: *inuasit.* Hoc, si intelligatur maxime proprie, erit: *inuasit* uel corpus uel animum. De corpore nemo cogitabit; ergo *inuasit* animum. Sed hoc non erit ita intelligendum, quasi Satanas se immiserit in animum Iudae. Ergo per laxiorem sensum, quem natura sermonis admittit, dicendum erit, exortam esse in mente Iudae hanc diabolicam cogitationem, uel firmatum esse eum in hoc diabolico proposito. Qui sic loquuntur, nolunt uerba sua urgeri, sed uolunt exprimere tali modo foeditatem et summam prauitatem. Ergo in illo *inuaedere* nihil aliud inest, quam in aliis formulis, sc. in potestate Satanae esse, laqueis Satanae captum esse, 2 Tim. II, 26. Iudas haud dubie, conscientia monente, intellexit de ipso agi, et ira incensus, in detestando suo proposito se confirmauit. ἡ ποίησις, ποιήσον τάχιον) *Visitata mutatione: Quod facis, seu facinus conceptum, perfice celeriter.* Est autem haec non cohortatio Iesu ad opus sceleratum, sed quasi
 expro-

exprobratio, qua deterreri potius quam incitari illum, fuisset aequum. Vt: *I, sequere Italiam. Et Adelphis: effundite, emitte, facite quod uobis lubet.* Apparet itaque, irritatum Iudam properasse ad patrandum cogitatum scelus.

28. ἰδοὺς) Praeter Iesum, Ioannem et Iudam.

29. Vid. supra c. XII, 6.

30. ἦν δὲ νύξ) Initium noctis; nam qui sequuntur sermones in multam noctem sunt protracti.

31. ὅτε ἐξήλαθε, λέγει δ' Ἰησοῦς) Alii uerba ὅτε ἐξήλαθε, antecedentibus iungunt. νῦν ἐδοξάσθη ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου) *Nunc in eo est, ut uera gloria filii hominis seu Messiae lucentius declaretur.* Nam ἐδοξάσθη est praeteritum *propheticum.* Significat Christus, mortem suam instare, quae licet iuxta mundum ignominiae plena uideretur, tamen patris simul et suam gloriam esset illustratura. καὶ ὁ Θεὸς ἐδοξάσθη ἐν αὐτῷ) ἐν αὐτῷ, per eum, sc. filium hominis, seu Messiam. Per Christum Dei uerum honorem clarissime cognosci, notum est. Cf. notata supra ad c. XII, 28.

32. εἰ δὲ Θεὸς ἐδοξάσθη ἐν αὐτῷ) i. e. εἰ δὲ αὐτὸς ἐδόξασεν τὸν Θεόν. Sic enim clarior est sententia. Christus, sicuti per doctrinam, ita etiam per mortem suam illustrauit honorem Dei. καὶ ὁ Θεὸς δοξάσει αὐτὸν ἐν ἑαυτῷ) *Deus eum honore afficiet per se ipsum,* non per angelos, sed per signa in sole et terra, per resurrectionem e mortuis, euectionem in coelum, et donationem summae dignitatis.

33. Ἔτι μικρὸν) Sc. χρόνον. ζητήσατέ με) *Requiretis, expectabitis me redeuntem in hanc terrestrem consuetudinem, potituri scilicet praecipuo honore in regno meo.*

καὶ καθώς — ἐλθεῖν) Non poteritis mecum mori. Occurrunt haec uerba etiam c. VII, 33. 34. VIII, 21. sed alio sensu.

34. ἐντολὴν καινὴν — ἀλλήλως) Heumannus post Gillium, Anglum, ἐντολὴν illustrat allatis exemplis moriturorum, qui *mandant*, uel significant quid a suis agi et curari uelint. *Ultima uoluntas* dici solet a Ictis. Praeceptum *nouum* Semlerus explicat *inexpectatum* his discipulis, de praecipuo honore in regno Christi inter se iam disceptantibus. *Westenius* putat, *nouum* fuisse *praeceptum* de diligendis etiam gentibus, eosque fratrum loco habendis, etiamsi caerimoniae Mosaicas non obseruarent. Secundum alios *nouum* uocat Christus hoc praeeceptum, quia illud a spuria explanatione antiquorum Rabbiorum uindicauerat, et quasi in nouauerat. Aliis ἐντολὴ καινὴ est *praeceptum praestantissimum*; quem significatum καινός interdum, habet ad imitationem hebraici שרדן, eo modo, quo שרדן שיר אשמה καιנזן, *carmen eximium* Prophetae regio et aliis non semel dicitur. Nonnulli ueterum doctorum, quos recentiores multi sequuntur, ita acceperunt, ut uim totam esse in eo uellent: καθώς ἡγάπησα ὑμᾶς. Exponit Iesus, qualem dilectionem requirat, ut nempe pro aliorum salute aeterna nulla defugiamus incommoda, ne mortem quidem. Haec enim est illa Christi dilectio, qua nos dilexit, infra XV, 13. Cf. I Io. III, 16. Sed haec non unica fuisse uidetur causa, cur Christus *nouum* dixerit hoc praeeceptum. Ergo uberius explicanda est res. Est nempe restrictio propositionis cuiusdam quaerenda in natura rei, in serie orationis, in personis de quibus sermo est, et in ipso tempore, quo aliquid dictum est.

Natu-

Naturam rei, et seriem orationis si spectamus, amor mutuus describitur ut summum sectatorum Christi officium, et nominatim amor exferens se talibus factis, qualibus Christi amor se exferuit, atque ideo se exferens, quoniam Christus hoc exemplum praebeuit. Ergo *nouum* erat hoc praeceptum, quatenus amor mutuus commendatur tanquam summum sectatorum Christi officium, et signum huius societatis. u. 35. Porro *nouum* erat propter personas, quibus commendabatur. Dixit nempe Iesus hoc suis discipulis, qui profecto huc usque non putauerant, talem amorem esse notam sectatorum Christi, sed potius hoc esse signum, quo agnosci possit, eos esse sectatores magistri sui, si in regno eius insigni et conspicuo fruerentur honore, quem toties expetierant. Ergo discipulis, tali sensu imbutis nouum erat hoc praeceptum relate ad ipsorum sensus et indolem; antea enim sibi longe aliud persuaferant, quod eo magis hic spectandum est, quoniam sub hoc ipsum tempus rixa de principatu in regno eius inter eos orta erat; quare errorem eorum corrigere uoluit Iesus partim pedilauio, partim etiam hoc sermone. Denique etiam spectandum est tempus, quo Christus docuit, et haec dixit. Floruit nempe adhuc religio Iudaica, in qua nota cultorum Dei posita fuit in circumcissione, in sacris faciundis in templo Hierosolymitano in caerimoniis et ritibus ex lege Moisaica obseruandis. Inde discimus, non unam sed plures fuisse causas, cur Iesus hoc amoris mutui praeceptum diceret *nouum*.

35. ἐν τέτρω — ἐν ἀλλήλοις) Ἐν τέτρω πρὸ ἐκ τέτρω ἢ διὰ τέτρω, ex hoc, per hoc. Discipuli Pharisaeorum noscebantur ex habitu et caerimoniis; Ioannis Baptistae ex uitae austeri-

austeritate et ieiuniis; at discipuli Christi cognoscuntur imitatione magistri, i. e. mutua dilectione. Recte hic Grotius: „ Quid dicerent ueteres Christiani, (Apostoli) si nunc notas ecclesiae audirent magnis certantium clamoribus adferri omnes potius, quam illam, quam magister adsignauit? „

36. *πῶς ὑπάγεις;*) Vid. u. 33. Existimauit Petrus, Dominum iter parare in regionem longinquam, plenum incommodis. *ἔπες — ἀκολοῦθήσαι*) *Nunc me nondum comitari potes.* Recte significat Iesus Petro, nondum illi esse sat animi, ut mortem subeat, per quam iter fit in coelum. *ὑστερον — μοι*) *Aliquanto, posteriore tempore (paeter hin) sequeris me.* Vide infra c. XXI, 18.

37. *διὰ τί — ἄρτι;*) Quid impedit? Putasne ulla itineris molestia me terreri? *τὴν ψυχὴν — θήσω*) Si opus sit, etiam mortis discrimini me pro tuo capite obiciam. Phrasin habuimus supra c. X, 11.

38. *τὴν ψυχὴν — θήσεις;*) Interrogatione hac significat Iesus, se minime id credere. *εἰ μὴ — τρίς*) *Prius ter negabis me tibi cognitum, quam gallus cantet.* Ioannes accuratior est ceteris Euangelistis in designando tempore, quo Iesus hoc praedixerit.

CAP. XIV.

I. **M***ὴ παρασείσω ὑμῶν ἢ καρδία*) *Ne perturbetur animus uester; non est, quod ob ea quae dixi, despondeatis animum.* Videntur discipuli isto sermone, de Christi discessu, de periculis, de abnegatione uarie commoti fuisse. Itaque eos erigit magister. *πιστεύετε εἰς τὸν Θεόν, καὶ εἰς ἐμὲ πιστεύετε*)

Conne.

Connexio ipsa ostendere uidetur, τὸ πιστεύετε non in Indicatio, sed potius Imperatio esse explicandum. Sensus est: *Fiduciam uestram collocate in Deo et in me.* Nam haec est significatio phrasaeos πιστεύειν εἰς τινα. Deus omnipotens est, et unus plus potest omnibus, qui uos impugnant. Nec ego uobis deero, etsi porro non uobiscum hic uersabor; prospiciam uobis de aeterna felicitate, licet regnum nullum inter homines moliar.

2. ἐν τῇ δικίᾳ — εἰσιν) *In domo patris mei satis multae sunt habitationes.* Vobis etiam iam quasi assignata sunt uestra habitacula, in eodem quasi palatio coelesti. Similitudo a regia. Τὸν ἕρανδον ἑυρδον opponit latebris hominum eictorum. Luc. II, 7. XIV, 22. Io. XVI, 2. Rom. XV, 2). Μονὰ πολλὰί εἰσιν, sc. ἡτοιμασμένοιαι. Nihil enim frequentius Hebraeis, quam ut uerbo substantiuo participium subducant. Μονή, habitandi locus, ἀπὸ τῆς μένειν, *manendo.* Et singulares ac solitarias habitationes μονὰς, et illa loca μονατήρια dixere. Dicit igitur Christus, non sibi soli, sed et discipulis parata esse praemia. εἰ δὲ μὴ) *Si ita non esset; si res aliter se haberet.* Supple: Ne id quidem nos celassem. εἶπον ἂν ὑμῖν, πορεύομαι ἐτ. τοκ. ὑ.) Nonnulli post uerba εἶπον ἂν ὑμῖν posito signo interrogationis, uertunt: *An me hoc dicturum fuisse putatis?* i. e. uobis illud non dixissem. Alii post ὑμῖν ponunt punctum uel colon: *dicerem uobis,* nempe uobis non paratum locum in coelestibus illis regionibus; ademissim uobis spem inanem. *Chrysostomus:* ἀφθονία γὰρ ἐκεῖ πολλὰ καταγωγίων, καὶ ἕκ ἑνὸς εἰπεῖν, ὅτι ἑτοιμασίας δεῖται. Sed prior ratio magis placet, ob comma sequens. In uerbis πορεύομαι ἑτοιμάσαι τόπον ὑμῖν est similitudo, sumta
ab

ab uno comitum, qui in itinere praegressus ad diuersorium, ibi ceteris cubicula assignat, et efficit, ut uenientibus parata sint.

3. καὶ ἴδὼν — ἐμαυτὸν) *et ubi profectus* (in coelum sublatus) *fuero, et parauero uobis locum,* (cum hoc promisso, uos esse secuturos,) *reuertor* suo tempore, *et uos morte transferam ad me, ut, ubi ego sum, uos etiam fitis,* ut eam percipiatis felicitatem, qua ego fruor. Continuatur similitudo. Nam solent, qui primi in diuersorium uenerunt, ceteris iam aduentantibus obuiam procedere, et eos introducere. Alii ita coniungunt uerba cum u. antecedente: *Eoque facto, me esse reuersurum, et uos totos ad me recepturum.*

4. καὶ ὅτις — ὁδὸν οἴδατε) *Scitis quo uadam, nec uiam ignoratis.* Hoc aenigmate subindicabat Dominus, se proficisci ad patrem, sed per mortem. Nam patris domum esse coelum, et abire in hanc domum se non posse nisi corpore hoc mortali deposito, facile intelligere poterant; sed moeror et obliuio faciebat, ut quod sciebant, nescirent. *Viam* scitis, sc. quam uos ingredi et sequi oportet, ut perueniatis ad patrem. Hanc uiam nouerant ex totius triennii usu et consuetudine cum Iesu, et ex eius doctrina.

5. Profitetur igitur Thomas, se utrumque nescire, simulque rogat Christum, ut apertius mentem delectaret.

6. ἐγὼ εἶμι ἢ ὁδὸς) *Dux uiae, i. e. is, qui uiam monstrō, quā peruenitur ad patrem, et felicitatem aeternam.* Monstrat autem Christus hanc uiam doctrina et exemplo. καὶ ἡ ἀλήθεια) *Doctōr ueritatis diuinæ, qui uere salutem*
affert

affert humano generi. καὶ ἡ ζωὴ) *Auctor uitae*, seu aeternae felicitatis, ut c. V, 24. VI, 40. 47. Ostendit itaque Christus, se per doctrinam suam monstrasse uiam ad aeternam felicitatem, eiusdemque se esse auctorem. εἶδὲς — δι' ἐμοῦ) *Nisi per me*, i. e. nisi mihi fidem habeat, meque imitetur. Ad patrem peruenire idem est ac felicitatem aeternam consequi.

7. εἰ ἐγνώκετέ με) *Si me cognouissetis*, quale nimirum sit munus, demandatum mihi a patre. Opponitur ineptis uotis et desiderijs, quibus felicitatem parum dignam a Deo expectare solebant. τὸν πατέρα με) i. e. consilia et uoluntatem Patris. ἀπ' ἄρτι γινώσκετε αὐτὸν) *Paulo post cognoscetis eum*; i. e. longe augustiorem et digniorem ideam animo uestro concipietis, missis falsis de Messiae regno terreno opinionibus. καὶ ἑώρακατε αὐτὸν) *Cognoscere Deum, et uidere Deum idem est*, quum dicatur alibi: Deum nemo uidit unquam. Fortassis etiam uerbis ἀπ' ἄρτι — αὐτὸν, hoc uoluit dicere Christus: Quanquam iam imbuti estis cognitione aliqua Patris; non plane frustra fuit mea ad uos institutio. Sed nec hoc discipuli recte intelligunt, ut sequentia docent.

8. δεῖξον ἡμῖν τὸν πατέρα) Putabat, sic conspici posse patrem, quemadmodum conspiciebant filium; uel expectabat *apparitionem*. ἀρκεῖ ἡμῖν) Satisfactum esset uotis nostris, nec quicquam desideraremus. Audiuius quidem de eo multa, tantum superest aspectus.

9. μεθ' ὑμῶν ἔρχομαι) *Vobiscum uersor*, uos docens. εἰ ἐγνώκας με) Sc. quoad munus a Deo mihi demandatum, et finem primum meae missionis. ὁ ἑώρακώς ἐμὲ, ἑώρακα τὸν

πατέρα

πατέρα) *Qui me uidet, Patrem uidet*, quatenus nempe uideri potest. *Videre* autem Deum nemo mortalium potest oculis corporeis. Ergo ὁρᾶν idem est ac *cognoscere*. **BEN-GELIUS**: *Sicut anima, quae per se non cernitur, cernitur ex eo, quod illa per corpus agit; sic Patrem is uidet, qui Christum uidet*; quod obscurum est. Contextus docet, Christum ad sublimiorem suam et diuinam naturam respicere his uerbis; se nimirum diuinam cum Patre potentiam et scientiam habere communem. *Philippus* enim comm. 8. apparitionem Dei externam optauerat. Respondet Christus, ea non opus esse iis, qui cum ipso sint uersati, miracula ab ipso edita oculis perspexerint, suamque doctrinam recte perceperint. Videntur tamen omnia redire ad doctrinam et institutionem quae quidem uia sit ad ueram felicitatem, ut sensus sit: Qui meam doctrinam intelligit, is intelligit etiam qualis sit pater, quo sensu erga uos et alios homines sit affectus, quantopere uos amet. Qui enim Christum, eiusque diuinam doctrinam recte cognoscit, is Deum uidet, quatenus uideri, i. e. cognosci potest, quia Christus ea docuit, quae nonnisi Deo soli erant perspecta. Cf. c. I, 18.

10. ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοὶ ἐστίν) *Me patri esse coniunctissimum*; nam haec est phraeos ἐν τινὶ εἶναι significatio. Qualis illa sit coniunctio, ex sequentibus Christi uerbis patet. τὰ ῥήματα — λαλῶ) Phrasus: λαλεῖν ῥήματα hebraica est, et significat *docere*, ut adeo sit sensus: *Quae ego uos doceo, non ex mea priuata auctoritate doceo*. Doctrina mea tanquam ipsius Patris doctrina est consideranda. Deus ipse per me loquitur. ὁ δὲ πατὴρ — ἔργα) *Pater*

Pater coniunctissimus mihi, per me (miraculis sc.) suam declarat uirtutem. Dei proprietates ex operibus cognoscuntur, quae nunquam maiora et plura quam per Christum edita sunt, ita ut in istis sapientiam Dei, bonitatem, potentiam, luculentissime spectare potuerint homines.

11. διὰ τὰ ἔργα αὐτὰ πιστεύετε μοι) Quodsi dicenti mihi hoc minus creditis, persuadeant uobis ea opera, i. e. mirabilia facta, quae a me fiunt. Facta enim quae uidistis Deo digna, et homine maiora, uobis fidem facere debuerant, Patris esse quicquid ex me proficiscitur.

12. 13. ὁ πιστεύων εἰς ἐμέ) *Quicumque (e uobis) fiduciam suam in me collocauerit.* Dicit Christus, nihil detrimenti ipsis allaturum esse corporis sui subductum conspectum. καὶ μείζονα τῶν ποιήσει) Theophylactus ita: Non solum ego possem maiora miracula efficere, sed possum aliis etiam potestatem dare, ut ipsi quoque efficiant. Sunt qui maiora ab Apostolis facta miracula ea iudicent, quae in historia Apostolica Lucae memorantur: allata sudaria et semicineta, et imposita aegrotantibus, itemque umbras Apostolorum restituisse sanitatem. Sed possunt etiam intelligi opera μείζονα effectū, quoniam scilicet per Apostolorum miracula multo plures adducti sunt ad religionem Christianam. Christus enim intra Palaestinae fines substitit; Apostoli autem omnem terrarum orbem peragrarunt. ὅτι ἐγὼ πρὸς τ. πατ. μ. πορεύομαι — ἐν τῷ ὕμῳ) Haec ita uno spiritu legenda esse cum Grotio puto. Verte: *Nam ego ad patrem profectus, efficiam quicquid in mea causa postulaueritis, in eum nempe finem, ut Patris honor per filium incalescat.* Similitudo sumpta ab eo, qui ad regem profectus coram commendat

Tomus II. D d amicorum

amicorum desideria. Abeo, non uos relicturus, sed causam uestram fortius *apud patrem* acturus. Si uos potui iuuare hic in statu humili, multo magis id faciam in solium euectus. Rom. VIII, 34. Notandi Hebraismi: πορεύομαι καὶ ποιήσω, i. e. profectus efficiam. Ἐν τῷ ὄν. μ. *meo nomine*, respectu mei, quoniam ego sic institui et iussi, in rebus ad religionem a me traditam pertinentibus. Praestabo uobis, inquit Iesus, quicquid petieritis in munere uestro, in negotio religionis tradendae et propagandae, ad edenda miracula, ad tolerandas calamitates, ad uincendos aduersarios etc. *ὡς — ὡς, ut illustretur pater per filium.* Eo quod Iesus Messias, ad summam dignitatem euectus, semper audiuit preces Apostolorum, et petita praestitit, eo ipso illustratus est Pater; innotuit maiestas Dei, habentis talem filium. Paulo aliter hunc locum u. 12. 13. explicat *NOESSELTUS* in appendice ad Fascic. II. opusculorum etc. p. 388. sqq. Per τὰ ἔργα nempe non intelligit *miracula*, sed omnia, quae agerent discipuli ad Dei mentem, praecipue ea, quae tanquam doctores in Christi locum substituti, ad disciplinam diuinam docendo agendoque commendandam hominibus, facerent. Nec male. Nam ἔργα, s. ἔργον τῷ Θεῷ completuntur omnino id quod est Dei uoluntati consentaneum, inprimisque negotium Christi uniuersum, quod tradenda Dei uoluntate perficere in his terris debebat, ut c. IV, 34. c. XVII, 4. coll. u. 6. et alias. Quum igitur Christus promittit discipulis, eos facturos esse maiora ἔργα, quam ipse fecisset, hoc uult, eos plura et uberiora quam ipse Christus tradidisset, ad hominum intelligentiam esse traducturos. Erant nimirum multa, quae Christus dicenda habebat Apostolis, a quibus tamen communicandis se

consulto, propter eorum tarditatem cohibuerat. Promittebat autem alium magistrum, Spiritum sanctum (c. XVI, 7. XIV, 26.) qui doctrinam a se nondum perfectam perficeret. Videtur igitur omnino sensus esse, ipsi Christo praestituros esse Apostolos *factis*, quod post eius discessionem, accuratius afflatu diuino eruditi, eam, quam Christus quodammodo imperfectam reliquisset doctrinam, uberiolem tradituri essent. In explicando u. 13. consentientem nobiscum habemus *Noesseltum*. Varias significationes uocabuli *διδάσκων* accurate enumerauit et explicauit Vir doctus p. 392. sqq.

15. *ἴαν — τηρήσατε*) Ostendite amorem uerum non lacrymis, aliisque signis fallacibus, sed obedientia x Io. II, 5, V, 3.

16. *ἄλλον παράκλητον*) *Alium adiutorem*. Respondet hebraicae uoci *מליץ* quae Graecis Bibliorum interpretibus est *ἐρμηνευτής* *interpret alienae orationis, sententiae* Gen. XLII, 23. Chaldaei usi sunt in uocis *מליץ* interpretatione nomine *פְּרָקְלִיט* uel *פְּרָקְלִיטָא* Iob. XVI, 20. XXXIII, 23. quod temporibus Euangelistarum uulgari Hebraeorum usu cum multis aliis Graecis frequentabatur. Quocumque loco a Ioanne ponitur, adduntur ea attributa *τῷ παρακλήτῳ* et actiones, ut certissimum sit, hoc ad docendi modum, rationemque referri. Dicitur enim *τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, Spiritus ueracissimus, ueritatis auctor, ipsa ueritas*, cui maxime fas sit credere. Nec incommode quis *aduocatum* reddat; dummodo eo sensu, quo haec uox apud Plautum, Ciceronem aliosque antiquos scriptores dicitur, quo significat eum, qui *moneat, doceat, consilioque iuuet*. Nam causam

agere, defendere, deprecari, ad *cauffarum patronos* pertinet. Sic Philo de Opific. M. p. 4. ubi Deum condidisse hoc uniuersum ait, ἐδενὶ παρακλήτω, *nemine momente*. Ergo Spiritus sanctus dicitur Apostolorum *adiutor*, quia eos in munere gerendo adiuuit, non tantum docendo, sed aliis etiam modis, e. g. in edendis miraculis, in tolerandis calamitatibus etc. εἰς τὸν αἰῶνα) **עלמ** *in perpetuum*, non ad aliquot tantum annos, sed ad dies uitae uestrae; nam **עלמ** saepe denotat diurnam durationem, accommodatam rebus et personis de quibus sermo est. Exod. XXI, 6. Gen. XVII, 7. 13. 19. Philem. 15.

17. τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας) *Spiritum ueracissimum*, qui ueritatem, i. e. perfectiorem doctrinam reuelat, et confert. ὁ δὲ κόσμος ἢ δύναται λαβεῖν) *Κόσμος* h. l. sunt per synecd. *homines improbi*, nonnisi terrenis ac falsis bonis inhiantes, uel potius alieni a christiana religione; qui eam contemnant. Illi igitur *non possunt accipere uel in animum admittere illum spiritum, ueritatis doctorem*. ὅτι ἢ θεωρεῖ αὐτὸ) *Quia non sensibus eum percipiunt*, nec oculis corporeis uident. Nam nonnisi crassa terrenaque amant. ἢ δὲ γινώσκει αὐτὸ) *Nec eum desiderant*. Ignoti enim nulla cupido. Illud γινώσκειν de notitia *affectiua* est intelligendum. 1 Cor. II, 14. ὑμεῖς δὲ γινώσκετε αὐτὸ) *Vos eum mox cognoscetis*. *Vulgata* habet: *noscetis*. Et recte quidem; loquitur enim Christus de futuro, comm. 16. *Vos*, praeparati scilicet per meam doctrinam. παρ' ὑμῖν μένει) *Perpetuo uobis aderit*. καὶ ἐν ὑμῖν ἔσται) *In uobis quasi habitabit ipse ille spiritus, ut in templo*, i. e. uobis perpetuo aderit; adiuuabit uos.

18. ἕκ ἀφήσω ὑμᾶς ὀρφανούς) Sc. *interea*, dum id fiat, non relinquam uos orphanos, meoque solatio destitutos. Sunt ὀρφανοὶ proprie orbi parentibus; sed transfertur nomen illud ad relictos solos et destitutos, ut in Phaedro Platonis: ὀρφανὸν παντός, omnibus bonis destitutum. ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς) Sc. ad breue aliquod tempus, post meam resurrectionem.

19. ἔτι μικρὸν) In neutro genere generaliter: Adhuc modicum, sc. temporis, reliquum est. καὶ ὁ κόσμος μὲ ἕκ ἔτι θεωρεῖ) Improbi isti homines, (qui me uita hac priuabunt,) me non amplius conspicient, ut iam, inter ipsos uersantem. ὑμεῖς δὲ θεωρεῖτε με) Conspicietis me, iterum uiuum, post mortem. ἔτι ἐγὼ ζῶ) Vitae restituar. καὶ ὑμεῖς ζήσαθε) Atque tum et uos multo laetiores uitam uiuetis; incolumes eritis. Nam ζῆν saepe est *beate uiuere*.

20. ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ) *Isto tempore*; כִּי יָבִיחַ, post meam resurrectionem. Non describitur certus *dies*, sed *tempus*, quod iam secuturum erat, et quo spiritus sanctus animis ipsorum illapsurus erat. γνώσαθε ὑμεῖς) Sc. multo perfectius quam antehac; per explicationem ueterum uaticiniorum, Luc. XXIV, 45. et per ipsam experientiam. ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ μὲ) Me coniunctissimum esse patri; egisse me omnia ex auctoritate, iussu et uoluntate patris. καὶ ὑμεῖς — ὑμῖν) Me uobis, et uos mihi esse coniunctissimos. Tum enim diligentem dabitur operam, ut doctrinam meam ad alios propageris; et ego per uos porro meam prouinciam inter homines perfectius explebo.

21. ὁ ἔχων τὰς ἐντολάς μὲ) *Retinens doctrinam meam*. Ponitur ἔχων pro κατέχων, ut saepe. Nempe hortatur, ut

ne spe aut metu praedicationem doctrinae suae negligent. καὶ ἐμφανίσω αὐτῷ ἐμαυτὸν) Plura atque maiora ipsi manifestabo, quae ad me et doctrinam meam pertinent, uel ad illam gloriam quam capeffo. Exod. XXXIII, 13. Ἐμαυτὸν, i. e. τὰ ἐμὰ, τὰ περὶ ἐμοῦ, τὸ ἐμὸν. Haec autem obscurius locutus est Dominus, non solum indicans, quod rediuuius a morte frequenter sese praebiturus esset amicis suis contuendum, sed etiam quod per spiritum suum semet insinuaturus esset illorum animis. Et de hac uberiore et praestantiore cognitione, quam Spiritus sanctus iis esset suppeditaturus proprie est sermo. Haec promittitur tanquam praemium iis, qui iam tenerent praecepta Christi et sequerentur, eaque re suum in Deum et Christum amorem probarent.

22. ἔχ ὁ Ἰσκαριώτης) Separat cognomine Iudam hunc, qui Christum interrogabat, ab altero Iuda proditore. Hunc autem Iudam Thaddaeum et Lebbaeum quoque uocarunt. τί γέγονεν) *Quid factum est? Quid fit? Quid est cur? Quid causae est?* Obscurus erat Iudae sermo Christi, ideo interrogat: Quid est causae, quod, quum nunc omnibus sis conspicuus, tunc non sis appariturus mundo, (improbis hominibus) sed nobis duntaxat? Nonne publice manifestabis, te esse Messiam?

23. ἀπεκρίθη Ἰησοῦς) Non aperte respondet Iesus ad id quod rogabatur, sed ad id sermonem reflectit quod magis oportebat illorum animis infixum esse, quo iam praepararentur ad spiritualem Domini copiam. Ideo, inquit, non exhibebo me mundo, quia non diligit me, nec seruat mea praecepta. Quo sensu se manifestaturus esset suis, non clare exponit, quia discipuli apertiora ferre nondum poterant.

rant. ἴδω τις — τηρήσει) Haec et quae sequuntur, rursus uno legenda esse Spiritu, *Grotius* monet, ut Christus dicat mirari Iudam non debere, si non omnibus ipse se ostendat, quanto et Patri is mos sit, se non patefacere nisi sui amantibus. Aliis τηρήσει uidetur positum esse loco Imperatiui, ut saepe. Sensus est: Amoris studiique in me sui non potest aliquis luculentius documentum edere, quam hoc, ut praecepta mea obseruet. καὶ πρὸς — μόνῃ παρ' αὐτῶ ποιήσομεν) *Et nos ei aderimus beneuole et perpetuo; nunquam eum deseremus, summa beneuolentia eos amplectemur.* Desumpta est haec phrasid ex *Leuit. XXVI, 11.* *Ezech. XXXVII, 26.* et locis similibus, et indicat simpliciter, Deum cultores suos omnibus religioni propriis bonis ornaturum; eiusmodi hominibus eum adesse beneuole et perpetuo uelle. Est igitur in his uerbis non alia fere significatio quam τῷ ἐμφανισμῷ u. 21. h. e. incrementi rectae cognitionis. Alia est *Semleri* et *Lessii* interpretatio, qua πρὸς αὐτὸν refertur ad Patrem, ut Christus dicat: *ego et amicus meus uenimus ad patrem, perpetuo apud eum mansuri.* Cf. supra u. 2. 3. Sed prior interpretatio praeferranda esse uidetur.

24. ὁ μὴ — ἔ τηρῆι) Inuersa oratio, pro: Qui uero praecepta mea non obseruant, (ut mundani homines,) ii me non diligunt, nec tanta felicitate fruuntur. ἔκ ἔστιν ἐμὸς) Quod docui uos, non sic est mea doctrina, ut non sit eadem patris, sed potius Patris est quam mea. Contemnit itaque Deum ipsum, qui Christi praecepta non seruat, nec potest ad Patrem peruenire. Cf. supra comm. 6.

25. παρ' ὑμῶν μένων) *Dum inter uos adhuc me uersari licet.* Haec ad uos consolandos breuiter uobis dixi, quoad fert temporis ratio. Maiora in tempus aliud differenda sunt.

26. ἐν τῷ δούματι με) *Propter me*, ut uices meas suppleat, ad promouendam meam causam, i. e. religionem a me traditam, et porro confirmandam. πάντα) *Omnia* quae nunc propter tarditatem uestram uobis declarare non possum. καὶ ὑπομνήσει — ὑμῶν) *Omnia*, quae loquor uobis rudibus adhuc et parum capacibus, adhaec obliuiosis, suggeret in memoriam; et quae prius non intellexeratis, efficiet ut intelligatis.

27. εἰρήνην ἀφίημι ὑμῶν) *Felicitatem uobis (multam) relinquo.* Nam Hebraeorum 𐤇𐤃𐤃 quodcunque genus felicitatis denotat, quod pax multorum aliorum, quae in bonis habentur, causa sit. Quasi dicat: Hac ratione bene compositae erunt res uestrae; feliciter omnia habebunt. εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῶν) *Meam, me dignam felicitatem uobis impertio.* Nimirum aliud est genus felicitatis, quam quod uos solebatis a Messia expectare. Grotius εἰρήνην δίδουσι interpretatur *ualedicere*, de cuius rationis ueritate merito dubitat *Raphelius* in annotat. Polyb. ad h. l. Commendare tamen uidentur hanc interpretationem sequentia uerba: εἰ καθὼς — δίδωμι ὑμῶν. Nempe maior pars hominum salute alios impertit sono uocis, nihil saepe de re cogitans, et si cogitet, tamen id alteri nihil prodest. Ego autem, inquit Christus, non tantum bona quae uis ex animo uobis exopto, sed tribuo etiam. Ita εὐλογεῖν, quod est *bene precari*, quum de hominibus usurpatur, significat *benefacere*, quum Deo tribuitur.

μη παρασείσω) Haud dubie tristis uultus discipulorum inter-
nam animi perturbationem prodidit. Hortatur igitur, ut
ne omnino animum abiciant, consilii quasi inopes.

28. ὑπάγω, καὶ ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς) *Abeo quidem* (a nobis
ad tempus,) *sed redibo ad uos.* εἰ ἡγαπᾶτέ με — πατέρα)
Si amaretis me, h. e. mei magis quam uestri amantes effe-
tis, certe gauderetis quod dixerim ad Patrem me profe-
cturum. ὅτι ὁ πατήρ μου μείζων μου ἐστίν) *Maior est pater*
meus auctoritate, quam ego; nam μέγας interdum est ma-
gnus auctoritate, ut Matth. XX, 26. Luc. IX, 48. aliisque
locis. Oportet me mandatis Patris obsequi, atque sic fru-
ctum pietatis amorisque in eum capere. Vid. infra u. 31.
Potest etiam Iesus hoc ideo dixisse, ut intelligerent disci-
puli, et se apud Patrem fore tutum, et ipsis in patre plus
fore praesidii, quam in sua uisibili praesentia. Quicquid
sit, loquitur Christus de se tanquam de *Messia*; maiorem
uero patrem esse *Messia*, certissimum erat. Vnde et Apostoli,
ubi de opere, quod Christus exsecutus est, loquuntur, ita lo-
quuntur, ut Patrem quodammodo praeferant. 1 Cor. XI, 3.

29. ἵνα — πεισώσητε) *Vt, ubi hoc euenerit, in ea de*
me maneatis persuasione, ut ne labefactetur fides uestra.

30. ἔτι ὅτι πολλὰ λαλήσω μεθ' ὑμῶν) Quia nimirum pa-
rum superest temporis. ἔρχεται) Sc. per suos satellites,
summis uiribus aggressurus me, ut prorsus deliciat et ex-
tinguat. Satanus, quum dicitur uenire, describitur ut ho-
stis et aduersarius Christi. Ergo sensus est: *Satanus in-*
uadit me. Nunc instat tempus, quo illi Iudaei flagitiosi
mihi uitam erepturi sunt. καὶ ἐν ἡμῶν ἐκ ἔχει εὐδὲν) *Sed*
nihil contra me ualet; nam ἐν hebr. □ *contra; et ἔχει,*

ualere, *posse*, ut Matth. XVIII, 25. Non uincet me, sed ipse potius se uictum prostratumque sentiet. Quanquam fuero interemtus, tamen in uitam redibo, meumque opus nihilominus continuabitur. Alii: *Sed in me nihil habet, quod culpare possit*, ut ἐν ἐμοὶ idem fit, quod πρὸς με.

31. ἀλλ' ἵνα — ἔτω ποιῶ) Nonnulli supplendum putant: *illud fit*. Aliis καὶ ante καθὼς est, *propterea*. Sensus est: Vt cognoscant homines, me amore Patris compulsum mandatum eius libenter exsequi. ἐγείροσθε) Sc. a mensa. ἄγωμεν ἐν τεύθει) *Abeamus hinc* nempe ex urbe ad montem oliueti, ut morti obuiam eam. Habiti sunt itaque qui sequuntur sermones ad cap. usque XVIII, in ipso itinere.

CAP. XV.

I. **E**γὼ εἶμι ἢ ἄγγελος ἢ ἀληθινὸς) Accurate illustravit hoc caput IO. AUGUSTUS NOESSELTUS in Progr. quod continet interpretationem Grammaticam capitis XV et XVI. Euangelii Ioannis. Vid. eius opuscula ad interpretationem Sacrarum Scripturarum, Fascicul. II. Halae 1787. p. 25. seqq. Conferri potest SAM. FR. NATHAN. MORI *dissertatio de notionibus uniuersis in Theologia*, in Dissertatt. theologis et philologicis Lips. 1787. p. 263. sqq. Agit uero hoc caput proprie non de omnibus Christianis, sed de Apostolis eorumque munere; nam continentur in eo quaedam futuris Christi legatis eorumque muneri haud dubie propria, u. 16. 26. 27. Foret ergo cuiusdam inconstantiae, alium nersum de Christianis eorumque uita et officiis omnibus, alium de legatis Christi eorumque munere interpretari. Monentur igitur Apostoli, ut operam dent, ne coniunctio ipso-

ipsorum, legatorum et discipulorum, cum Christo, a quo edocti institutique erant, unquam dissocietur, hoc est, ne desinant esse ueri eius ministri, legati et discipuli: qua quidem coniunctione soluta, nihil in ulla parte muneris gerendi praestare queant. Simul apparet, iis hac conditione, si salua coniunctio manserit, et bona promitti, gerendo nominatim muneris necessaria, (u. 2. 7. 26.) et fauorem Christi atque approbationem constantem. Christus itaque *uitis* imagine se describit *doctorem*, auctorem religionis salubris et Deo dignae; discipulos suos iubet imitari palmitum indolem; quia aliter Deo fructus ferre non possint. Quam Christo in more esset, ut ex rebus conspectis similitudines acciperet, quibus doctrinam suam illustraret, uerosimile est eum iuxta uineam tunc cum discipulis transiisse; uel quae uerisimilior est *NOESSELTII* coniectura, uidetur Iesus incidisse in commemorationem sui, qui sit *uera uitis* occasione coenae ultimae cum discipulis celebratae, in qua, ut ceteri Euangelistae referunt, negauit se porro bibiturum *de hoc uitis fructu*, Matth. XXVI, 29. Dicit igitur Iesus: *ἐγὼ εἰμι — γεωργός ἐαί*) *Ego uera sum uitis, et pater meus uinitor est. Veram se uitem dicit, ut c. VI, 32. uerum panem* propter ea, quod a patre constitutus sit in terrarum orbe, ut per se doctrinamque suam uim quandam tribueret ad bene beateque uiuendum. Patrem autem uocat uinitorum, quia ab eo missus erat.

2. *πᾶν κλήμα — ἀραιεῖ αὐτὸ*) *Omni palmitem in me qui non fert fructum, amputabit.* Palmitem dicit Iesus discipulos suos, quod doctrinae a se traditae interuentu uim recte agendi consequerentur. Qua si minime uterentur,

nec

nec ferrent idoneos fructus, uerendum esse dicit, ne inutilis instar palmitis refecentur, h. e. desinant esse Christi discipuli iacturamque salutis faciant. Cf. Rom. XI, 17. καὶ πᾶν — φέρῃ) *Omnem contra, qui fructum fert, purgabit, ut ad fructus ferendos uberior sit*; i. e. locupletat talem discipulum doctrinae obsequentem ueritate ubertateque scientiae, ut locupletior ad bene agendum sit. Nempe Deus Pater, ad quem fructus uitis et palmitum, et iudicium de palmitibus pertinet, in cuius honorem totum hoc uergit, quod Christus dux et doctor habet sectatores et ministros, Deus ergo, ut *uinitor* (u. i.) pretium iis statuatur, fideliter munere docendi fungentes; non *amputabit* palmites, sed iam deputatos porro deputabit, augebit scientia, magisque in dies erroribus liberabit, et idoneos officiis praestandis reddet.

3. ἤδη — λελάληκα ὑμῖν) *Iam uos purgati (deputati) estis per doctrinam, quam uobis tradidi*; i. e. iam edocti a me, erroribus liberati, munerique praeparati estis.

4. Μείνατε — ἐν ὑμῖν) *Manete mecum coniuncti, sicuti et ego uobiscum*. Sensus est: Sequamini doctrinam meam, qua ego uos imbui. Nam in *Christo manere* h. i. idem esse ac *tenere doctrinam Christi* eamque sequi, docemur u. 7. ubi Iesus ex eo, quod dixerat, μένατε ἐν ἐμοί, καὶ ἡ ἐν ὑμῖν, haec concludit: si manseritis in me, et *doctrina mea in uobis manserit*. Repetitur eadem res diuersis uerbis. Cf. 1 Io. II, 14. ἀφ' ἑαυτοῦ) Vi aliqua propria, quam habeat extra uitam. ἕτως ἡδὲ ὑμεῖς) Sic et uos sc. fructus ferre non potestis. εἰ μὴ ἐν ἐμοί μένητε) Nisi me meamque doctrinam diligenter retineatis.

5. ὅτι χωρὶς — ἐδὲν) i. e. Nisi a me edocti sitis, et in hac doctrina unice perstetis, non potestis munere legatorum meorum et interpretum ad homines recte fungi, nec discipuli mei ministrique dici. χωρὶς ἐμῶ, a me quasi seiuncti, non edocti a me. Ὅυ δύνασθε ποιεῖν ἐδὲν, nihil praestare potestis, sc. eorum, quae uobis, legatis meis agenda sunt. Cf. 2 Cor. III, 5.

6. εἰάν μὴ — ἐξήρανθῃ) Vide supra u. 4. 2. Si quis non retinuerit doctrinam meam, desinet esse discipulus meus; eiicietur sicuti palmes abscissus a uite eiicitur et arefcit. Ἐβλήθῃ ἔξω, i. e. ἐκβληθήσεται, a patre, qui uinitorem agit, extra uineam. Enallage temporis usitata, quasi id iam factum fit, quod certo futurum affirmatur. καὶ συνάγασιν — βάλῃσιν) Impersonaliter: colligi et coniici solent. Talis discipulus a Patre meo seure punietur.

7. εἰάν μείνητε — γενήσεται ὑμῖν) Si mihi coniuncti manseritis, et doctrina mea in uobis manserit, tum quodcumque rogaueritis, id quidem continget uobis. Cf. supra u. 4. Haec promissio hoc in loco pertinet ad Apostolos, eorumque propagandae doctrinae Christianae munus. Etenim non est idonea causā, cur hic communem magis et ad omnes Christianos pertinentem locum, quam proprium Apostolis suspiciemur. Plane similis locus extat Matth. XXI, 21. 22. Dixit igitur Iesus h. l. de nullis aliis precibus haud dubie et semper audiendis, nisi de his, quibus Apostoli auxilium Dei implorarent in eius causā, i. e. in doctrina commendanda, siue ea miraculis stabilienda esset, siue recte ac pronite tradenda. Matth. X, 19. 20.

8. ἐν τέτρῳ — μαθηταί) *Hac re pater meus honoratur, si feratis fructum multum, (si officiis sectatorum ministrorumque meorum satisfaciatis) et uos tanquam discipulos meos probetis.* Particula ἵνα hic habet uim indicandi modi, quo discipuli studium probent Deo, ut u. 13. De uerbo δοξάζειν uid. supra c. XII, 28.

9. καθὼς — τῇ ἐμῇ) *Quemadmodum pater me amat, atque ego amo uos: sic me quoque amate.*

10. εἰάν — ἀγάπῃ) *Si fueritis mea mandata secuti, me amaueritis, sicut ego sum Patris mei mandata secutus, eumque amaui.* Μένειν ἐν τῇ ἀγάπῃ τινος non est intelligendum de alterius, quo fruimur, amore, sed de eo quo nos alterum prosequimur. Cf. c. XIV, 21. 23. 24. Perpicuum est, legatum Christi, e cuius animo ille amor exsulet, non tenere acceptam a Christo doctrinam, nec sine illo amore expletam in animo eius et uita uirtutem esse, quantumuis ceteroqui negotio docendi propagandaeque doctrinae perfungatur. I Cor. XIII, 1. 2.

11. ταῦτα — πληρωθῆ) *Haec (de conseruando in me amore) dixi uobis, ut gaudium uestrum de me maneat, (aut conseruetur,) gaudiumque uestrum perfectum sit.* Sic enim cum NOESSELTO haec uerba, de quorum sensu discrepantes sunt interpretum sententiae, explicanda esse puto. Verba ἐν ὑμῖν non referenda sunt ad uerbum μένει, sed coniungenda sunt cum χαρὰ, ut χαρὰ ἡ ἐμὴ ἐν ὑμῖν sit *gaudium uestrum de me.* Esse autem τὴν χαρὰν ὑμῶν plane eandem cum χαρὰ τῇ ἐμῇ nullam habet dubitationem, propter locum simillimum c. XVII, 13. in quo πεπληρωμένη dicitur ἡ χαρὰ ἡ ἐμὴ, ut hic πληρωθῆ de χαρὰ ὑμῶν. Nec obstat, quod

quod *χαρὰ ὑμῶν* disiungi uideatur a *χαρᾷ τῆ ἰμῆ*, potest enim ἢ *χαρὰ ὑμῶν* uim habere interpretandae alterius *χαρᾶς*. Sunt autem haec duo: *amor* discipulorum in Christum conseruandus, et *gaudium* eorum de Christo coniuncta hoc modo: Gaudium illud, quod Christus promittit, haud dubie est laetitia ea, quam capere deberent ex eius professione in coelum, (Cf. c. XIV, 28.) estque illa laetitia contraria tristitiae, qua propter Christi discessionem afficiebantur. Sed hanc laetitiam percipere non potuissent, si amorem in Christum non conseruassent, nec discipuli eius mansissent. Itaque iubet, ut se amare pergerent; quod si facerent, pollicetur *perfectam laetitiam*, i. e. quae et tristitiam omnem expellat, nec finem habitura sit. c. XVI, 21. 22.

12. αὐτῆ — ὑμᾶς) *Mandatum meum, proprie meum*, Vid. supra c. XIII, 34. 35.

13. μείζονα ταύτης ἀγάπην ἔδειξ ἔχει) *Nemo amaris documentum maius edere potest, quam hoc* etc. Nam ἔχειν ἀγάπην h. l. est *ostendere amorem luculento documento*. Rom. V, 8. ὑπὲρ τῶν φίλων αὐτοῦ) *Qui uitam impendat amico, inquit Christus, rarus est.*

14. ὑμεῖς φίλοι μὲ ἐσεῖ) *Pro amicis uos habeo*, quos meo iure *seruos* appellare possem, utpote *discipulos*. Nominine amicorum meorum uere digni eritis.

15. ἐνέτι — δούλος) λέγω, i. e. *habeo*. Non ego nunc uobiscum ago, tanquam cum seruis, quanquam iure meo possem. δ δούλος — κύριος) *Non credit herus sua consilia seruis. τί ποιεῖ, quid facere uelit.* πάντα — ἐγνωρίσα ὑμῖν) *Omnia quae*

quae pater uos per me scire uoluit, tanquam fidis amicis uobis tradidi.

16. ἔγωγε ὑμᾶς με ἐξελέξασθε) *Non uos delegistis me*, sc. ut doctorem et magistrum uestrum; uel: officiis uestris me non prouocastis ad amicitiam, ut debiti sit redamare. ἀλλ' ἐγὼ ἐξελεξάμην ὑμᾶς) *Sed ego uos selegi ex omnibus, nihil promeritos.* ἔθθηκα ὑμᾶς) *Constitui uos*, in hoc delegi. ἵνα ὑμεῖς ὑπάγητε) Sc. ad alias gentes. Potest etiam pleonastice sumi, ut Hebraeorum להיה interdum sumitur. καρπὸν φέρητε) Annunciando nimirum et ad alios propagando doctrinam meam. καὶ ὁ καρπὸς ὑμῶν μὲνη) Per Hebraismum: *Qui fructus uester maneat*; qui in coeleste horreum reponatur, non comburatur.

17. τὰυτα ἐντέλλομαι ὑμῖν) *Haec omnia inculco uobis*, nempe de amore, quo uos praeueni, quem ad mortem usque extendi, quo nihil uos celauit. Solet interdum מנע uerti per ἐντέλλομαι. ἵνα ἀγαπήτε ἀλλήλους) *Vt uos tanto exemplo prouocati diligatis alii alios.*

18. εἰ ὁ κόσμος — μεμίσηκεν) *Si uulgus profanum uos oderit, animaduertite, quod me uobis priorem oderit.* ὁ κόσμος quid sit, diximus ad Io. XII, 31. Incipit postrema pars colloquii inter Christum et Apostolos suos, quae ad confirmandos discipulorum animos, doloremque et metum rerum futurarum mitigandum propius pertinet, quum illa superior magis praecepta contineret et officia, quae illis post Christi discessionem colenda essent.

19. εἰ ἐκ τοῦ κόσμου ἦτε) *Si mundani essetis*, i. e. ingenio eo praediti, quo sunt profani homines. Simillimae sunt

sunt phrasæ: ἐκ τῶ θεῶ, ἐκ τῶ διαβόλου, τῆ πνεύματος. ὁ κόσμος — ἐφίλει) *Isti profani uos diligenter ut suos; ut suae indolis homines; nam similis amat similem.* ἐξελεξάμην ὑμᾶς; ἐκ τῶ κόσμου) *Selegi uos ex improborum hominum coetu longeque alii rei et prouinciae uos destinaui.*

20. μνημονεύετε — ὑμῶν) ὁ λόγος, h. l. est adagium. Huius adagii iam supra mentionem fecerat, c. XIII, 16. quanquam alio sensu. ἕκ ἑσσι — κυρίου αὐτῶ) i. e. non debet feruus aegre ferre aut mirari, si sibi accidat, quod domino. καὶ ὑμᾶς διώξουσιν) Mundani sc. homines, i. e. doctrinae coelestis inimici. Et dicuntur haec συλλογιστικῶς, affirmante Christo id de ipsis futurum, quod de se esset factum. εἰ τὸν λόγον — τηρήσκειν) Est phrasis ironica, uel κατ' ἀντιπροφῆν ἀντιθετικῶς: Non fore, quod non esset factum. Sensus est: Quemadmodum meam doctrinam non tulerunt, ita nec uestram ferent, quoniam eadem docebitis, quae ego doceo. Male τηρεῖν nonnulli explicant *insidiari*, quod uix locum habere potest, quam λόγον addatur. Possunt etiam haec uerba in meliorem partem explicari, ut solatium simul contineant. *Si doctrinam meam admiserint, uestram quoque admittent.*

21. διὰ τὸ ὀνομά με) Matth. X, 22. *Propter me, eam ob causam, quod uos discipulos meos profiteamini.* ὅτι ἕκ ἑδασί τὸν πέμψαντά με) *Sc. bene, recte, liberaliter.*

22. ἢ λθόν) *Sc. tanquam a Deo missus.* καὶ ἐλάλησα ἑωυτοῖς) *Et nisi docuisssem eos.* ἁμαρτίαν ἕκ ἑίχον) *Tam graue non esset illorum peccatum; minor esset culpa.* (Sic I Io. I, 8.) Essent enim, ab hoc incredulitatis crimine liberi, cuius accessio magnam farcinam addet eorum exitio.

23. καὶ τὸν πατέρα μὴ μισεῖ) Nam pater meus me ista docere iussit. Qui igitur doctrinam meam repudiat, Deum ipsum odio habet.

24. τὰ ἔργα) Opera miraculosa. ἐν αὐτοῖς, sc. ἄν-
dum inter ipsos ago. ἕδεις ἄλλος) Sc. Prophetarum.
Nam eius generis miracula ne Moyses quidem edidit. ἰωρά-
κασι, sc. opera illa eximia. καὶ, et tamen. μεμισήκασι —
πατέρα μὴ) Me quidem directe, patrem autem indirecte,
quia ipsius mandata atque opera contemnant, nullo proba-
bili praetextu.

25. ἀλλ' ἵνα πληρωθῆ) Est e ipsis, vel etiam ἀποσιώπησις.
Eo fiunt ista, ut id eueniat, quod in ipsorum sacris libris
scriptum est, Pl. XXXV, 19. LXIX, 5. Accomodationem
et comparationem simillarum rerum sic designari et fieri,
statim omnes arbitri aequi iudicabunt. Δωρεάν, C^{H} , sine
iusta causa.

26. ὅταν δὲ ἔλθῃ) Supple: Haec pauca me iam dixisse
sufficiat; multo uero plura ad meam doctrinam confirma-
dam et commendandam uobis impertiet ille diuinus alius
doctor et adiutor. Ὁ παράκλητος) Vide supra XIV, 16.
ἐκπορεύεται) Exit missus. Ἐκπορεύεσθαι non differt significatio-
ne ab ἐξέρχεσθαι; utrumque enim ponitur pro hebraeo נָשָׂא,
et usurpatur de ministro, qui mandata executurus iam ab-
it a conspectu regis, qui eum mittit. Vanissimum est eorum
commentum, qui discrimen excogitant inter ἐκπορεύεσθαι et
ἐξελθεῖν, ita quidem, ut hoc uerbum ad emissionem Spiritus
sancti in orbem terrarum referretur, at ἐκπορεύεσθαι recon-
ditionora significaret. Nemo unquam hoc per usum linguae
docuit, aut docere potest. Ipse Christus utrumque uer-
bum

bum promiscue usurpat, c. XVI, 28. ἐκεῖνος μαρτυρήσει περὶ ἐμῶν) *Ille mea referet placita.* Etiam apud *Philonem* Libr. quod mundus incorr. p. 941. Β. μαρτυρεῖν περὶ τινος est *referre alicuius placita, sententiam, res quas docuit.* Potest etiam explicari: *Commendabit me, meamque causam.* Dum enim Spiritus sanctus docuit Apostolos, iisque tribuit uim miracula patrandi, uerum esse apparuit, quod Iudaei negabant, et fides facta est, Iesum esse legatum Dei.

27. καὶ ὑμεῖς — ἐσε) Sed et uos ipsi doctrinam meam hominibus explicabitis, quippe qui ab initio mei muneris in his terris mecum uersati fuistis. Eritis itaque et uos non dubiarum rerum, sed omnibus sensibus compertarum testes.

CAP. XVI.

1. Ταῦτα — ὑμῶν) De odio et incommodis, quae uobis imminet. ἵνα μὴ σκανδαλισθῆτε) Ne animo consternemini, uel deterreamini a professione ueritatis coelestis, quum ista uobis praeter expectationem accidissent.

2. ἀλλ' ἔρχεται ὥρα) ἀλλὰ immo 2 Cor. VII, 11. *Immo erit tempus.* ἵνα, quum. πᾶς ὁ ἀκουσίνας ὑμᾶς) Intelliguntur praecipue Iudaei, quos ubique ad seditionem usque exarxisse in necem Apostolorum, docent actus apostolici. δόξη λατρείαν προσφέρειν τῷ Θεῷ) λάτρις est proprie mercenarius, et appellatio etiam communis ministrorum atque seruorum. Itaque nunc hoc dicitur: *Eos, qui Apostolos interfecissent, arbitrarios esse, quod eo facto tanquam grati seruitii merito, fauorem sibi Dei conciliarent.* Opinati enim sunt Iudaei, qui uexabant Apostolos, se pro religione Dei et Mosis pugnare. Act. VI, 13. 14. Rom. X, 2.

3. καὶ) ualet hic *sed*; est enim consolatio aduersus priora, quasi dicat Christus: miserendi magis erunt, qui ista facient. Rom. X, 2. ἐκ ἔγνωσαν) *Non nouerunt*, sc. ad plenum. Non intelligunt, Deum esse amantem humani generis, nec tam ritibus delectari, quam animi puritate.

4. ἵνα — μνημονεύετε αὐτῶν) Nimirum, uti ne imparati fitis, utque de ceteris mihi fidem habeatis. ταῦτα — ἡμῖν) Donec ego praefens fui, non indignistis istiusmodi sermonibus, quod uos in tuto et securo effetis, et ad me pertineret omne periculum. At in Matthaео tamen praedicitur fore, ut discipuli attrahantur ad Reges etc. Matth. X, 16. sqq. Respondent nonnulli, non praedici isto modo, neque tam perspicue. *Semlerus* autem existimat, sermonem Iesu eundem a Matthaео referri, quem hic Ioannes recenset; sed a Matthaео non seruari ordinem temporis. Alii respondent, Iesum in loco nostro de iis temporibus loqui, quae post eius discessionem instarent, in ceteris autem locis de aduersis, quae Apostolis contigissent tum, quam Christus adhuc in his terris degeret. Sed difficultas omnis euanescere uidetur, si attendamus ad illud ἐξ ἀρχῆς, quod de nulla alia re intelligi potest nisi *de initiis muneris Christi*, ut adeo Iesus dicat: Statim ab initio, quo tempore uos assumi discipulos, non praedixi uobis calamitates uobis euenturas; non enim opus erat, uobis ista praedicere, quia diutius apud uos manere, uosque docere licebat. Nunc autem morti uicinus grauissimas ob causas euentura uobis praedico. Etiam eos sermones de discipulorum calamitatibus, quos ceteri Euangelistae referunt, (ut

(ut Matth. X.) habuisse uidetur Christus in ultimo muneris sui anno.

5. 6. Νῦν δὲ ὑπάγω — τὴν καρδίαν) *Nunc autem abeo ad eum qui me miserat, nec quisquam e uobis quaerit ex me: quo abis? Sed, quia uobis haec dixi, tristitia occupauit animos uestros.* Non reprehendit Iesus discipulos propterea, quod non quaesiuissent de eius abitu; nam abiturum esse eum *ad Patrem* didicerant iam dudum e Christi sermonibus, c. XIII, 36. XIV, 5. sed eam ob causam eos reprehendit, quod se ita dedissent tristitiae, ut, quantum hoc esset, aut quantam uim haberet haec *ad Patrem* discessio, nec ipsi cogitarent, nec amplius, quale Christo consilium esset, quisue fructus istius discessionis a se capiendus, quaerent.

7. ἀλλ' ἐγὼ — τίμιψω αὐτὸν πρὸς ὑμᾶς) *Sed ego dico uobis quod uerum est, prodest uobis quod ego abeam; nisi enim abiero, adiutor ille et monitor, quem uobis promisi mittendum, non ueniet ad uos; sed ubi abiero, mittam eum ad uos.* Nunc igitur Christus ipse discipulos docet, quis futurus esset fructus discessionis suae ad Patrem. Dum nempe ipse adhuc in terris uersaretur, nondum erant pares intelligendo consilio diuino in Christo ad salutem hominum adhibendo; semper enim terrenam expectabant a Christo constituendam rempublicam. Sed hanc spem omnem euertebat mors Christi, (Luc. XXIV, 21.) multo magis etiam eius in coelum ipsum profectio. Tum uero pares erant intelligendo consilio Christi, et discere poterant, quod antea capere non potuerant, Christi regnum esse spirituale, eumque homines non corpore, non uultu, non ore regere,

sed nota quodam diuino per doctrinam, qua homines subegisset. Vid. TOBLERI liber: *Zur Ehre Christi und seines Reichs*. Tiguri 1780. p. 244. sqq.

8. καὶ ἐλθὼν — κρίσεως) *Iste quum uenerit, conuincet profanum uulgus de errore, de bona caussa mea, et de iudicio.* Ἐλέγχειν esse conuincere, notum est. Ἄμαρτία autem h. l. significare uidetur errorem, ut supra c. VIII, 46. Quum autem ὁ παράκλητος, admonitor et adiutor ille Apostolis promissus, nempe Spiritus sanctus *homines profanos* (τὸν κόσμον) *conuincere* dicitur, id non ita interpretandum est, fore, ut homines profani ab ipso Deo eiusque Spiritu, nullius hominis interuentu, conuincantur, sed in promptu est, fieri hoc debere per Apostolorum doctrinam. Per hanc igitur conuinci debebant profani contemtores Iesu *περὶ ἀμαρτίας κ. τ. λ.* Quid hoc sit, statim in sequentibus comparationibus explicatur.

9. *περὶ ἀμαρτίας — εἰς ἐμὲ*) *De errore eo, (sc. conuincet eos,) quod non credunt in me.* Conuincet eos, se in errore uersari, quod mihi, legato diuino, fidem non habent. Particula ὅτι hic et in sequentibus non indicat causam, sed quae sint ista, de quibus est sermo, et quo capienda sensu. Illustratur haec res ex Act. II, 36. sqq.

10. *περὶ δικαιοσύνης — ὑπάγω*) *De innocentia (s. bona caussa) mea, quae inde elucet, quod ego ad Patrem abeo.* Non dubitandum est *δικαιοσύνην* h. l. esse innocentiam, s. bonam Christi causam. Nam *δικαιοσύνη* saepe est *probitas*, deinde etiam *innocentia*; unde *δικαίω*, *iustificare*, i. e. *innocentem pronunciare* saepe in N. T. *Innocentia* autem Iesu, de qua hic sermo est, in eo erat, quod non esset
frauda-

fraudator et rebellis, ut Iudaei haecenus iniuste iudicauerant; potest igitur *δικαιοσύνη* h. l. etiam uerti *bona causa*. Confirmatur haec interpretatio locis c. VIII, 28. XII, 31. 32. Haec innocentia uel bona causa Iesu declarata est *per eius abitum ad Patrem*. Si enim fraudator fuisset et rebellis, profecto Deus eum non receptorus fuisset in coelum, nec Apostolis concessurus, ut in nomine huius Iesu' miracula ederent ad confirmandam doctrinam ab eo propositam, eamque longe lateque propagandam. Dum igitur imperium Christi in animos humanos, cuius causa ipse uenerat in terrarum orbem, ubique locorum propagatum est, quod factum est post eius abitum ad Patrem, tum apparuit iustam et bonam esse eius causam, eumque agnoscendum esse pro uero legato diuino et Dei filio. Cf. 1 Tim. III, 16.

11. *περὶ — κέκριται*) *De iudicio autem* (ὁ παράκλητος conuincet profanos homines) nempe *iudicatum esse* i. e. inferiorem discessisse *huius mundi principem*. Cf. quae diximus ad c. XII, 31. Nempe in illo certamine Christi et diaboli, s. doctrinae christianae et insidiarum aduersus Christum eiusque doctrinam, Christus reportauit uictoriam, diabolus autem de sua tyrannide deiectus est. Vbi Iudaei a Iudaismo, Pagani ab idololatria abducti sunt, tum facti sunt Satanam condemnatum, eiusque uim esse fractam.

12. *ἔτι — ἄρτι*) *Multa habeo uobis dicere, sed ferre quidem nunc non potestis*. Verbum *βασάζειν*, *ferre*, intelligere, h. l. respicit ad τὰ ἐρχόμενα, u. 13: quae ipse Christus discipulis manifestare uolebat, a spiritu uero manifestatum iri praedicebat. Haec, inquit, ferre et concoquere nondum potestis; nondum capaces estis ob imbecillitatem,

nec adhuc peractam huius meae legationis functionem. Pertinet huc regni Dei inter Ethnicos manifestatio, Iudaeorum reiectio, legis caerimonialis abrogatio etc. quales ueritates discipuli ob praeiudicia altius animo infixae, et opinionem de terreno Christi regno nondum penitus extinctam, nondum ferre potuissent, si clarius illa Christus ipsemet docuisset.

13. ἐκεῖνος, τὸ πνεῦμα) σύνθεσις. ἐκεῖνος ὁ παράκλητος, πνεῦμα ὡς τῆς ἀληθείας, cognitionis perfectioris auctor. δαγγήσει — ἀλήθειαν) *Ducet uos ad omnem perfectiorem (meorum rerum) cognitionem.* Iam scilicet multa taceo et silentio inuoluo; tum uero rem et causam plane, uti habet, sensim perspicietis. εἰ γὰρ λαλήσει ἅφ' ἑαυτῆ) *Non docebit aliena, uel contraria iis, quae ego uos docui; s. non arbitrato suo loquetur.* Nempe, qui aliorum ad mentem loquuntur, proponuntque non a se excogitata, sed ea quae sint aliorum sententiae uoluntatique accommodata, ii apud Iudaeos *non suo* sed aliorum nomine uenire ac dicere dicuntur. Et spiritus sanctus cum legato principis alicuius comparatur, qui non nisi ea loquitur, quae sibi a mittente sunt demandata. ἀλλ' ὅσα ἂν ἀκούσῃ, λαλήσει) Quemadmodum ego nihil docui, quod non audierim apud patrem meum, ita ille nihil suggeret, nisi quod acceperit a patre et a me. Ergo haec interpretanda sunt de Patris, filii et Spiritus sancti in doctrina consensu.

14. ἐμὲ δοξάζει) *Illustrabit gloriam nominis mei, sc. per uos.* ἐκ τῆ ἐμῆ λήφεται) *Ex meo accipiet.* Nihil uobis suggeret, diuersum ab his, quae ego accepta a patre tradidi uobis. Nihil inter nos non commune.

15. πάντα — ἀναγγελεῖ υἱὸν) *Omnia quae Pater habet, mea sunt, mea doctrina non est alia quam Patris, propterea dixi, illum de meo sumturum quae nuntiet uobis.*

16. Μικρὸν — τὸν πατέρα) *Breui non conspicietis me, et iterum breui uidebitis me, (sc. ad breue tempus) namque ego proficiscor ad Patrem.* Haec ad Christi mortem et reditum in uitam esse referenda, in promptu est. Oportet autem postremis uerbis (ὄψασθε με) subiici, et ex superioribus repeti illud μικρὸν τι, ut sensus sit: post reditum in uitam iterum me uidebitis, *sed ad breue tempus;* hoc enim nisi addatur, ea quae sequuntur, *namque ego proficiscor ad Patrem,* uix intelligi uel cum iis, quae praecesserunt, coniungi possunt.

17. εἶπον — τί ἐς τι τῦτο) Ἐκ τῶν μαθητῶν, sc. τινὲς. Πρὸς ἑλλάδας, nempe inuissitando, ut exaudiri nequirent. τί ἐς τι τῦτο κ. τ. λ. Non intelligebant discipuli, quae Christus de morte sua, resurrectione et ascensu in coelum dicebat. Putabant enim more solito, Messiam diutissime in terris apud eos uersaturum, ut regnum illud fortunatum et faustum, cum ipso experirentur.

18. εἶλεγον ἔν) Reperitio πλεονάζουσα. Fatentur obscurum sibi esse hunc Christi sermonem.

20. κλαύσατε) Ob mortem meam et ademptam hanc nostram consuetudinem. Illa spes uestra, qua me regem politicum fingitis adeo non habebit locum, ut potius dura et tristia fata mihi subeunda sint. ὁ δὲ κόσμος χαρήσεται) Improbi autem homines (ob consiliorum suorum successus) laetabuntur. Κόσμος h. l. denotat Iudaeos eorumque proceres,

Pharisaeos inprimis tanquam Iesu deuictō triumphaturos. ἀλλ' ἡ λύπη — γενήσεται) *Tristitia uestra in gaudium desinet*, erit quasi uia et transitus ad laetitiam, ob resurrectionem meam mox fecuturam.

22. ὄψομαι ὑμᾶς) Nimirum e morte redux, post resurrectionem. χαρήσεται ὑμῶν ἡ καρδία) Eadem graeca Phrasis extat Ies. LXVI, 14. Cf. quoad rem ipsam Luc. XXIV, 17. 32. εὐδεῖς ἄρει) Pro. ἀρεῶν. Rom. VIII, 35 - 39. Nam illa melior Christi cognitio continuam atque aeternam gaudii causam praebet. Vel *gaudium* intellige *causam gaudii*: perpetuam uitam ac potestatem Christi.

23. καὶ ἐν ἐκείνῃ — ἔδὲν) *Tum nihil quicquam e me quaeritis.* Ἐρωτᾶν h. l. habere *interrogandi* notionem contextus sermo et ipsa res docet. Isto tempore, inquit Christus, post resurrectionem meam, meliora quam edocti fueritis, atque impotenti tristitia liberati, non opus erit interrogatione; nam et ipse, quae necessaria uobis sint ad intelligendum, quaeque pro tempore possitis ferre, docebo, et, me magistro orbatī, tamen non carebitis necessaria institutione alterius, quem mei loco uobis promisi. Ergo post meum reditum omnia illa, quae haecenus de habitu et reditu dixi, uobis erunt plana. ἀλλῶν — δώσει ὑμῖν) *Profecto, profecto dico uobis, quaecunque rogaueritis Patrem nomine meo, i. e. mei causa, ea dabit uobis.* Commendat Iesus discipulis preces, quibus necessariam a Deo sapientiam consequerentur, facitque spem fore, ut hae preces gratiosae sint Patri suo. *Rogate in nomine meo, i. e. prouocate in precibus uestris ad me; dicite, me uobis promississe, fore ut preces uestrae exaudiantur.* Pertinent igitur

igitur hae preces ad auxilium in munere eorum gerendo necessarium. Cf. notata ad c. XIV, 13.

24. ὥς ἄρτι ἐκ ἠτήσατε εἶδεν ἐν τῷ ὄνματί μου) Non virtutem edendi miracula, non reuelationem mysteriorum, et futurorum, non spiritum Prophetiae etc. nam non necesse iis adhuc erat haec petere in eius nomine, quum ipse praesens esset, qui haec exhiberet, pro eorum necessitate. ἀιτεῖτε, καὶ λήψετε) Nunc, me absente petite talia, quum opus fuerit, in nomine meo, et quodcunque petitis, accipietis. Commentatur optime in haec uerba illud Act. IV, 29. 30. 31. ἡ χάρις ὑμῶν) De felicibus praedicationis euangelicae successibus.

25. ἐν παροιμίαις) Prouerbiis, i. e. sermonibus figuratis et obscurioribus, qui per aliquid, quod notius est, explanantur. Omnia ista, *abibo, redibo, lugebitis, gaudebitis, ueniet adiutor*, haec omnia tum temporis subobscura erant Apostolis. ἀλλ' — ἀναγγεῶ ὑμῖν) *Sed erit tempus, quo non amplius subobscure loquar uobiscum, sed perspicue de Patre nunciem uobis.* Inui tempus resurrectionis Christi, planum est. (Τὰ) περὶ τοῦ πατρὸς, sunt consilia Patris, et ea quae ad haec consilia intelligenda pertinent. Πὰρ ἡ σία, *perspicue.* Qualia Christus perspicue dixerit Apostolis post suum in uitam reditum, id aliquantisper discimus e Luca Euang. c. XXIV, 25. sqq. Act. I, 2. 3. Vel eam ob causam digni fide sunt Apostoli in iis quae ipsi de religione tradunt, quoniam per quadraginta dies ab ipso Iesu post eius resurrectionem edocsi sunt.

26. ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ) Postquam ego meliora uos docuero, tunc in nomine meo, meae doctrinae confirmandae causa,

caussa, petetis a patre res longe alias, quam quas iam solētis. καὶ εἰ λέγω ὑμῶν) Est *praeteritio*. Taceo; ut iam non dicam me ipsum rogaturum esse Patrem.

27. αὐτοῦ — ὑμᾶς) Vltro, etiam me non commendante, amat uos; ac proinde dabit, quae petitis. ὅτι ἐγὼ παρά τοῦ Θεοῦ ἐξῆλθον) Me a Deo prodiisse, et ab eo esse missum, me esse uerum Messiam.

29. νῦν — λαλεῖς) Quia nunc addiderat illud: ἀφίμμι τοῦ κόσμου, incipiunt intelligere, de quali perfectione ageret.

30. νῦν — ἰρωτᾷ) *Nunc cognoscimus, quod cognoscas omnia, nec opus habeas, ut te quisquam interroget.* Hoc se referre uidetur ad id, quod Iesus u. 19. etiam antea quam ipsi quaestionem proposuissent, cognouisset, quae quaerere uellent, e quo colligunt, nihil opus esse, ut eum quaerendo percunctarentur. ἐν τῷ τῷ — ἐξῆλθεις) *Hac de causa credimus, quod a Deo profectus fueris.* Intelligentia cogitationum animi inter Iudaeos tanquam significatio Prophetiae, imprimisque Messiae habita est. Vid. c. I, 49. sqq. IV, 19. Profitentur igitur discipuli, hac re fidem suam, siue de diuina Iesu auctoritate persuasionem confirmatam esse.

31. ἄρτι πιστεύετε;) *Siccine uos iam fidem mihi habere iactatis?* Verba non sunt proprie interrogantis, sed leuitatem reprehendentis. Vel sine interrogatione: *Iam quidem profitemini, uos credere, dum tutum est.* ἄρτι praesens tempus denotat.

32. ἰδὲ) Admonet de re inexpectata. Ἐρχεται, *imminet.* καὶ νῦν ἐλάλυθεν) Praefens pro futuro proximo: *immo iam nunc adest.* Paucarum horarum spatium intererat. εἰς τὰ ἴδια) *Ad res suas domesticas,* quasi nulla sit uobis mecum consuetudo. Matth. XXVI, 56. καὶ ἐκ ἐμοῦ μόνος) ἐπιδιόρθωσις; Quanquam ego haud solus sum. ὅτι — ἐστὶ) *Nam Pater mihi auxilium praestat;* permittet quidem, me ad tempus male tractari, sed non abiiciet mei curam, neque me sine solatiis relinquet.

33. ἵνα ἐν ἐμοὶ εἰρήνην ἔχητε) *Vt per me securitatem et quietem animi habeatis,* ut uestris diffisi uiribus in me conquiescatis; ut meo exemplo discatis bono animo etiam sub aduersis esse. Ἐιρήνη, *animus tranquillus.* Ἐν ἐμοί, i. e. fiducia mearum promissionum, s. exemplo meo. ἐν τῷ κόσμῳ θλίψιν ἔχετε) *Improbi homines uos affligent,* post mortem meam. ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον) Praeteritum rursus pro proximo futuro. Iam ui sua priuabo istam malignitatem improborum hominum, ut uobis nocere non possint. *Vincere* haud dubie dicitur de iis, qui superiores hostibus discedunt, incolumes sunt, quibus illi nocere nihil possunt, ut Rom. VIII, 37. 1 Io. IV, 4. V, 5. Quum autem ante haec uerba Iesus de Apostolorum, non de suo periculo locutus esset, istam uictoriam super profanos haecenus sibi tribuit, quod caussisset, s. cauturus esset, ne per aduersa s. hostium furorem a fide renocarentur.

CAP. XVII.

Quum Iesus haecenus dixisset Apostolis, quae mitigarent sui desiderium, eosque aduersus trinitiam e sua discessione orituram munirent, ipsi iam Deo tradit et commendat suam suorumque causam, ut et animum confirmet suum in imminente uitae periculo, et familiaribus suis modum ostendat, quo depellere aegritudinem seque recreare Dei consilio deberent. Totum hoc caput bene illustrauit S. V. Noeffelt in Progr. Pasch. a. 1782.

I. **Ε**λήλυθεν ἡ ὥρα) *Iam adest tempus cruciatuum et mortis et securitatis gloriae.* δόξασόν σε ἰδόν) *Fac ut filii tui honor manifestus fiat hominibus;* nimirum per resurrectionem meam Rom. I, 4. assumptionem in coelum, sessionem ad dextram tuam, praecipue autem propagatione doctrinae meae. Vid. supra XII, 23. ἵνα καὶ ὁ ἴδῃς σε δοξάσῃ σε) *Filius, sc. recte ab hominibus cognitus, efficiendo, ut Evangelium praedicetur per orbem terrarum.* Cf. supra XII, 28. sqq.

2. καθὼς ἔδωκας αὐτῷ ἐξουσίαν πάσης σαρκός) *Siquidem omnes homines eius potestati subiecisti.* Πᾶσα σὰρξ denotat omnes homines, et ἐξουσία est ea potestas, de qua etiam sermo est Matth. XXVIII, 18. nempe quoad salutem hominibus uel impertiendam uel negandam pro conditione cuique sua, cuius ἐξουσίας auctoritate citato Matthaei loco u. 19. sqq. iubet, ut omnes gentes, baptismi interuentu, suscipiantur in numerum discipulorum suorum, et doceantur sequi quicquid his praeceperit Christus. Καθὼς autem hic rationem reddit praecedentium,

dentium, et ualet *siquidem*. ἵνα πάντων — αἰώνιου) Forma orationis hebraica: **וְלֹא-לְכָל** Diferta esset Phrasis: ἵνα πάντων, ἕως δέδωκας αὐτῷ, δώσῃ ζωὴν αἰώνιου. *Vt omnibus, qui in eum credunt, tribueret aeternam felicitatem.* Vid. Kypke in h. l.

3. αὐτῆ δὲ ἴσιν ἡ αἰώνιος ζωὴ) *Ea uero est ratio et conditio consequendae uitae aeternae*; sic paratur uita aeterna. Metonymia, ut supra VI, 63. XI, 25. XII, 50. ἵνα γνώσκωσι — χριστῶν) offerunt se interpreti tres potissimum ferendi constructionis modi. 1) ἵνα γνώσκωσί σε καὶ Ἰησοῦν Χριστῶν, ὃν ἀπέστειλας, τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεόν, *ut te et quem misisti Iesum Christum solum uerum Deum agnoscant.* Ita *Heinfusius*, secutus *Chrysostomum*. 2) ἵνα γνώσκωσί σε, τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεόν καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν, χριστῶν, *ut Te agnoscant, unum uerum Deum: et quem misisti Iesum, Christum, uel Messiam, sc. agnoscant esse, fere sicuti Christus dixerat c. XIV, 1. confidite Deo, et mihi quoque confidite.* 3) Doctissimus *Io. Melch. Faber* Ill. Gymn. Onold. Prof. et Rector sic ordinat uerba: ἵνα γνώσκωσι, α) σὲ εἶναι β) τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεόν, γ) καὶ Ἰησοῦν χριστῶν δ) εἶναι ἐκ εἰς τὸν, ὃν ἀπέστειλας. Ex his quatuor membris, (ut idem ille explicat,) formata est a Ioanne periodus, quam Rhetores *decussatam* appellant, ubi quatuor propositis tertium secundo respondet et conuenit quartum primo. Talis fere illa est: ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος. Habent itaque uerba nostra conditionem aeternae uitae consequendae, ut supra c. VI, 27. ut sit sensus: *ita aeterna sic paratur, ut te, pater, exclusis diis gentilibus fectis, unum uerum Deum; me autem filium tuum, i. e. Iesum Christum tanquam illum agnoscant et colant, quem misisti,*

misti, i. e. uerum Messiam. Nam ἀληθινὸν passim denotat quod *natura et uere* est, quod dicitur, opponiturque *fictio*, et *speciem* modo praebenti, ut recte admonuit *Albertus*, et *Loesnerus* ex *Philone* confirmat. Itaque prima huius oraculi pars praecipue cognoscenda est *Ethnicis*, qui sine Deo dicuntur fuisse in mundo, ante Christi institutionem; altera pars praecipue pertinet ad *Iudaeos*, quibus opus est salubri cognitione *Messiae*. Verbum γινώσκειν, *agnoscere*, significationem *efficiuam* includit. *Agnitio* enim ueri Dei semper esse debet coniuncta cum interno animi sensu, amore et uiua fide. Hoc oppido patet, Christum se a diuinitatis participatione non excludere, quum *muneris* tantum sui mentionem faciat, non *naturae*.

4. ἐγὼ σε ἰδόξασα ἐπὶ τῆς γῆς) *Nomen tuum illustre reddidi in terris*, nempe miraculis ac doctrina mea. Functus sum demandato munere docendi; feci docendo, ut tua dignitas in terris innotesceret. Ostendit, non iniquum se petere, ut qui omnia sua dogmata ad patris honorem retulerit. τὸ ἔργον — ποιήσω) *Negotium perfecti, quod mihi expediendum dederas*, sc. usque ad mortem, quae subeunda restat; atque hoc ipsum similiter pertinebat ad hoc ἔργον, quod sic ad finem perducendum erat. Itaque in terrā, inter homines nihil mihi agendum restat.

5. καὶ νῦν — παρὰ σοί) *Et nunc Tu quoque, Pater, illustra me apud te honore eo, quem habebam ante quam mundus existeret, apud Te.* Vulgo παρὰ σεαυτῷ explicant: *in coelo*, opposito *terrae*, in qua Christo praesente iam porro non opus erat, e qua rediturus erat in coelum, quasi in
pristi-

pristinum locum, et *δέξαν* intelligunt maiestatem eam, quam Christus secundum naturam diuinam habuit ante mundum conditum. Sed obstat, quod honor iste, quem Christo Deus dederit, isdem ab ipso Christo dicitur comm. 22. quem dederit uicissim amicis suis. Atqui hunc intelligit *futurum* esse, quem nondum proprie iis *dederat*, sed *promiserat*, aut *destinauerat*; quo sensu et alias utitur Ioannes isto uerbo ep. I. c. V, II. et Christus declarat eam rem Matth. XXV, 34. per *paratum* iis regnum a mundi primordiis. Itaque hic etiam intelligere uidetur Christus honorem eum, qui sibi ante conditum mundum a Deo fuerit *decretus*, quem propterea nunc iure quodam suo expetit, quemque supra monuimus quaerendum esse in doctrina christiana ubique spargenda. Accedit, quod Christus sibi hunc honorem a Deo datum ac potius *destinatum* dicat *amore quodam Dei* comm. 24. quod profecto de diuina natura Christi intelligi nequit. Cf. infra comm. 24.

6. Ἔς δίδωκας μοι ἐκ τῶ κόσμου) *Quos dedisti mihi*, i. e. quos assignasti Apostolos mihi, *eximios et electos ex hoc mundo.* σοὶ ἦσαν) *Tui erant*, ratione indolis et mentis docilis, ingenuae, nondum uitiiis et flagitiis corruptae. Gal. I, 15. Possumus etiam sic interpretari: *A te pendebant*, quippe creaturae tuae; poteras ergo eos mihi attribuere discipulos, et non poteras; huic muneri poteras eos destinare, sed et alii. ἐμοὶ αὐτῆς δέδωκας) i. e. per singularem tuam prouidentiam sic res tulit, ut ex tot Iudaeis istos comites et discipulos nancisceretur. Tradidisti eos mihi docendos et formandos. καὶ τὸν λόγον

σε τετηρήκασι) *Mandatum tuum executi sunt, credentes doctrinae meae.*

7. πάντα ὅσα δέδωκάς μοι) Sc. docenda et gerenda. παρὰ σὲ ἐστίν) Ex te auctore profecta sunt.

8. τὰ ῥήματα — δέδωκα αὐτοῖς) Doctrinam, quam abs te tradendam acceperam, tradidi illis.

9. ὁ ἔπερὶ τῷ κόσμῳ ἔρωτῶ) *Non pro profanis deprecor*, qui repudiauere doctrinam tuam, qui amore tuo non aequè digni sunt ac illi, qui lubentes arripuerunt illam. Deprecatus est quidem Christus etiam pro malis hominibus, Luc. XXIII, 34. Sed rei natura non patiebatur, ut eodem sensu precaretur pro malis, quo pro suis precebatur, comm. 21. ὅτι σοὶ ἐίσι) Etiam postquam eos mihi dedisti, tui esse non desinunt. Vel: me cum audiunt, te ipsum audiunt, quia tua trado, et tuo nomine loquor.

10. καὶ τὰ ἐμὰ πάντα — ἐμὰ) Καὶ positum est pro *nam*. Causam reddit, cur sibi dati non desinant ad patrem pertinere, quia omnia inter ipsos sint communia. Sensus est: *Qui tui discipuli sunt, sunt etiam mei.* καὶ δεδόξασμαι ἐν αὐτοῖς) δεδόξασμαι est praeteritum *propheticum*. Per eos nomen meum celebre reddetur inter omnes mundi nationes, nempe eo quod, quae ego tradiderim, eadem ipsi tradant aliis; (u. 4. c. XV, 8.) nam ea re propagant, quod ipse cupio propagari atque dum me profiteantur et commendent tanquam legatum tuum, etiam me ornant.

II. καὶ ἐκ ἑτι ἐμὲ ἐν τῷ κόσμῳ) *Non enim uersor amplius in coetu hominum in hoc mundo.* Iam relinquo mundum. καὶ nam. Quod mox futurum erat, de eo utitur uerbo praesentis temporis. καὶ οὗτοι — ἔρχομαι) *Sed illi (mei loco) adhuc in mundo manent,* (sparsuri per omnes orbis nationes, quod a me didicerunt,) *quum ego ad te proficiscar.* Reuocat nunc Iesus animum a se ipso, atque rogat, ut Deus omnem curam referat ad Apostolos, qui eius, tanquam fidelis tutoris, patrocínio maxime egerent. τήρῃσου — ᾧ δέδωκάς μοι) *Conserua istos,* (ut nempe discipuli mei maneant) *per doctrinam tuam, quam mihi tradidisti.* Pro uulgato ἔς δέδωκάς μοι omnino legendum esse uidetur ᾧ δέδ. μοι, quae est plerorumque, optimorum certe et uetustissimorum codicum et uersionum lectio. Illud ᾧ pertinet ad ὄνομα σου, debebatque esse ᾧ δέδ. μοι, ut optimaee uersiones expresse; nam relatiua saepe imitantur casum eius, quod praecefferat, nominis. ὄνομα h. l. est *doctrina.* Τηρέσῃν est oppositum τῷ ἀπολείσθαι u. 12. quod habet uim *perfidiae*, qua definerent esse discipuli Christi. ἵνα ᾧσιν ἔν, καθὼς ἡμεῖς) *Vt sint consentientes sicut nos,* nempe in ueritate s. *doctrina.* Nam ista concordia dicitur existere ex eo, quod tueantur et conseruent doctrinam (τῷ ὄνομα τῷ Θεῷ) quam Christus a Patre accepisset. Cf. c. XIV, 20. 10.

12. ἐτήρην αὐτὸς ἐν τῷ ὄνοματί σου) Conseruaui eos in agnitione et professione nominis tui, in cultu tuo. ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας) Hebraismus: *Filius perditus*, i. e. *perditus ille*, ut alibi υἱὸς τῆς ἄρῆς, τῆς γεέννης. Nemo nescit Iudam intelligi, Christi proditorem, qui defecisset a

Christo, nec inepte *feditiosus*, diceretur, ut ille 2 Theff. II, 3. ἵνα ἡ γραφή πληρωθῆ) ἵνα h. l. est ἐκβατικόν, ut saepe. Atque hac ratione contingit illud iterum, quod alibi alio modo accidit. Remittit haec formula ad c. XIII, 18. ubi locus e Pfalmis excitatus conquerebatur de perfido, qui, quum *alumnus Christi* fuisset, calce petiisset eum.

13. νῦν δὲ — ἐν αὐτοῖς) *Nunc autem ad te proficiscor atque haec loquor* (dum uersor adhuc) *in hoc terrarum orbe, ut laetitia ex me percepta eaque pleniore fruantur. Laetitia Christi* h. l. non est ea quam percepturus esset in coelo, quaeque omnes laetas res s. praemia completeretur, quorum exspectaret usuram, sed *gaudium Apostolorum*, idque natum e fortunata conditione Christi quam subiturus esset, post discessum ex hac uita in coelis. Rogat nempe Christus Patrem, ut eos in fide contineat, per doctrinam suam; quam si sequerentur, spes erat summa fore, ut cum doctrinae incremento melioraque edocti, non modo discerent dolorem ex eius discessione ipsaque aspera laeti ferre, sed etiam uoluptatem maximam e felici doctrinae progressu capere, per quem ipsius Christi gloria illustraretur. Cf. c. XV, 11.

14. ἐγὼ δέδωκα αὐτοῖς τὸν λόγον σου) *Exposui illis doctrinam, cuius tu auctor es. Poterunt itaque eam satis recte aliis commendare.* καὶ ὁ κόσμος — ἐκ τῶ κόσμου) *Proinde oderunt eos contemtores mei, quoniam non sunt ex eorum numero, uti nec ego sum e contemtoribus tuis, religionis et doctrinae tuae.*

15. ἐκ — κόσμου) *Non id rogo, ut eos a periculis, quae ipsis imminent, eripias.* Satius nimirum erat uel cum periculo aliquo in maximoque discrimine bene mereri de causa Dei, quam ea neglecta, nonnisi suae salutis ac potius terrenis commodis consulere. ἀλλ' ἵνα — ποιηρῶ) *Sed ut serues eos integros a scelere.* Sic Ven. Noeffelt interpretatur; siue enim illa: ἐκ τοῦ ποιηρῶ, accipias de Satana, siue in eo uerbo quaeras peccandi notionem, idem est; *scelus* enim dicitur utroque sensu, de actionibus uidelicet et peruersis aut malignis naturis. Fortassis tamen sensus huius commatis est: *Nolo ut moriantur mox*, et sic omnibus miseris liberentur, sed hoc rogo, ut eos conserues, auxilium iis praestes, *ut ne succumbant miseris.* Τὰ ποιηρῶν, *calamitates*, 2 Tim. IV, 8. Matth. V, 39. Apoc. III, 10.

17. ἀγιάσον — ἀληθεία ἐς) *Consecra eos* (tibi tanquam legatos tuos,) *per ueritatem tuam, doctrina tua ueritas est.* Verbum *sanctificandi* frequentatur de sacerdotibus inauguratis, ut Exod. XXIX, 1. XXXIX, 44. XL, 3. Num. III, 13. Christus quoque, quatenus erat legatus Dei, dicitur ὁ ἅγιος τῷ Θεῷ, ut Act. IV, 27. et alibi, eodemque sensu haud dubie appellat se ipse Io. X, 36. εὐμ ὅν ὁ πατήρ ἡγίασε. Ergo sensus est: *Fac Pater, ut sint sacri tibi uiri in ueritate tractanda; tua uero doctrina est illa ueritas.*

18. καθὼς — κόσμον) *Vti tu me in terras has misisti, sic et ego eos per terrarum orbem dimitto.*

19. καὶ ἐπεὶ — ἀληθεία) *Etiam pro ipsis me ipsum tibi consecro* (pro iis uitam abicio,) *ut et ipsi sint in*

trañanda ueritate quanti quanti sunt, tibi consecrati.
 Ἀγιάζω ἑμαυτὸν nunc est, *consecro me*, nempe tibi, pater, et quidem moriendo. Nam in Christi uita nihil tum supererat nisi hoc, ut moreretur, et mortuus est uiginti quatuor horis postquam haec dixit. Sic uictima, quae maectatur dicitur ἀγιαζομαι τῷ Θεῷ. Nunc precatur Christus: Fac, Deus, ut etiam hi mei discipuli se tibi consecrent, munere in posterum administrando, nullasque calamitates, ne mortem quidem timendo.

20. ἢ περι — εἰς ἑμὲ) Haectenus pro duodecim discipulis precatus fuerat Iesus; nunc autem ad ceteros transit Christianos, et eos etiam paternae Dei curae commendat, qui per Apostolos futuri essent suae disciplinae addicti.

21. ἵνα πάντες ἐν ᾧσι) Cf. supra u. II. Ex quo patet in frequentibus etiam huius commatis uerbis non de *unitate essentiali* esse sermonem, sed de unione morali. Patris et filii coniunctio ratione consiliorum describitur. ἵνα ὁ κόσμος — ἀπίστειας) *Quo fiet, ut profani* (qui nondum meam doctrinam susceperunt,) *credant te me misisse.*

22. τὴν δόξαν — δέδωκα αὐτοῖς) *Ego dedi iis gloriam*, excelsum summamque felicitatem, perpetuam in coelis, *quam tu mihi dedisti.* Dedit autem Christus suis eam δόξαν, quia eam ipsis designauit et parauit. Δόξα Iesu proprie est eius dominium, quod nunc spectatur ut summa et excelsa felicitas. ἵνα ᾧσιν — ἐσμὲν) *Vt sint inuicem coniuncti, sicuti et nos coniuncti sumus.* Eadem promissa felicitas impellet eos, ut teneant eandem doctrinam.

23. ἐγὼ — ἠγάπησας) *Ego quidem cum illis, atque tu mecum, ut planissime consentiant, atque profani intelligant, quod tu me miseris, amauerisque eos modo eo quo me amasses.* Debet referri hic uersus ad u. 22. ἐγὼ est pro κἀγὼ, s. καθὼς ἐγὼ, hoc sensu: sicuti nos consentimus, atque ego cum illis, et tu mecum. Τετλειωμένοι εἰς εἶναι uidentur esse, qui uere, τελείως, αὐτὸ ἀληθῶς u. 8. consentiant, ut Ioannes frequentat hoc uerbum 1 Io. IV, 17. 18. et alibi.

24. κακῆνοι ὡς μετ' ἐμὸν) *Ibi, ubi ego interea ero, (in summa gloria) etiam illos (post uitam hanc mortalem) esse, participes tuae munificentiae. ἵνα θεωρῶσι τὴν δόξαν τὴν ἐμὴν)* Vt, quemadmodum spectatores fuerant humilitatis meae, ac testes erunt supplicii mei, ita sint et gloriae spectatores, quam mihi his malis defuncto daturus es; uel potius, ut experiundo cognoscant, me reuera esse omnium Dominum. Dominium autem erit in eo, quod felicitatem largietur. ὅτι ἠγάπησας — κόσμῳ) Iam ante mundum conditum tuū in me amoris documenta perpetuo percipere solebam. Possunt tamen uerba πρὸ καταβ. κόσμῳ etiam coniungi cum superioribus ἢν ἰδωκάς μοι, quāτι mihi dederas ante mundi originem.

25. πᾶτερ δίκαιε) *Pater benignissime.* Nam Scriptores V. T. saepissime δίκαιος usurpare hoc significatu, notissimum est. Potest etiam δίκαιος esse *aequus*, ut Christus Patrem *aequum* dicat, quod ei discipulos suos commendat propter ea quod animo docili discendique cupido admisissent doctrinam coelestem, atque sic satis fecissent uoluntati diuinae, secus ac ceteri, qui sub nomine τὸ κόσμῳ comprehenduntur.

ὁ κόσμος σε ἔκ' ἔγνω) Quaquam a me nihil est praeteritum, quo minus innotesceres omnibus, mundus tamen magna ex parte suis vitis obcoecatus, noluit te agnoscere. ἔτοι) Isti mei discipuli.

26. καὶ ἐγνώρισα — γνώρισω) Patefeci iis doctrinam tuam ac porro patefaciam. ἵνα ἡ ἀγάπη — ἐν αὐτοῖς) Ut amore eo, quo me amaueris, fruantur et ipsi, sicuti ego eos amore complector. Amor Dei dicitur μένειν ἐν αὐτοῖς, quoad eos Deus semper amore prosequitur suo, id quod etiam est in reliquis uerbis: καὶ γὰρ ἐν αὐτοῖς.

CAP. XVIII.

1. Ἐξῆλθε, sc. ex eo loco, ubi haec dixerat, extra urbem Cf. supra c. XIV, 31. Pro τῶ κεδρῶν alii legunt τῶν κεδρῶν, quae lectio orta est procul dubio ex errore librariorum, qui nomen κεδρῶν pro graeco habuerunt, et de *cedris arboribus* esse sermonem putarunt. *Heumannus* existimauit, *Cedros* tandem etiam ad torrentem Kidron plantatas fuisse. Sed recentior et iunior est illa scriptio, quae articulum pluralem addit. *Latinae* autem ceteraeque translationes retinent suo adhuc tempore nomen hebraicum. Iuxta *Symmachum*, *Theodotionem* et *Vulgatam* 2 Reg. XXIII, 4. mentio fit τῶ φάραγγος, *conuallis Cedron*. *Iosepho* etiam et torrens et uallis Cedronis memoratur. Nam *Antiq.* L. VII, 1. 2. nominat τὸν χεῖμα ββὸν Κεδρῶνος, et L. IX, 7. 3. τὴν φάραγγα τῶ κεδρῶνος. Erat torrens inter urbem Hierosolymorum et montem oliuarum, hebr. קדרון a rad. קדר *ater fuit*, quod nomen uidetur habuisse a tenebris et obscuritate uallis inter duos montes altissimos mediae.

mediae. Aestiuo tempore flumen esse definit, et sicco transitur pede, teste *Maundrello* p. 100. Vid. *Guil Alb. Bachiene* descriptio historica et geograph. Palaeitinae Part. I. Tom. I. p. 154. sqq. et uers. teuton. ἢ κήτος) Locus omnino idem, qui a Matthaeo et Marco dicitur *Gethsemane*, quod nomen uillam, aedificia, hortumque inuoluit.

2. ὅτι — μαθητῶν αὐτοῦ) Saepe quaesuit Iesus loca sola precandi causa. Sed in hac uilla per hos festos dies semper pernoctare solitus erat, Luc. XXI, 38. XXI, 39.

3. λαβὼν τὴν στείραν) Obseruant interpretes, articulum designare *illam* cohortem, quae sub dies festos data a Procuratore Senatoribus praecipue solebat obseruari et cauere, ne tumultus oriretur, quia ingens multitudo exterorum Iudaeorum in urbem tum conueniebat. καὶ ἐκ — ὑπηρέτας, ministros a Pontificibus et Pharisaeis datos. μετὰ φανῶν) φανός antiquis facem, recentioribus laternam significat: quae differunt ut candela et candelabrum. *Glossarium*: Lanterna, φανός. καὶ λαμπάδων) Generalior λαμπάδων est significatio, ut luminum nomine interpretari liceat. Nomus communi nomine λαμπτήρας appellauit. Ostendit Ioannes quanto ardore hi homines quaesierint et metuerint, ne elaberetur. Quapropter plena luna tamen et faces et laternas attulerunt, ut omnes latebras perreptarent.

4. ἐξελθῶν) Sc. ex ipsis aedibus horti; postquam uillam cinxerant ostiumque aedium pulsarant. Vltro prodit et se offert.

ζ. ἐγώ εἰμι) δεικτικῶς, *ego uero is sum*. Iudas haud dubie eum statim designabat, quod alibi additur, osculatus Iesum.

6. εἰς τὰ ὀπίσω) Sc. μέρη in partes a tergo, i. e. *retro*. Tanta huic uoci inerat uis atque auctoritas. Alii uolunt, hos homines repentino conspectu uiri huius, quem tot ac tanta miracula patrasse audierant uel uiderant, perterritos recessisse, et humi prostratos esse.

8. τότες) Discipulos. Supplendum est: Atque sic illi manus a ceteris abstinerunt.

9. ἵνα πληρωθῆ) Sensus est: Hac ratione euentu ipso uerissimum illud compertum fuisse, quod Iesus c. XVII, 12. quasi sponponderat, ceteris, solo Iuda excepto, discipulis studiosissime ipsum prospexisse, ne magnitudine periculi ab ipso auerterentur. Ἀπόλεσα hic est: *sui perire*, quomodo saepe interpretanda sunt ea, quae habent formam Hiphil apud Hebraeos, qua forma hic Syrus utitur.

10. ἔχων μάχαιραν) Siue attulerit ex urbe, siue ista in trepidatione in aedibus his arripuerit, siue etiam pro more peregrinantium in iis locis. ἔιληυσεν) *Eduxit*, i. e. strinxit.

11. τὸ ποτήριον) Cf. annotata ad Matth. XX, 22.

12. ὁ χιλιάρχος) Praefectus, qui Romanam cohortem ducebat. Ideo apposite sequitur: καὶ οἱ ὑπηρέται τῶν Ἰουδαίων.

13. πρὸς Ἄνναν πρῶτον) Quod eius domus in proximo esset; et quia is magnae apud generum Caiapham erat aucto-

auctoritatis, ex ipso discere uoluerant, quonam et quomodo ducendus esset Iesus. Addunt nonnulli: ἀπέστειλεν ἔν' αὐτὸν δεδεμένον πρὸς καΐαφαν τὸν ἀρχιερέα, quae uerba etiam infra u. 24. in textu leguntur. Reperitur hic locus commate hoc 13. in Syriacae posterioris uersionis margine, et in Cyrilli uersione latina. Beza hic inseruit illa uerba. Nec immerito. Omnia enim, quae sequuntur, gesta sunt in aedibus Caiaphae, non Annae, consentientibus omnibus Euangelistis.

15. καὶ ὁ ἄλλος μαθητῆς) Seipsum Ioannes designat, ut c. XX, 2. 3. 4. 8. in quo plerique Veteres consentiunt. γνωστὸς πρὸς ἀρχιερεῖν) Frustra quaerunt nonnulli, quomodo Gililiaeus aliquis piscator potuerit notior factus esse Caiaphae; nam uariae rationes esse possunt, ex quibus fit, ut unus prae aliis homini cuidam immotescere possit.

16. τῆ θυρωρῶ) Satis multa sunt exempla in uetustis scriptoribus, apud Graecos, Romanos et Iudaeos, muliebria seruitia ostium seruasse. 2 Sam. IV, 6. Act. XII, 13. καὶ εἰσάγαγε τὸν Πέτρον) Sc. ipsa ianitrix. Est enim sensus concisus. Dixit ille ianitrici, ut intrare pateretur Petrum: quod illa fecit.

17. μὴ καὶ σὺ) Fortasse etiam tu ex numero es discipulorum hominis illius. Non enim uidetur exponi interrogatio inimica.

18. ἀνθρακίαν πεποιηκότας) i. e. Congestis prunis. In latinis libris est: ad prunas. Prunae autem sunt ἀνθράκων, i. e. carbonum. In Suida prouerbium est: μὴ τὴν τέφραν φεύγῃς

Φεύγων εἰς ἀνθρακίαν πέσης, fugiendo cineres, ne incidas prunis, caue.

20. ἐγὼ — τῷ κόσμῳ) Παύρησία, *palam*, coram omnibus, qui audire uellent. Τῷ κόσμῳ, non inter priuatos quasi parietes docui, uel clandestinam societatem collegi; itaque nulla suspicio esse potest, nouarum rerum me auctorem esse.

21. τί με ἱπερωτᾷς — ἀκηκότας) Hoc iubet lex, a testibus incipi, praesertim, ubi multi suppetunt; ut hic. Testibus omnino opus erat, quia Iesus pro auctore rebellionis et nouarum rerum habebatur, quem quidem parum erat credibile, seipsum confitendo accusaturum.

23. μαρτύρησον) Convince me argumentis ueris et certis, si potes. Hoc uerbum saepe a Ioanne usurpatur eo sensu, ut significet: studiosius, diligentius exponere et confirmare aliquid. Περὶ τοῦ κακῆ, me impudenter locutum, terminos modestiae transgressum esse.

24. ἀπέσειλε) ὄν abest a plerisque codicibus. Ἀπέσειλεν uerte *miserat*, ut ἔδησεν Matth. XIV, 3. *uinxerat*. *Miserat*, inquit, Annas Iesum ad Caiapham; ut planum fiat, ubi gesta sint; supra enim adductum fuisse Iesum primum ad Annam dictum est, honoris scilicet causa, ut ad foceram τοῦ ἀρχιερέως illo anno. Ab hoc igitur missus deinde, inquit, fuerat Iesus ad ipsum principem sacerdotem Caiapham, apud quem iam consilium coactum esset, quemadmodum Matthaeus ait. Aliqui ista uerba non esse posita suo loco, suspicati sunt, uitio nimirum scribae,

scribae, et reponunt ante illa, ἠκολούθη δὲ τῷ Ἰησοῦ σίμων πέτρος.

26. μετ' αὐτοῦ) ἐμφορτικῶς. Cum Iesu; cum illo capto in horto. Fufius haec narrantur Matth. XXVI, 69. sqq.

28. Ἄγρουν — εἰς τὸ πραιτώριον) Ἄγρουν, impersonaliter hic sumitur. *Ducitur Iesus.* Ἀπὸ τῆς καιαφα, a *Caiaphae aedibus.* Πραιτώριον latinum nomen est, praetoris seu praefidis domus. Matth. XXVII, 27. ἐκ εἰσόδου) Noluerunt ingredi in ipsam domum, quia uel per societatem parietum se *pollui* existimabant. ἵνα φάγωσι τὸ πάσχα) Hic locus occasionem dedit quaestioni, quonam die illius anni Pascha celebrarint Iudaei; et Iesus, ne etiam illas legitimas atque solennes epulas usurparit. Bene *Camerarius*: Haec in-exquisita etiam relinqui, nihil nocuerit pietati fidei. Theophylactus, uel Pascha, inquit accipiemus nominari totos illos dies VII. uel, Iudaei quidem die parasceues celebrarunt uesperis Pascha, Christus uero pridie, suam macstationem postero diei seruans. *Lightfootus*, quem alii sequuntur, censet, πάσχα h. l. non esse agnum paschalem, sed *Chagigam* paschalem. Eodem die cum Iudaeis pascha suum ultimum celebrasse Seruatorem, euincere studet *Anton. Bynaenus* de morte Iesu Christi, qui et aliter sentientium catalogum recenset.

29. ἐξήλθεν — αὐτοῦς) Sc. in stadium, ubi tribunal ponere solebat. In hoc certe Pilatus aequi obseruantior, et hoc melior fuit Iudaeis.

30. κακοποιός) κακῆργός, *maleficus*, τελέσας ἄφατον κακόν, inquit Nonnus, i. e. qui nefarium facinus patravit. Ex comm. 33. supplenda sunt capita accusationis. Quod probationibus deerat, id suppleri uolunt sua auctoritate.

31. κατὰ τοῦ νόμου ἰμῶν κρίνατε αὐτόν) *Iuxta legem uestram punite eum*. Nam κρίνειν saepe est condemnare et punire. Pilatus suspicatus est id, quod res erat, esse aliquid priuati odii, propter legis superstitionem, e. g. ob uiolatum sabbatum, ob gustatam carnem suillam, ob liberius dictum in Mosen, Prophetas, templum etc. Eiusmodi legis Iudaicae quaestionibus Pilatus se immiscere non uult, quia Procuratoris erat, ea tantum punire, quae contra leges ciuiles essent commissa. Dicit igitur: Punite eum in tantum, in quantum e lege uestra fieri potest. Poterant autem Iudaei flagellis hominem in Synagogis caedere. Matth. X, 17. Putant tamen nonnulli, Iudaeos in causis quibusdam ius etiam uitae et necis habuisse. ἡμῶν ἔκθεσιν ἀποκτείναι ἕδονα) Quum Iudaei simpliciter profiteantur, sibi *nullius interficiendi* ius esse, putant nonnulli, ne quidem potestatem interficiendorum e legibus suis, quos religio occidi iuberet, concessam amplius ipsis fuisse. Prouocant ad Scripta Iudaica, e. g. *Auoda Sara* f. 8. 2. aliaque loca, in quibus dicitur, XL. annis ante templum euersum, ademptum fuisse Iudaeis ius suppliciorum. Sed bene obseruat *Krebsius*, in iis criminibus, quae ad religionem spectarent, Iudaeis ius, supplicium capitale sumendi, fuisse relictum; in criminibus autem aliis, e. g. seditionis, tumultus, perduellionis, et ad laesam maiestatem Caesaris pertinentibus, illud ius iis non fuisse concessum, sed

sed omnem eius rei cognitionem Praefidi prouinciae commissam. Sic Iosephus diserte tradit, a Iulio Caesare ob merita Hyrcani, Pontificis Iudaeorum in Romanos, ei concessum esse hoc, ut, si qua contentio inter Iudaeos de institutis Iudaicis incidisset, eius rei iudicium penes Hyrcanum Pontificem M. esset. Antiq. XIV. 10. 2. Cf. de B. I. L. VI. 2. 4. Aët. VI. VII.

32. *ἵνα — πληρωθῆ*) Iudaei ideo dicebant, sibi nullius interficiendi ius esse, quia optabant, ut Iesus supplicio crucis, quod inter Iudaeos inusitatum erat, afficeretur. Dedit igitur hic sermo Iudaeorum occasionem, ut fieret, quod Iesus de mortis suae genere praedixerat, cap. XII, 32.

33. *ἰφώνησεν τὸν Ἰησοῦν*) Priuatim accersit ad se Iesum. *ὁ βασιλεὺς*) Hoc unum diligenter exquirat Pilatus, an esset rex Iudaeorum, quem ipsi expectabant, quod cetera non pertinerent ad rempublicam, hoc autem crimen uideretur et ad caesaris maiestatem, et ad publicam tranquillitatem pertinere.

34. *ἀφ' ἑαυτοῦ*) i. e. *ἀπὸ σαυτοῦ ex te ipso*. Vtrum hoc ex te coniectas, quod regni sim affectator, an Iudaei hoc nomine me tibi detulerunt? Tot iam annis Procuratorem egerat Pilatus, nec delatum erat aliquid ad eum, quod Iesum imperii turbati suspectum facere potuisset. Voluit igitur Christus hac interrogatione et Iudaeorum malitiam detegere et Pilati subleuare aequitatem.

35. μήτι ἐγὼ Ἰουδαίος εἰμι) Iudaeorum est ista de rege uenturo fabula. An me puras esse Iudaeum? τί ἐποίησας) *Quid commisisti?* si nimirum falsum est affectati regni crimen.

36. ἡ βασιλεία — τότε) Regnum meum non est huius generis, cuius sunt regna terrena, uelut Caesareum; statum imperii Romani non laedit. οἱ ὑπηρεταί — τοῖς Ἰουδαίοις) Habere et ipse more ceterorum regum armatum satellitium; habere instructas copias: haec praesidia decertarent armis pro me, ne Iudaeis hoc, quod moliantur in me, impune liceret. Glossae Labbei: ἀγωνία, sollicitudo, ἀγωνιά, satagit, ἀγωνιζόμεθα, elaboramus, ἀγωνίζεσθαι, opitulatur.

37. σύ λέγεις) Est affirmantis et concedentis, ut Matth. XXVI, 25. ἵνα μαρτυρήσω τῇ ἀληθείᾳ) *Vt ueritatem commendarem*, et per eam imperarem animis hominum. Et hic et alibi ἀλήθεια pro uera Dei atque diuinae uoluntatis cognitione sumitur. Sic apud Philonem de Creat. princ. p. 726. D. de profelyto qui a cultu deastrorum ad ueri Dei cultum transisset: μεταναστὰς εἰς ἀληθειαν. Μαρτυρεῖν τινι, quum de personis usurpatur, est *laudare aliquem*, ut Luc. IV, 22. Simili modo μαρτυρεῖν h. l. significat *commendare ueritatem, auctoritatem ueritati conciliare*. ὁ ὢν ἐν τῆς ἀληθείας) *Veritatis amans*. ἀκούει με τῆς φωνῆς) *obsequitur mandatis meis*, et est subditus meus.

38. τί ἐστὶν ἀλήθεια;) Hoc ut simpliciter dictum interpretatur Theophylactus. Indigebat tempore, inquit, illa interro-

interrogatio. Non instat; rem hanc ad iudicis officium nihil pertinere, recte existimans. Itaque non expectato responso, statim egreditur ad pontifices. Sunt qui *ironice* dictum accipiant, ut Pilatus per contemptum abierit, non iudicans ueritatis causa magnopere laborandum, nedum capitis periculum, ab eo qui sapiat, adeundum esse. *ἕδμ. μίαν αἰτίαν*) sc. θανάτου. Nullum crimen in eo inuenio, quod sit mortis supplicio dignum.

39. ἵνα — ἐν τῷ πάσχα) Ob laetitia publicam. Non rarus est ille mos inter uarias gentes; sic publicum gentis gaudium etiam ad miseros et morti addictos pertinebat. τὸν βασιλέα τῶν Ἰουδαίων) Subridens, et non sine misericordia in Iesum Pilatus hoc dixit; quasi diceret: uel honori gentis uestrae hoc debetis.

40. μὴ τῆτον) sc. ἀπολύσης. Antistites populo erant auctores, ut postularet Barabbam.

CAP. XIX.

1. Εἰμασίγωσθ) *Loris caedi iussit.* Cf. Matth. XXVII, 26. Quae huius poenae ignominia fuerit, cognoscitur e uerbis apud Philonem in Flacc. p. 975. E. ubi dicit, maleficientissimos homines hoc poenae genere affici. Serui nimirum flagris, liberi et ingenui uirgis caedebantur. Fuit quidem moris Romani, ut, qui supplicio crucis affiendi essent, prius flagellis lacerarentur; sed Pilato alia mens fuit; uoluit enim Iesum flagellare, ut uoluntati Iudaeorum quodammodo faceret satis, et castigatum dimitteret, ut patet ex Luc. XXIII, 16.

2. Vide annotata ad Matth. XXVII, 28. *ἰμάτιον πορφυρέον*) Vestem purpuream. Coccineam uocat Matthaeus. Est autem et purpurae suus color rubens.

4. *ἐξήλαθεν*) Tentaturus, an posset multitudinis faeu-
tiam mitigare. *ἄγω ὑμῶν αὐτὸν ἕξω*) Vt eius spectaculo
fatiatis oculos uestros, et intelligatis, quomodo tractatus
sit in uestram gratiam.

5. *καὶ λέγει αὐτοῖς*) Sc. Pilatus. Mirum est, uiros eru-
ditos nonnullos statuere potuisse, Iesum dixisse haec uerba.
ἴδε ὁ ἀνθρώπος) Videte eius miseriam, et quam ridiculum sit
in ipso crimen regni affectati.

6. *ὅτε ἔν εἶδον αὐτὸν*) Quum eum intuiti fuissent.
λάβετε — σαυρώσατε) Vos eum uestro periculo abducite, et
si uidetur, crucifigite. Non concedit ius, sed mauult
alienum quam suum esse crimen. Sunt uerba indignantis.
ἔγω — αἰτίαν) Memoria dignum exemplum romanae iusti-
tiae politicae.

7. *ἡμεῖς νόμον ἔχομεν*) Nempe, si quis Iudaeus blasphe-
miam sciens et uolens in Deum, publicamque religionem
dixisset, supplicio is afficiendus erat. *Coniuitium* in Deum
interpretabantur, quod Iesus se *filium* Dei dixisset. Initio
accusarant eum apud Pilatum seditionis, et criminis laesae
Maiestatis, Luc. XXIII, 2. quam accusationem alte in pectus
Pilati descensuram esse credebant. Quum autem Pilatus,
huius criminationis uanitate cognita, nullam se mortis
causam in eo inuenire dixisset, et Iudaei adeo sua se spe
destitutos uiderent; tum demum crimen impietatis in Deum,
religio-

religionemque Christo intendunt, prouocantque ad *legem suam*. Mori debebat etiam, qui prophetam se esse mentiretur. Deut. XVIII, 20.

8. *μαλλον εφοβηθη*) Cur timuerit Pilatus, de eo non consentiunt interpretes. Ego illorum sententiae accedere non dubito, qui existimant, ideo metuisse, quia audiuerat, Iesum se gerere pro filio Dei. Noluit eum condemnare ad mortem, quem suspicatus est, Deo esse coniunctissimum, et hominem diuinum, quamuis nesciret, quo sensu Iesus se filium Dei esse dixisset. Qui semideos e mulieribus natos profana superstitione credebat, is suspicari facile potuit, similem quandam Christi esse conditionem atque originem.

9. *πόθεν ει ου;*) Vnde tu te esse dicis? Ecquam originem tibi tribuis? An supra humanum modum te effers? Vtrum natales augustiores tibi tribuis, ut Deum attingas? Nam occasio huius quaestionis haec fuit, quod Christus semet filium Dei esse dicebat. Sic 2 Sam. I, 13. Ios. IX, 8. *αποκρισιν εκ εδωκεν αυτω*) Nam quantum satis est, iam ante dixerat, quum in hoc se natum esse professus erat, ut rex effet ueritatis amantium, c. XVIII, 37. Nec intelligere poterat Pilatus, quae esset uis hebraicae locutionis *filius Dei*.

11. *κατ' εμε*) Hoc accipiendum est cum emphasi grauissima, quamuis illam Pilatus non intellexerit. Nam ut filius ille Dei subiiceretur mortalis hominis iudicio, et quidem iniquissime id fuit extraordinariae et prorsus diuinae uoluntatis opus, Act. IV, 27. 28. *ει μη — ανωθεν*)

Nisi tibi permissum esset, (faciendi quod facis) a Deo. Διδόναι saepe est concedere, permittere, ut hebr. יָרַן. Δεδομένον per se esse explicandum, nec referri posse ad ἔξουσίαν, nemo non uidet. Ἄνωθεν, a Deo, coelitus, sicut Io. III, 31. Iac. I, 17. III, 15. 17. Semlerus refert ad locum *superiorem*, ad Synedrium, ad aedes summi Pontificis. Alii cum ἄνωθεν coniungunt διὰ τῆτο, ut sensus sit: *Nisi haec potestas tibi ad hunc finem esset concessa.* ὁ παραδίδως μὲ σοι μείζονα ἀμαρτίαν ἔχει) *Qui me tibi tradidit, (Caiaphas cum reliquis Iudaeis,) grauius peccat.* Tu quidem potestate tua in me potes uti, uel abuti; sed in maiori culpa uersantur Iudaei, qui te uel inuitum eo adigunt, ut me condemnes.

12. ἐζήτει) *Tentauit uarie, sermonibus et persuasionibus mitioribus ad quosdam ex accusatoribus usus.* ἔκ ἔστι φίλος τῷ καίσαρος) *Non geris te ut amicum Caesaris.* Inest comminatio: Tu haud obscure ipse fidem in Caesarem et Romanos uiolas, si nobis, qui tam studiose admoneamus, non obsequeris. Legati, praefides, praefecti, consiliarii, amici Caesaris dicebantur. *PLINIUS* Ep. X, 22. *Traianus — ad Pompeium Plantam, Praefectum Aegypti, amicum meum.* *Seneca* de Benefic. VI, 33. *Iustinus* I, 4. 6. *Cornelius Nep.* Milt. III, 2. Plura dabit Wetsten. Ἀντιλέγει τῷ καίσαρι) *repugnat Caesari.* Vide Luc. II, 34.

13. τῆτον τὸν λόγον) *Sciebat Pilatus, apud imperatorem romanum multos quamlibet falsi criminis inuidia fuisse periclitatos.* Suspiciatissimus enim erat *Tiberius*, et sub illo
 minima

minima quaeque ueniebant in crimen laesae maiestatis, ut ex Tacito et Suetonio discimus. Pilatus igitur, ne ipse crimen laesae maiestatis uideretur admittere, (quae res per Iudaeorum malignitatem facile etiam militum animos potuisset corrumpere,) statuit, concedendum esse Iudaeorum furori, ut atrociora mala auerteret. *εις τόπον λεγόμενον λιθόσρωτον*) λιθόσρωτον est *pauimentum paruulis, sectis, uariisque coloris crustis marmoreis ornatum et instratum*. Ac Romae quidem inter cetera munditiarum genera hoc quoque inde a Sullae temporibus usu receptum est, ut beatiorum aedes pauimentis tessellatis et sectilibus exsplendererent, uid. Plinius H. N. XXXVI, 25. Sed etiam hoc genus luxus ad prouincias peruenit; Sueton. in uita Iulii Caesaris c. 46. Non autem tribunal ipsum λιθόσρωτον dicitur, aut lapidum pretioforum crustis constructum fuit; nam Ioannes satis diserte τὸ βῆμα, a loco λιθόσρωτον dicto, distinguit: nec atrium Praetorii intelligitur; ait enim scriptor diuinus, ἤγαγεν ἔξω τὸν Ἰησοῦν, quod fieri solebat, quum iudicium ipsum habendum et iurisdictionis solemnia agenda essent: sed fuit illud pauimentum extra Praetorium, cui τὸ βῆμα, tribunal, impositum fuit; nam Praefides in prouinciis iurisdictionem et iudicia habuerunt sub dio. Vid. Krebsius et Loesn. ad h. l. Varias eruditorum sententias de loco, ubi hoc λιθόσρωτον fuerit, recenset b. Io. Ern. Faber in Archaeologia Hebraeorum, p. 310. sqq. γαββαθᾶ) אבבא, a rad. אבבא eleuari, excelsum esse. Syrus h. l. habet אבבא unius literae immutatione.

14. παρασκευῆ τῶ πάσχα) cf. Matth. XXVII, 62. Indicat Scriptor, qui factum sit, ut tam festinanter caussa

illa isto adeo die confecta fuerit. *Parasceue* est alibi descriptio diei sextae, qua praeparatio Sabbati instat; iam uero non erat simplex sabbatum, sed magnus dies sabbati illius, in quod Pascha incidebat. Itaque festinandum erat, ne Sabbati et festi diei religio intercederet. ὥρα ὡσεὶ ἕκτη) Marcus c. XV, 25. habet: ἦν δὲ ὥρα τρίτη. Varios utrumque Euangelistam conciliandi modos uid. apud *Moldenhauerum* et *Bouvyerum*. Quomodo *Heinsius* hunc nodum soluat, annotauimus ad Marcum. Sed nec contemnendae sunt rationes, quibus permulti interpretes permoti, statuunt, a Ioanne etiam scriptum fuisse: ὥρα ὡσεὶ τρίτη. Quanquam enim hodie codices fere omnes, paucis exceptis, cum *Versionibus* habent ἕκτη, *Chronicon* tamen paschale Alexandrinum, prouocans ad accurata exemplaria, imo ad Ioannis *ιδίωχειρον*, ad suam usque aetatem in Ephesina ecclesia custoditum legit τρίτη. Accedit, quod *Eusebius* Caesariensis putat, Γ ternarii notam a librariis mutatam esse in ἐπίσημον, senarii notam ς. cui sententiae subscribunt *Seuerus* Antiochenus *Ammonius* Alex. et *Theophylactus*. *Bengelius* uidit in membranis epifemon, litterae Γ simillimum: et epistola ad Hebraeos, cuius εἰχοι (703) ΨΓ feruntur in editionibus, in Caes. habet (706) ς. et *Olympiodoro*, cui ἀγαστρον obtrusere librarii, ἀγαγρον restituit *Wesselingius*. Vid. omnino *Bengelii* apparatus crit. ad h. 1. ἴδε ὁ βασιλεὺς υἱῶν) Exprobrat Iudaeis, quod multi inter ipsos tam stulti fuerint, qui talem hominem pro rege habuerint.

15. ἕκ ἔχομεν βασιλέα εἰ μὴ καίσαρα) Non habemus, nec agnoscimus Regem praeter Caesarem. Multi interpretes

pretes notarunt, mendacissime hoc dici; fatis enim inuiti patiebantur istam *Edomitaram*, ut dicere solent, dominationem.

16. παρέλαβον) Nimirum milites, quibus traditus fuerat Iesus, uel Iudaei, cum tot militibus, quot putabant opus esse. *Sensus* hoc habet, sed *textus* est incertus. ἀπόγαγον) Sc. a Praetorio, per urbem, in locum supplicii.

17. βαράζων) Cf. Matth. XXVII, 32. ἐξήλθεν) Sc. ex urbe, *Hierosolymis*; nempe talia supplicia extra urbem. De uoce γολγοθὰ uid. Matth. XXVII, 33.

19. τίτλον) *Elogium* damnati solet dici ab aliis scriptoribus; etiam a *Tertulliano* sic nominatur, quod nomen *Lipfius* et alii illustrarunt. *Suetonius* in Caligula c. 32. Seruum carnifici confestim tradidit, ut manibus abscissis, atque ante pectus e collo pendentibus, praecedente *Titulo*, qui *causam* indicaret, — circumduceretur.

21. μὴ γράψις — Ἰουδαίων) Id enim ita accipi poterat, quasi populus Iudaeorum eum pro rege habuisset.

22. ὃ γέγραφα, γέγραφα) ὃ γέγραφα, quod scribi iussit, γέγραφα, scriptum manere uolo. Plane simillimum illi Gen. XLIII, 14. ubi Iacobus de orbitate sua queritur his uerbis: ἐγὼ γὰρ καθάπερ ἠτέκνωμαι, ἠτέκνωμαι, ac si dicat: *Video, quod iam factum, mutari non posse.* Ita Pilatus mutaturum se negat, quod mutare ferum erat, aut integra auctoritate non poterat.

23. τὰ ἱμάτια) *Pallium*, uestis exterior; nam et LXX. hebr. חַיטָּו uertunt ἱμάτια, Iob. I, 20. Quatuor partibus

constabat pallium, eam ob rem a Graecis uocatum τετραγώνου
 Ιματιον, uestis quadrangula, s. quadrata. χιτῶν ἄβραφες,
 ἐκ τῶν ἁνωθεν ὑφαντός δι' ἑλε) χιτῶν est uestis interior, cui
 alia superinduebatur. Tunica autem, quae hic describitur,
 est eiusmodi, quae non fit e duabus plagulis, s. segmentis,
 nec tendis fibula aut acu in latere utroque, sed constat una
 continenti tela, nihil habens suturae aut commissurae in la-
 teribus, aut humeris; cuius tunicae descriptio est apud
 Iosephum Antiq. Lib. III, 7. 4. Vt texta tibialia, quae
 si feces, perdis! Cf. Braunius de uestibus Hebraeorum.
 Inepta sunt, quae de tunica Christi inconsutili declamare
 solent episcopi et alii scriptores, ut ecclesiae unitatem sic
 commendent.

25. εἰσῆκεισαν) Nempe propius iam accefferant ad cru-
 cem Iesu. ἡ μήτηρ αὐτῆς, neque periculo suo, neque tri-
 flitia spectaculi, neque probris absterrita, quo minus filii
 ultima mandata exciperet. ἡ τῆ κλωπῆ) Vel uxor uel
 filia. De his enim mulieribus, quarum omnium nomen esset
 Maria, alii aliter.

26. μαθητὴν) Ioannem. ἰδὲ ὁ υἱός σου) Hic tibi pro
 me filii erit loco; hic tibi filii officia exhibebit.

27. ἡ μήτηρ σου) Hanc matris loco habeto. εἰς τὰ
 ἴδια) Ad propria, i. e. ad sese, in domicilium suum, et in
 suam familiam, per omnia curam illius agens.

28. ὅτι πάντα ἤδη τετέλεσαι) Iam omnia ista in ipso
 completa esse quibus opus esset, ut scripturae oracula
 euentu suo non carerent, s. iam omnia a se peracta
 et

et tolerata esse, quae peragenda ac toleranda erant. διψῶ) Solent, qui hoc supplicii genere moriuntur, uehementer discrucari siti, uidelicet sanguine per corporis uulnera exhausto. Nimirum et hoc faciebat ad declarandam humanae Christi naturae, suppliciiue non simulati, ueritatem.

29. ὑσσώπῳ περιθέντες) Quia Matthaeus arundinis facit mentionem, *Camerarius* suspicatur, h. l. in archetypo fuisse: ὑσσῶ προπεριθέντες, ut sensus sit: supra pilum spongiam ibi circumdatam Iesu fuisse oblatam. Nam *pilum*, Romanae militiae peculiare telum, Graeci appellarunt ὑσσόν. Cf. *Bouvyeri* coniecturas ad h. l. Sed non opus est mutatione; nam, ut *Wetstenius* post *Lightfootum* monet, *caulem hyssopi* Matthaeus et *Marcus* uocant κάλαμον. Nam speciem aliquam hyssopi in culmos crescere, cannarum aut calamorum instar, patet ex *Succab* fol. 12. 1. ubi inter mentionem cannarum, calamorum, furculorum, quibus obtexerunt tentoriola sua, structa pro festo tabernaculorum, memoratur ὄμιν hyssopus. *Isaacus f. Omram* apud *Bochartum*: Hyssopus herba est, in montibus Hierosolymitanis proueniens, cuius rami super faciem terrae extenduntur ad cubiti longitudinem, aut aliquanto minus, etc. Adde, cruces ita fuisse humiles, ut facile adstantes potuerint admouere caulem hyssopi ori in cruce pendentis.

30. τετέλεσται) *Consummatum est*; omnia ad finem sunt perducta. Suppl. τὰ πάντα. Vel: Finis adest laborum et passionum. παρέδωκε τὸ πνεῦμα) Sc. Deo, patri, ut *Luc. XXIII, 46.* plenius dicitur. Pf. XXXI, 6.

31. ἵνα μὴ μείνῃ ἐπὶ τῆς σταυροῦ τὰ σώματα) *Festinantes*, ut ne sabbato manerent corpora in cruce suspensa; ne sol occideret, et sic terrae piaculum fieret, Deut. XXI, 23. Vix aliquot horae supererant ad Sabbati usque initium, ἦν γὰρ μεγάλη ἡ ἡμέρα ἐκείνη τοῦ σαββάτου) Nam magnum erat illud Sabbatum. Ἡ ἡμέρα ἐκ. τ. σ. pro ἐκεῖνο τὸ σάββατον, ut hebr. **בַּשַּׁבָּת** **וַיָּבֵי**. Pro ἐκείνη nonnulli legunt ἐκείνη, haec uerba iungunt antecedentibus, et sic interpungunt: ἐπεὶ παρασκευὴ ἦν (ἦν γὰρ μεγάλη ἡ ἡμέρα ἐκείνη) τῷ σαββάτῳ. Cf. *Bouvyer*. Describitur huius Sabbati, quod festum diem simul inuoluebat, dignitas et praestantia. *καταγῶσιν*) *frangerentur*. Augmento locum hic esse negat Thomas Magister, et legit *κατεάγῳσιν*, instar *τετύφῳσιν*, ex *κατέαγα*. Atqui etiam *ἀνεψῳθῆναι* dicitur Luc. III, 21. ἐ extra Indicatum manente etiam in aoristo. Crurifragium claua olim peractum, aut fustibus grandioribus. Sic sanguinis effluuium mortem accelerauit. *ἀρῳθῶσιν*) *Tollerentur*, sc. corpora.

34. τὴν πλευρὰν ἐνυξε) Leniori uerbo scriptor diuinus utitur, ut cognosceremus, non malo consilio id fecisse militem, sed ut exploraret, an Iesus uere mortuus esset. Alias hoc uerbum sic usurpatur, ut denotet, *admonendi causa clam alicuius latus fodere*. Quo sensu Horatius Epist. I, 6. 51. Mercemur seruum qui dicet nomina: laeuum qui *fodiat latus*. Sic etiam Aristoph. Plut. Act. III. sc. 3. u. 14. Cordis autem uulnera insanabilia: *Galenus* in Hippocr. Aphorism. VI. aliisque locis. *Celsus* V. 26. 2. *αἷμα καὶ ὕδωρ*) Hoc non ita capiendum est, quasi duo discreta profluxissent fluenta, sed humores, aquae non dissimiles,

miles, immixti sanguine. Sunt, qui hoc ictu uiolatum esse dicant pericardium, quae est membrana, cingens cor in qua cor pender, et quodammodo fluitat. In uniuersum Ioannes non intelligendus esse uidetur ad ἀκριβείαν anatomicam, sed populariter. Nisi Christus dolore et uario cruciatu mortuus iam fuisset, moriendum tamen fuisset ipsi ex isto uulnere, quo factum est, ut sanguis in maioribus uasis et aqua omnis e praecordiis cum uitali spiritu e corpore exiret. Minus autem certum est, locum I Io. V, 6. 8. hic respici.

35. ὁ ἑωρακῶς μεμαρτύρηκε) Locutio inuerfa, pro eo, quod esset: qui testatur, is uidit. Ioannes ad testimonium oculorum prouocat, et studiose confirmat, Iesum omnino mortuum fuisse, quia forsan fuerunt inter Iudaeos extra Palaestinam, qui negarent, Christum uere mortuum esse; siue malo animo, ut narrationem de reditu ex mortuis infringerent, siue bono animo, et quasi indignabundi, quod Iesus, Messias, tanta ignominia affectus dicatur. Videtur tamen haec asseueratio pertinere tantum ad illa de non fractis cruribus, et latere perfosso, ob u. 36 et 37. ἀληθινῶ) Quia ipse his rebus gestis interfuit. κακεῖνος ὁ ἰδεν) Est quasi iurisiurandi loco. Conscientia mea mihi addicit.

36. ἐγένετο — ὅς ἐν τῷ συντριβήσεται αὐτοῦ) Nam factum hoc est, ut et hic applicari possit, quod scriptum est etc. Inmutat paululum Scriptor formulam illam de agno paschali Exod. XII, 46. Num. IX, 12. sensus autem idem manet. Sicuti de agno paschali extabat
lex,

lex, ut ne crura frangerentur, ita Deus prospexit ipse, ne Iesu id fieret. In loco Moſis non continetur uaticinium, uel typus, ſed ſimilitudinis cauſſa haec notantur a Ioanne.

37. ἑτέρα γραφή) Zachar. XII, 10. Suo tempore magnificentum et ſplendidum uidebunt, quem contumelioſe tractarunt, et tam luſtus erit Palaestinae. Apud Zachariam dicit Deus. Beneficium me praebebo Iudaeis et familiis Dauidis, atque tunc intuebuntur in me, quem compunxerunt; respicient me, quem antea per peccata ſua ſumma contumelia affecerant. Aquilla habet: ὃν ἔξεκέντησαν, quod uerbum etiam Symmachus et Theodotion habent. De uarietate lectionis in textu hebraico conſule *Dathium* in notis criticis ad hunc Zachariae locum, uerſioni latinae annexis.

39. μίγμα) *Mixtura*. Nomen praecipue medicis uſitatum. *Galenus* de Compos. Medic. per gen. VII. ἀλόγῃ) Praeter herbam aloe, ex qua ſuccus amariffimus eliciebatur, erat arbor aromatica, aloe, ΠΥΛΗΝ, ἀγαλλοχον uocata, et ad thymiamata uſurpata, de qua Ioannes loquitur, iudicante *Salmaſio* Exerc. Plin. p. 742. Cf. Pfalm. XLV, 9. Prou. VII, 17. ὡς λίτρας ἑκατὸν) λίτρα Graecis *nummum*, ſed et *menſuram* et pondus ſignificat. *Nummus* uix h. l. intelligi poteſt; ſi enim pretium aromatatum designari debuiffet, in genitiuo dicendum fuiſſet, ὡς λίτρων ἑκατὸν. Itaque λίτρα hic uel menſuram uel pondus ſignificat. Quum u. 40. corpus una cum aromatibus dicatur *lintheis inuolutum*, hoc μίγμα σμύρνης καὶ ἀλόγῃ ſiccum et in puluerem commi-

comminutum fuisse uidetur. Iis, qui tantam aromatum copiam inutilem fuisse, temere obiciunt, responderi potest: 1) etiam cubile illud, in quod corpus Christi repositum est, ad suauem odorem excitandum, undique his aromatis impletum fuisse, quod moris fuisse, patet ex loco 2 Chron. XVI, 14. 2) Aromata haec etiam ad fragran-tes suffitus ciendos, in ipso hoc sepeliendi actu ex parte comburi potuisse. Solemnem fuisse ritum similem, probat *Kypke* ex Targum Pseudo-Ionathanis, et Hierosol. in Gen. L, 1. et *Iosepho*, qui Antiq. iud. XVII, 8. 3. et de B. Iud. I, 1. extr. quingentos seruos uel liberos ἀρωμα-τοφόρους, aromata portantes, funus Herodis comitatos esse testatur.

40. καὶ ἔθηκεν — ἀρωμάτων) Ὁ θόδιον *lindeolum, fascia.* Corpus aromatis illutum sic inuolutum est fasciis. Ἐντα-φιάζειν, *cadauer sepulcro mandandum curare, pollingere.* Vid. b. Fabrum ad *Harmari* Angli obseruat. in Orient. Tom. II. p. 147. sqq.

42. ὅτι ἐγγύς ἦν τὸ μνημεῖον) Per Parenthesin legen- dum quasi dicat: ne miremini ibi tam cito, instante ipso puncto festae praeparationis, potuisse deponi; erat enim in proximo monumentum.

CAP. XX.

I. Τῇ δὲ μιᾷ τῶν σαββάτων) *Primo die hebdomadis* cf. Matth. XXVIII, 1. *μαρία ἡ μαγδαληνή*) Quicquid Io-annes de resurrectione Christi narrat, id omne hausit uel

ex relatione Magdalенаe, uel ex *ἀποφίε*. Ex illo fonte profuxere, quae leguntur h. cap. comm. I. 2. 11 — 18. ex hoc uero promanarunt quae habentur comm. 3 — 10. 19 — 29. et cap. XXI. toto. Quae ex Magdalena acceperat, litteris summa fide mandauit, nulla iam habita eorum *περιζήσεων* ratione, quas aliis Apostolis alias mulieres quondam narraſſe perceperat. Religioni enim ſibi duxit Euangelista ſiue demere ſiue addere quidquam Magdalенаe uerbis.

2. *πρὸς σίμωνα — ὁ Ἰησοῦς*) Adiit domum, in qua Petri erat hoſpitiuſ, apud quem et Ioannes erat. Matthaeus et Marcus tacent de eo, quod Petrus, *audita mulierum narratione*, iuerit et ipſe ad monumentum. Id tamen et Lucas narrat. Interea dum Magdalена in urbem redit, remanent reliquae mulieres, et poſtquam ex terrore ſenſim ſe collegiſſent, in ſpeluncam introgrediuntur, ubi binos conſpiciunt angelos Matth. XXVIII, 5 — 8. Luc. XXIV, 3 — 7. *ἤραν*) Impersonaliter. Quis hoc fecerit, ſe ignorare fatetur.

3. *ἐξ ἱερουſολυμῶν*) Ex urbe, Hieroſolymis.

4. *προέδραμε τάχιον*) Etſi ab initio eadem uia pergerent, Ioannes tamen per uiam propiorem aliquam anteuertit Petrum, ut fieri in re noua ſolet. Quum aduenirent Petrus et Ioannes, ceterae mulieres quarum reliqui Euangelistaſe faciunt mentionem, iam diſceſſerant a ſepulcro, diſcipulos alio hoſpitiuſ quam Petrus et Ioannes utentes, uel Bethaniae commorantes, ut iuſſae erant, quaſiturae, per aliam forte portam in urbem ingreſſurae, uel alia uia Bethaniam
petitu-

petiturac. Itaque Magdalenam, Petrum et Ioannem non habuerunt sibi obuios.

8. καὶ ἐπίστυσεν) Sc. corpus esse ablatum; nam resurrectionem Christi sperare nondum audebant, comm. 9.

10. πρὸς αὐτὰς) *Ad sese*, i. e. domos suas; ut: *Eamus ad me*; et: *traduc et matrem et familiam omnem ad nos*. Sic etiam *Iosephus* Antiq. VIII, 4. 6. πρὸς αὐτὰς Ἰησοῦ, τῷ βασιλείῳ ἀπολύσαντος, ἀκήρυσαν.

11. ἐιρήκει) *Manebat*, morabatur aliquantisper apud speluncam, redeuntibus Petro et Ioanne in urbem.

13. ἦραν) Verosimillima et simplicissima oratio est, quae et innuit, Mariam homines, non uero angelos putasse.

14. ἐγράφη — ἐώρα) Prope sepulcrum, reditum in urbem parans Magdalena conspexit Iesum. Reliquis mulieribus in uia obuiam uenit Iesus Matth. XXVIII, 10. ἐκ ἤδει) Aut, quia tristior uix audebat contra intueri, aut quia uultus et facies non parum aliter habebat, quam antea.

16. κραφείσα) Oculis iam intentior in Iesum. Subintelligendum autem procidisse, pedes eius amplexuram comm. 17.

17. μὴ με ἄπτει) *Noli me amplecti*; ne nunc diutius detineas me. Subintelligendum est nempe ποδῶν uel γονάτων. ἔπω — πατέρα μου) *Nondum enim adscendo ad patrem meum*. Nam perfecta graeca significant etiam quod fit, et futurum est.

est. Dicit igitur Iesus, se non statim abiturum, sed saepius cum amicis esse collocuturum. *ἀναβαίνω*) Dies aliquot uobiscum commoratus, terras relinquam. Ne igitur putetis, me in uitam restitutum, terrestri uitae, more humano, iam uobiscum operam daturum esse. *πρὸς τὸν πατέρα — θεὸν ὑμῶν*) Ad patrem meum, qui et uester est pater etc. cuius regnum in terra a uobis non aliud est expectandum, quam tale, quod saepius descripsi. Itaque non deero uobis adhuc instruendis, et meum in locum ad homines de Deo recte docendos sufficiens. Non enim dubitandum est, plura eam in rem Christum locutum, quam perscripta sunt in Euangeliis.

18. *ἔρχεται — αὐτῇ*) Et quidem omnium prima, Marc. XVI, 9. Quod facile fieri potuit, si, quod credibile est, Petrus et Ioannes in propioribus, reliqui uero Apostoli, quibus aliae mulieres resurrectionem Iesu nunciabant, in remotioribus urbis regionibus, imo Bethaniae forsitan delituerunt.

19. *τῶν θυρῶν — μέσον*) Verba *τῶν θυρῶν κεκλεισμένων* non sunt neccenda cum *ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς*, sed cum illis: *διὰ τῶν φόβων Ἰουδαίων*. Quum nempe discipuli percipissent ex Maria, Iesum resurrexisse, metu Iudaeorum in unam domum coiuerunt, quia rumor eius rei facile quosdam Iudaeorum commouere poterat, ad quaerendos aliquot discipulos, rumoris quasi auctores. Post *μέσον* supple *αὐτῶν*. Non dicit Ioannes, per fores clausas, per non apertas, quasi per aërem transiisse Iesum. *Κεκλεισμένων τῶν θυρῶν* idem est, quod Romanis *prima face* dicebatur; quo tempore et uestes foribus

foribus opponebantur. Non igitur qui κεκλεισμένων θυρῶν uenit, necesse est διὰ κεκλεισμένων θυρῶν ueniat. Notatur enim tempus; modus ueniendi non exprimitur. εἰρήνη ὑμῖν) Vsitata Hebraeis salutatio est, qua fausta quaeuis aliis apprecantur.

20. ἔδειξεν) Quia sc. uultu ipso metum et dubitationem prae se ferebant, nec suis credebant oculis.

21. εἶπεν — εἰρήνη ὑμῖν) Nempe discedens ab illis, post coenam, cuius meminit Lucas c. XXIV, 41. καθὼς ἀπέσταλκέ με ὁ πατήρ) Sicut misit me, rebus magnis inter homines gerendis. καγὼ πέμπω ὑμῖς) Illud mittere est quasi solenne uerbum ex Hebraismo, magnae rei procurandae aliquem praeficere. Simillima est uestra prouincia meae, quam gessi; differt tantum in eo, quod pater ipse mihi eam imposuit, ego autem uobis illam iniungo,

22. ἐνεφύσησθε) ἐμφυσᾶν, (εἰς τὸ πρόσωπον,) inflare. Symbolo quodam hic utebatur Christus, quod cohaeret cum significatione nominis πνεῦμα, sicut postea die pentecoste uentus fuit symbolum illabentis statim in omnes spiritus. Huius moris, non tantum uerbis, sed et factis docendi exempla habemus Ierem. XXVII, 2. Ies. XX, 3. Matth. XXVII, 24. Io. XIII. λάβετε πνεῦμα ἄγιον) i. e. Certissime accipietis Spiritum Sanctum, tanti negotii adiuto-

rem post discessum meum. Repetit, et symbolo confirmat, quod morti proximus iis promiserat de donis Spiritus, c. XVI.

23. ἂν τινῶν — κερᾶτηνται) Sensus esse uidetur: Quicquid in rebus ad religionem meam pertinentibus, (a Spiritu diuino edocti) constitueritis, id ratum habebitur a Deo. *Peccata remittere, peccata retinere* uel non remittere Deo alias est proprium. Sed Apostoli in negotiis ad religionem constituendam pertinentibus acceperunt διακρίσεις πνευμάτων, 1 Cor. XII, 7 — 11. Poterant itaque annunciata peccatorum remissione in societatem recipere, quos idoneos, uel ex ea excludere, quos indignos censerent. Act. II, 38. 41. 2 Cor. II, 10. Nempe refertur hoc ad munus docendi omnes gentes, licet a Iudæis pro peccatoribus habitas. Gal. II. Contra si Iudæi manent in ista peruersitate, seiuncti maneant a noua hac christiana societate. Pertinere etiam huc uidetur uisibile signum remissionis peccatorum, sanatio morborum, ob peccatum inflictorum. Iac. V, 14. et imissio morborum uel aliorum malorum, tanquam uisibile signum retentionis peccatorum, Act. XIII, 11. 1 Cor. V, 5. Quicquid fit, ad solos Apostolos, non ad omnes doctores Christianos pertinet hoc priuilegium.

24. ἕκ ἧν μετ' αὐτῶν ὅτε ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς) Vel negotio aliquo occupatus, uel quia nondum audierat de nouis rebus, quas Maria narrauerat.

25. τὸν τύπον τῶν ἤλων) In Latinis libris est: *fixuram clauorum*, i. e. uestigia impactorum clauorum, quum cruci affigeretur, tam manuum, quam pedum. Habet autem τύπος significationem percussionis, et excusae etiam figurae seu imaginis; unde metaphorice de quacunque figura usurpatur. εἰ μὴ πικρῶς) Duas negationes εἰ μὴ fortius negare, notum est. Thomas rei magnitudinem sentit, optat etiam uerum esse; sed tantam rem aliis narrantibus credere non potest.

26. ἦσαν ἔσω) Phrasis ἔσω εἶναι, est, ἐν δίκῃ εἶναι, *domi esse*, intus esse, cui opponitur ἔξω εἶναι. Vid. *Kypke*. ἔστη εἰς τὸ μέσον) *Constitit in medio*, ut u. 19. Phrasis notat, *se in publico omnium conspectu sistere*; quī situs eorum erat, qui alios congregatos alloqui, adeoque ab omnibus conspici uolebant. Ita Xenophon *Cyrop.* I, 4. sub init. de Cyro ad milites orationem habituro dicit: εἰς τὸ μέσον.

27. Φέρε τὸν δάκτυλον σε ὡς) Repetit Thomae uerba, ut se omniscium ostendat.

28. ὁ κύριός μου) Nominatiuus pro Vocatiuo, quod frequens Hellenisticis, ut Marc. XV, 34. XIV, 36. Ps. XXXV, 23. LXXXIV, 3. etc. Graeci solent quidem nominatiuum nominis pro uocatiuo adhibere, sed articulos non confundunt, ut ὁ φίλος, pro ὃ φίλος. καὶ ὁ θεός μου) Hic primum

ea uox in narratione euangelica reperitur ab Apostolis Iesu tributa, postquam scilicet sua resurrectione probauerat se eum esse, a quo uita, et quidem aeterna expectari deberet. Alii putant, Thomam, quasi interuallo et spatio quodam interiecto, exclamasse: O domine mi! et deinde: O Deus mi! ut sit uox admirantis, uel dicentis: Luculentissime, o Deus, hac ratione confirmasti, hunc esse uerum Messiam et filium tuum.

29. μακάριοι — τισεύσαντες) Μακάριοι, sc. μᾶλλον. Praeferendi sunt. Loquitur Christus de omnium aetatum hominibus. Si (in posterum) nemo doctrinae meae fidem habere uellet, nisi antea me oculis conspexisset, profecto pauci in me essent credituri.

30. πολλὰ — αὐτῷ) *Multa alia etiam documenta* (resurrectionis suae) *dedit Iesus discipulis suis.* Σημεῖα, h. l. *argumenta*, et ποιῆν pro δέναι, παρέχειν, ut Iudic. VI, 17. De miraculis non esse sermonem, contextus docet.

31. ἵνα τισεύσατε — τῷ Θεῷ) Ille Abrahamo, Iacobo, Dauidi promissus, quod ipse palam professus est, addiditque, ut id appareret, miracula a se facta uaticiniis congruentia. καὶ ἵνα — διόματι αὐτῷ) *Atque ut fide in eum consequamini felicitatem aeternam.* Πιστεύοντας construe cum uerbis: ἐν τῷ διόματι αὐτῷ, i. e. ἐν αὐτῷ. Ἐχρεῖν h. l. *acquirere, comparare,*

parare, consequi, ut Matth. XIX, 26. Haec clausula pertinet ad totum Euangelium, non ad sola miracula, de his enim paucissima habet Ioannes, nec etiam ad quadraginta illos dies a resurrectione usque ad ascensum; nullum enim miraculum post resurrectionem factum narravit. Intelliguntur potissimum sermones Christi.

CAP. XXI.

1. Ἐπὶ τῆς θαλάσσης τῆς Τιβεριάδος) Ἐπὶ τῆς, pro τῇ θαλάσσει. *apud lacum*. In Galilaea. Interea scilicet, siue metu continuo ob Iudaeorum recentem indignationem, siue alio consilio ducti discipuli, Matth. XXVI, 32. concesserant ex Iudaea in Galilaeam. Ceterum hoc caput est appendix, post haec demum adiecta Euangelio. Iam antea uoluerat finem facere scriptor c. XX, 31. sed addenda esse nonnulla existimavit.

2. ἦσαν δὲ) *Congregati erant, una erant*, ita ut uno in loco, urbe domoue illos fuisse significetur. Sic Xenophon *Cyrop.* I, 3. *Persarum et Medorum duces conuocauit, ἐπεὶ δὲ ὁ μὲν ἦσαν ἕλεξε τοιάδε, quumque congregati essent, haec locutus est.* ἄλλοι — δύο) Ex numero LXX. minus nobiles, itidem Galilaei, ut uidetur, uel etiam alii Apostoli.

3. ὁπάγω ἀλιεύειν) i. e. Volo ire piscatum. Nam uictus, ut credibile est, non aliunde suppetebat, haecenus ex comi-

tatu Christi alimoniam habentibus. εἰς τὸ πλοῦτον) Relictum aut commodatum antehac.

5. προσφάγιον) i. e. δψώνιον, uel δψάριον, εἰς τὸ φαγεῖν ἐπιτήδειον, ad cibum opportunum, quo cum pane uescerentur, pisces.

6. ἀπὸ τῆς πλήθους) Vocula ἀπὸ h. l. *prae, ob, propter* uertenda est, uti Luc. XIX, 3. c. XXI, 26. Eodem sensu etiam a Profanis usurpari, multis exemplis *Κυρκε* confirmat.

7. ὁ κύριός ἐστι) Ipso miraculo admonitus. τὸν ἐπευδύτην) i. e. Vestem superiorem. In collectis a Suida leguntur haec: ὑποδύτης τὸ ἐσώτερον ἱμάτιον, ἐπευδύτης τὸ ὑπεράνω. *Pollux* etfi φαῦλον hoc, i. e. futile seu uulgare nomen esse ait, (VII. 45.) adducit tamen loca ueterum Poëtarum qui illo sint usi. Significationem esse apparet tunicae quae supra interiorem indueretur, et cinctu adstringeretur, tam ex lino quam corio. Hanc ergo induit Petrus quo honestior apud Christum appareret. Hoc tamen loco intelligi potest etiam indusium laxum, quali pisces hodie adhuc uti solent, teste *Niebuhr* in itinerario Arab. I, 34. Ita *Theophylactus* etiam explicat. ἢ γὰρ γυμνός) Sic Hebraei uocant eum, qui superiore ueste exutus est, qui non habet nisi τὸν ὑποδύτην, תחת, ut I Sam. XIX, 24. 2 Sam. VI, 20.

9. ἀνθρακιδὸν) Ignis solebat ad littus fieri a piscatoribus. Non igitur erat res inusitata uel miraculosa.

11. ἀνέβη) In nauem. ἔιλκυσε τὸ δίκτυον ἐπὶ τῆς γῆς) Quippe naue iam ad littus admota, ut facilius iam trahi rete posset. Intellige autem, hoc factum a Petro et sociis; sed ipse, ut ceterorum dux, nominatur.

12. δεῦτε ἀριστήσατε) *Adeste, prandium capite.* Quum tamen u. 4. haec piscium captura cum annexis primo mane contigerit, *prandere* h. l. nihil fere aliud est, ac *ientaculum capere, matutino tempore uesci.* Quum apud ueteres maxime esset solemne nonnisi semel in die cibum capere, *coenantes* nempe, quod *μονοσιτεῖν* dicebatur: ἀριστῆν, *prandere* dicebantur illi, qui praeter *coenam* semel adhuc cibum capiebant, tempore plane indeterminato, siue mane, siue ante siue circa meridiem. Sic Xenophon *Cyrop.* I, 8. 6. Plutarch. *de fort. uel uirt. Alex.* Or. 2. Ἀλέξανδρος ἡρίεσσα μὲν ἄρθρου καθεξέσμενος, *Alexander prima luce sedens prandebat.* ἐδάει — ἐξετάσαι αὐτὸν) Quanquam conspectus erat olim uiso augustinior. εἰδότες) Ex uultu, uoce, factis.

15. ἀγαπᾷς με πλεῖον τῶτων;) *Magis quam hi ceteri?* Nam τῶτων h. l. est masculini, non neutrius generis, nec quae est *Wihthii* sententia, ad nauigium et pisces, u. 8. sed ad reliquos Apostolos refertur. Petrus non modo

Christum deseruerat cum ceteris, sed etiam eum abnegauerat. Hoc exprobrare ei poterant alii, et dicere, eum qui Christum abnegasset, non posse fungi docendi munere. Ne igitur Petro in posterum hoc obiiceretur, Iesus ei occasionem dare uoluit adstantibus et audientibus aliis profitendi, amari a se Iesum. Hac ipsa de causa Iesus eum denuo muneri praefecit, aliis adstantibus et audientibus. *οὐ οἶδας ὅτι φιλῶ σε*) Promiscue hic usurpauit Ioannes ἀγαπᾶν et φιλεῖν, ut *πρόχ βόσκειν* et *ποιμαίνειν* neque hic quaerendae sunt subtilitates. Et reuerenter Petrus ad Christi scientiam prouocat, cui se notiores esse, quam sibi ipsi, experimento didicerat. *βόσκει τὰ ἀρνία μου*) i. e. *Curam gere ecclesiae meae*. Metaphora desumpta ex Io. X, 11 — 16. et sensus idem qui Matth. XVI, 18. 19. *Pasce*, i. e. ipsis, non tibi consule: suade, non coge: oues non tuas, sed meas: quam uocum uim optime se intellexisse Petrus demonstrat, 1 Petr. V, 2.

16. *πάλιν δεύτερον*) *Iterum secundo*. Pleonasmus, sicut: nunc iam. *ποίμανε τὰ πρόβατά μου*) Quod de uoce *βόσκειν* et *ποιμαίνειν* diximus, idem de uocibus *προβάτων* et *ἀρνίων* intelligendum est, ut apparet ex collatione locorum Matth. X, 16. Luc. X, 3.

17. *ἐλυτήθη ὁ Πέτρος*) Quod ter negando, meruisset ter interrogari. Intellexit Petrus, tacite sibi exprobrar

brari ueterem leuitatem, eiusque poenitentia ductus serio doluit.

18. ὅτε ἢς νεώτερος) ἢς hic habet indefinitam significationem. Nam nunc quoque eum, ut iuuenem, alloquitur, respectu uenturae aetatis. ἐζώνυες σεαυτὸν) *Te ipse cingebas*, i. e. agebas uitam communem pro arbitrio tuo. τὸ *cingere* ponitur hic ut exemplum uitae communis, quam quis pro arbitrio suo se cingere, atque quo lubet, ire potest. Quare additur: περιπάτετε ὅτι ἤθελες. Quia Iesus hoc exemplo usus erat, (nam etiam alio poterat uti,) iam pergit in allegoria: ὅταν — εἰ θείλις, i. e. olim tui iuris et arbitrii non eris. ἐκτενείς τὰς χεῖρας σε) *Cogeris extendere*, ut solent captiui, praesertim cruci affigendi. ζώσει) *Vinciet*; nam et uincire est cingere, et Act. XXI, 11. cingulum sumitur pro uinculo. ὅτι εἰ θείλις) i. e. Quo nolles trahi; indicatiuus pro subiunctiuo. Agent te, quo nolles, i. e. in malam crucem. Quin cruce Petrus et quidem Romae obierit, non est dubitandum, quum tot habeamus ueterum testimonia, e. c. *Tertullian.* praescript. c. 36. *Euseb.* Hist. eccl. II, 25. Quam explanationem postulat etiam comm. 19. Cf. c. XIII, 36.

19. τοῖω θανάτῳ δοξάσει τὸν θεόν) *Morte scilicet uiolenta ac cruciabili. Magnificus martyrii titulus δοξάζειν τὸν θεόν.* ἀκολούθει μοι) *Iussit, ut uestigia eius premeret, et post ter-*

gum eius incederet. Comitati itaque Petrus et reliqui Apostoli Iesum, et uersati sunt cum eo per 40. dies, sicuti ante eius mortem fecerant.

20. ἀκολουθεῖντα) Post Petrum sequebatur Ioannes, ut omnia, quae dicerentur, audiret.

21. ἕτος δὲ τι) sc. πελοεται. Ellipsis. Quem habebit exitum? Iste amicus meus, an, ut me nunc sequitur, ita etiam mecum pro te morietur? Quam hoc mihi gratum foret, si ne mors quidem nos separaret. Quum nimirum Petrus post amoris professionem accepisset praedictionem ferendae mortis, ad domini exemplum, curiositate quadam humani ingenii scire uult, quid de Ioanne sit futurum.

22. μένειν) Sc. ἐν τῷ ζῆν. *Viuerē, in uita manere*, quae notio frequens est in his libris. Heinsius Syriasmum uoci inesse censet. Sed Profani ita loquuntur, ut patet ex locis a Kypke allatis. ἕως ἄρχομαι) Sc. εἰς κρίσιν. Aduentus Christi h. i. significat euerfionem Hierosolymorum, cui Ioannes fuit superstes. Sed discipuli cum aduentu Christi ad iudicium in Iudaeos exercendum putarunt coniunctum fore extremum iudicium. Matth. XXIV, 3. Poterant igitur nunc in eam deuenire opinionem, Ioannem usque ad finem mundi nitam esse protracturum. τί πρὸς σεις)

Sic et Latine dicimus: *Quid ad te?* Quasi dicat: quicquid de illo erit, id ad te non pertinet; cura quod te spectat. Innuit Christus, Ioannem non mortem uiolentam experturum, sicut Petrus.

23. ἐξῆλθεν ὃν δ λόγος) Hebraismus. *Fama exiit.* εἰς τοὺς ἀδελφούς) Fratres uocat eos, qui uerba Christi aliter et male interpretabantur. ἐκ ἀποθνήσκει) *Non moriturum.* Praefens pro futuro. Sumserunt scilicet interrogationem Christi pro affirmatione, et aduentum pro aduentu ad iudicium extremum. καὶ) *Et tamen,* ut alibi saepe.

24. ἄτις εἰσιν ἡ μαθηταί) Suspiciantur nonnulli comm. 24. 25. non esse Ioannis, sed additamentum, ab ecclesia Ephesina, ubi Ioannes obiit, testimonii quasi loco appositum. *Semler:* Vix uidetur, magni res esse momenti, aut periculi, si quis putet, haec addiecta esse ab illis, quibus Ioannes hunc librum custodiendum tradidit. *Hugo Grotius* (in c. XX, 30.) quem secutus est *Io. Clericus*, totum XXI. caput Ioanni Euangelistae abiudicat, suspicaturque, a Ioanne Episcopo Ephesino pro ecclesia eiusque consensu haec scribente, adiecta fuisse, quam tamen sententiam *Wetstenius* ualidis argumentis refellit. Causa, cur *GROTIUS* sic statueret, fuit haec, quod c. XX. sit finis Euangelii, et cap. XXI. appendix. Sed hanc appendicem ipse Scriptor ad-
dere

dere potuit, et uidentur caussae haud leues fuisse, cur addiderit. Nempe rumor iste, Ioannem non esse moriturum, post Euangelium hoc scriptum sensim magis auctus esse uidetur. Quodsi uero eum non refutasset Ioannes, et deinde mortuus esset, potuisset ea res adeo in uituperium Christi trahi, quasi is falsum praedixisset. Voluit igitur Ioannes de falso illo rumore referre in litteras, ut uanitatem eius refutaret. Nec obstant uerba: *καὶ διδάμεν ὅτι ἀληθὴς ἔστιν ἡ μαρτυρία αὐτοῦ*, nam solent interdum scriptores loqui numero plurali. Potest etiam Ioannes includere ecclesias suas, ut dicat: ego et ecclesiae meae scimus, hoc, quod ego modo scripsi de origine huius rumoris, uerum esse. Aliud consilium, cur Ioannes hanc clausulam (c. XXI.) addiderit, hoc fuisse uidetur, ut Petri auctoritatem defenderet, ne dicerent, eum non esse amplius discipulum Christi, quem abnegasset; nam omnia in hoc capite ad Petrum tendunt. *HAMMONDIUS* et *CLERICUS* censent, huius capitis ultimos uersus (24. 25.) additos esse ab alio. Quam autem nulla alia causa afferatur nisi ea, quam modo indicauimus, quae scilicet est in numero plurali *διδάμεν κ. τ. λ.* non est, cur hanc sententiam multis refutemus.

25. *καὶ ἄλλα πολλὰ*) Miracula, quorum tunc adhuc recens erat memoria, non ita dudum mortuis testibus.

Possunt

Possunt tamen haec uerba ad alias etiam res gestas Christi referri, quum nulla sit idonea causa cur ad sola miracula restringantur. ἐὰν γράφηται καὶ ἐν) Ita ut nihil eorum omittatur. εἰδὲ αὐτὸν — βιβλία) Γραφόμενα, i. e. quae scribi deberent. Ier. Marklandus in Coniect. Lyfiancis haec uerba suspecta habet, quod non credat aoristum χωρησαί sine particula αὐ ita poni posse, ut futuri uim habeat. Sed modeste recte retractauit sententiam in Annotatt. ad Maxim. Tyrii dissert. 18. extr. Nam non solum in N. T. libris, sed etiam apud optimos quoque scriptores talia frequentantur. Luc. II, 26. VI, 34. Act. XXVI, 7. Rom. XV, 24. Exempla ex Profanis inuenies apud Loesnerum. Ceterum inest his uerbis hyperbole, cui similis in libris sacris non reperitur; ualde tamen usitata est Rabbinis. SCHLAB. f. II. I. Si fuerint omnia maria atramentum, et omnes iunci calami, et totum coelum pergamenum, non sufficerent ad describendum profunditatem cordis principum. Similia loca sunt in Aboth Nathan 25. Massecheth Sopherim XVI, 8. Schir R. I. 3. Neque durior est huius loci nostri hyperbole ea qua usus est Cicero de rapacitate Antonii (Philipp. II, c. 27.) uerba faciens: *Quae Charybdis tam uorax? Charybdis dico? Oceanus, medius fidius, uix uidetur tot res, tam dissipatas, tam distantibus in locis positas, tam cito absorbere potuisse.* Nec contemnenda est Heinsii sententia,

ita explicantis haec uerba: *Quae si singula scribantur ac seorsum, mundum ipsum credo, qui uix ista legit, tot uolumina non admissurum.* Certum enim est, ἢ χωρεῖ interdum de eo dici, qui locum non dat, non admittit, aut fastidit, quemadmodum Hallicarnassensis Dionysius dixit L. VIII. πόλιν ἢ χωρεῖν ἀνδρας ἀγαθούς, urbem non admittere uiros bonos.

FINIS TOMI II.



32617